
D 2. THEOLOGIA

EXCERPTA, TRANSLATA ET NOTAE MARGINALES

422.EXCERPTA EX WALENBURGIIORUM LIBRIS

[1. Hälfte 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Auszug: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°. (Auf dem Bogen auch N. 388₆, N. 386, N. 387₁, N. 387₂ u. *L*¹ von N. 387₃.)

Die *Tractatus generales* der Brüder Adriaan und Peter van Walenburch waren Leibniz bereits seit 5
seiner Mainzer Zeit bekannt (VI, 1 N. 21). Das vorliegende Exzerpt, das sich mit weiteren Stücken (N. 388₆,
386, 387₁₋₃) auf einem Bogen befindet, ist aufgrund des häufig in diesem Zeitraum belegten Wasserzeichens
auf 1677 zu datieren, wobei die für den Zeitraum bis April anzusetzende korrigierte Reinschrift von N. 387₃
eine engere Eingrenzung auf das erste Halbjahr 1677 erlaubt.

Excerpta ex Walenburgiorum libris

10

Tract. 1. Examen principiorum fidei.

Tenent Protestantes per modum principii solam scripturam sufficere ad probandos
articulos fidei. (+ Queritur an si nullus alius extaret liber de religione Christiana, quam
scriptura sacra, nec aliunde quicquam de ea sciri posset. Fingamus in aliquam Maris
Africani insulam in qua homines Arabicam linguam intelligant ejici naufragio codicem 15
scripturae sacrae arabica lingua scriptum. Tollunt librum incolae et cum caeteris spoliis
in unum acervum conjiciunt. Noctu igne concepto omnia comburuntur, solo Codice
salvo, attoniti ea re incolae librum avidè legunt, et doctrinam ejus praeparatu mirati
sequendam sibi constituunt, quaeritur an ex eo solo mediocri judicio ac diligentia sibi
veram religionem quantum ad salutem satis est concinnare possent, mihi id verisimile 20
admodum videtur. +)

Walenburch d. l. *Commune Romanorum et Protestantium principium est, doctrinam*
Christianorum primorum seculorum quae in libris sanctorum patrum et antiquorum
Conciliorum reperitur esse incorruptam; saltem quoad articulos necessarios. (+ Patres
quasdam possunt habere opiniones cum Romana Ecclesia communes sed non ideo illa 25

14 nec (1) ulla (2) aliunde *L* 14 posset (1) , ut si fingamus in aliqua insula inveniri librum (2) .
Fingamus librum hunc naufragio in insulam ejici reperiri aliquem | (a) in *str. Hrsg.* | (b) ex insulanis qui
linguam in qua scriptus liber intelligat, caetera Christianae religionis (aa) rudis (bb) prorsus rudis (3) .
Fingamus *L* 20 est (1) fabricare (2) concinnare *L*

10 libris: A. u. P. VAN WALENBURCH, *Tractatus generales de controversiis fidei*, Köln 1670. Die
vorliegenden Exzerpte brechen mit dem *Examen secundum* § 9 des ersten Traktats ab.

quae in Romana Ecclesia habes, quod scilicet Anathematismis Romana Ecclesia difficilem reddit unionem. +)

An articuli fidei debeant ex sententia Protestantium esse in scriptura ita ut non sit opus consequentiis. Affirmant Walenburgii.

- 5 Nisi Protestantes ex scriptura sacra probare possunt quis sit numerus articulorum fidei, non est eorum principium sufficiens. Non vero possunt, nam ea in re ipsi dissident inter se. Hoc argumentum ego non admitto. Sufficit aliquem credere articulum aliquem tametsi nesciat an sit necessarius.

10 *Quomodo ullam controversiam catholicis movebunt legitime, nescientes an ob errorem necessarium ab iis recesserint.*

Calviniani non possunt ostendere cur consensus inter ipsos et pontificios fundamentalior quam inter ipsos et Lutheranos.

Decretum synodi Nationalis Carentoniensis anno 1631. (Walenb. pag. 3.)

- 15 p. 4. Quaestio inter Protestantes et Pontificios *an Ecclesia sit infallibilis [iudex] controversiarum* non tantum *quoad articulos necessarios*, id enim concedunt, inquit, *Protestantes, et eo ipso totam causam nobis tradunt, sed an sit infallibilis iudex ex dono Spiritus Sancti, et promissione Christi sine ulla restrictione ad articulos sive omnibus necessarios sive non necessarios.*

De interpretatione scripturae per scripturam.

- 20 *Confessio Helvetica posterior artic. 2. illam duntaxat scripturae interpretationem agnoscimus, quae cum regula fidei et charitatis congruit* (+ regula fidei et charitatis, seu analogia fidei, quid? +).

- An si in syllogismo una propositio sit fidei, altera rationis, conclusio sit theologica. Concedit Musaeus si propositio illa rationis sit absolute necessaria, seu metaphysice cert
25 *[bricht ab]*

15 *controversiarum* (1) quo (2) non L 24 necessaria, (1) cujus contra (2) seu L

24 Vgl. J. MUSAEUS, *De usu principiorum rationis et philosophiae in controversiis theologicis libri tres, Nicolai Vedelii rationali theologico potissimum oppositi. Quibus accessere disputationes duae: una contra Keckermannum, altera contra Molinaeum*, Jena 1644, lib. II, cap. 13, § 27.

423. APOCALYPSEOS EXPLICATIO

Januar 1677

Die eng an Hugo Grotius' *Annotationum in Novum Testamentum pars tertia ac ultima*, Paris 1650 angelehnte, kritisch Stellung nehmende *Summaria Apocalypseos explicatio* (N. 423₂) wurde von Leibniz eigenhändig mit Januar 1677 datiert. In diesem Umfeld dürfte auch das Stück N. 423₁ entstanden sein, das inhaltliche Parallelen aufweist. 5

423₁. SONDERBARE ERKLÄRUNG DER OFFENBARUNG

Überlieferung: L Konzept: LH I 4, 4 Bl. 4. 1 Bl. 2^o. 1 ³/₄ Sp.

Weil ich sehe daß viel gottesfürchtige und wohlmeinende Leute sich durch falsche oder doch sehr ungewiße erclärungen der *offenbahrung* Johannis verführen laßen, so gar 10 daß auch empöhrungen, meutereyen und allerhand weit aussehende anschläge, daher entstanden; auch einige unterm schein göttlichen befehls sich erkühnet Königen und Fürsten vorzuschreiben was sie thun solten, und auf den weigerungsfall oder sonst die gemeine gegen sie zu erregen. So will ich eine sonderbare erclärung der *offenbahrung* alhier mit wenigen beybringen, welche diesen gefährlichen gedanken auf einmahl alle 15 gelegenheit abschneidet. Nicht daß ich diese erclärung vor die gewißeste und beste halte; sondern damit man sehe wie so gar leicht sey, wenn man belesen, und hurtige einfalle hat, etwas artliches aus dem text und historien zusammen zu reimen.

Ob die *offenbahrung* von Johanne dem Evangelisten und Apostel, oder Johanne Presbytero hehrrühre, ist bereits vor alters gezweifelt worden, wie dann auch Lutherus 20 solchen streit nicht erörtern wollen. Es sey aber dieses buch von wem es wolle, so ists auf

10 oder doch sehr ungewiße *erg. L* 11 aussehende (I) gefährliche (2) anschläge, (a) unterm schein des göttlichen willen (b) daher *L* 14 eine (I) gewiße (2) sonderbare *L* 15 welche (I) diese dinge (2) diesen *L* 17 f. und (I) ein wenig geschwind, (2) hurtige einfalle hat, *L* 18 artliches (I) zusamm (2) aus *L* 18 f. reimen. (I) Daß (2) Ob *L* 19 f. Apostel (I) sey, (2) , oder . . . hehrrühre, *L* 20 Lutherus (I) sich erclaret (2) solchen *L*

20 f. Vgl. M. LUTHER, *Biblia: das ist: Die gantze Heilige Schrift: Deusch auff's new zugericht*, Wittenberg 1545, Bd 2, S. 395 a.

eine herrliche und ganz entzückende weise geschrieben; sonderlich zu trost der Christen, welche verfolgt wurden von den Heyden; wie es dann auch zweifels ohne ein großes vermocht sie zu stärcken und freudig zur marter gehen zu machen.

Ich seze demnach zum fundament das was man füglich von denen zeiten so Johanni
 5 am nächsten verstehen kan auff die dinge nicht zu ziehen so sehr weit davon entfernt.
 Vors andere durch Babylon sey Rom zu verstehen, und die zahl des thieres nemlich
 sechshundert sechs und sechzig so eines menschen zahl, nemlich wie bereits Irenaeus
 (so der Apostel discipel gesehen) es ausgeleget,

Λ Α Τ Ε Ι Ν Ο Σ

10

30 1 300 5 10 50 70 200

welches der nahme eines gewissen königs gewesen, deßen auch Virgilius gedencket; von welchem die Latiner das ist Römer herkommen. Denn es scheint der autor der *offenbahrung*, habe die Römer als damahlige feinde oder verfolger der Christen nicht mit ihren eignen, sondern etwas entlehnten nahmen bemercken wollen.

15

Was nun vom fall der babylonischen hure prophezeyet wird haben die ersten Christen von zerstörung des Heydnischen Roms verstanden.

423₂. SUMMARIA APOCALYPSEOS EXPLICATIO

Überlieferung:

20

L Konzept: LH I 4, 4 Bl. 1–3. 1 $\frac{1}{2}$ Bog. 4^o (Bl. 1 mit Goldschnitt an 3 Kanten). 5 S. u. 2 Zeilen.

Übersetzung: FOUCHER DE CAREIL, *Oeuvres* 2, 1860, S. 497–507; 2. Aufl., 1869, S. 505–515.

1 eine | ganz *gestr.* | herrliche *L* 1 ganz *erg.* *L* 2 von den Heyden *erg.* ; wie (*I*) ich dann nicht zweifele, daß es (2) es . . . ohne *L* 6 andere (*I*) so glaube daß durch Babylon Rom (2) durch . . . Rom *L* 6 f. und (*I*) durch die zahl des thieres nemlich durch (2) die . . . nemlich *L* 14 f. wollen. (*I*) Ob in der *offenbahrung* alle vornehmsten begebenheiten der Christenheit bis zu ende der welt aufgezeichnet (2) Was *L* 15 die (*I*) Väter (2) ersten *L*

Summaria Apocalypseos explicatio

Januar 1677

I

Nuper in *Apocalypsin* meditatus, hoc interpretationis fundamentum ponendum putavi: Verisimile est omnia quoad ejus fieri *potest de rebus Johanni* 5
contemporaneis intelligi debere. Certum enim est prophetas saepe cum de rebus
longinquis et late fuis dicere videntur, propinquas sibi et satis arctas designare, quod
mirari non debemus, quoniam grandiloquentia eorum majestati convenit. Alterum est
quod noto *Apocalypsin* esse scriptum inter artificiosissima censendum,
quae nobis ex omni antiquitate reliqua sint. Ea in illo est simplicitas 10
sermonis, et verborum proprietas, et sententiarum majestas, et lumina orationis, ut sine
admiratione quadam atque intima animorum commotione legi attente non possit. Qualis
dicendi ratio est Platonis cujus *Phaedo* de animae immortalitate, aliquibus mortem
voluntariam persuasit; et Virgilii cujus de Marcelli morte versus Livia sine lacrymis
legere non potuit. Ita pro certo habeo, multos eorum qui hoc et superiore seculo salvo 15
quodam Enthusiasmo correpti, aliis fanatici, aliis vates inspirati habiti sunt; fuisse
apocalypseos lectione atque meditatione concitados. Neque dubito plurimum apud
primos Christianos potuisse, quibus solandis scripta erat. Cum igitur tanto artificio
constet, cavenda est omnis explicatio frigida et coacta, et minuta. Deinde assumo
quaedam omnibus in confesso, ut Babylonem esse Romam. Caput 1. 2. 3. omitto, nam 20
literalem sensum ferunt, satis obvium. Quorundam explicationem quaerere et inutile et
parum aptum est. Ut quod Grotius quatuor animalia explicat de Apostolis aliis, et 24
presbyteros, de quibusdam presbyteris viventibus. Cum videantur illi qui perpetuo
stantes coram throno Dei introducuntur, non esse homines viventes. Itaque non magis hic
certas personas designari necesse est, quam per quatuor animalia Ezechielis. 24 seniores, 25
duplus est numerus Patriarchiarum vel

5 fieri (I) debet (2) potest L 15 hoc . . . seculo erg. L 16 Enthusiasmo (I) concitati, a (2)
correpti, L 19 constet, (I) cavendus est omnis se (2) cavenda . . . explicatio L 24 Dei (I) intelli (2)
introducuntur, L

13 f. Platonis . . . persuasit: SENECA, *Ad Lucilium epistolae morales*, 24, 6 und PLUTARCH, *Vitae
parallelae*, *Cato minor*, 68, 2 zum Tode des Cato Uticensis. 14 f. VERGIL, *Aeneis*, VI, 860–886. – Livia . . .
potuit: vgl. SERVIUS, *Commentarius in Vergilii opera*, in *Aen.* VI, 681. Gemeint ist vielmehr Octavia, die
Mutter des Marcellus. 22 f. H. GROTIUS, *Annotationum in Novum Testamentum pars tertia ac ultima. Cui
subiuncti sunt ejusdem auctoris libri pro veritate religionis Christianae* . . ., Paris 1650, *Annotationes ad
Apocalypsin*, ad IV, 6 u. 4. 25 Ez. 1, 5 u. 10.

Apostolorum, videtur ergo ambos conjunxisse. Non malus est locus Irenaei de vocabulo Λατῆνος quo continetur 666. Dicit Evangelista esse numerum hominis. Est autem *Latinus* nomen viri. Manifestum autem cur maluerit Apostolus Λατῆνος, quam *Roma* quod sine dubio noluerit rem nimis manifeste exprimere. Perplacet explicatio

5 Grotii de animali cujus vulnus sanatum. In capite 6¹ videtur loqui de turbato sub Ottone Vitellioque imperio, et per Vespasianum restituto. Nec absurde idem per aliud animal quod priori servit, et idololatriam promovet intelligit Magiam Apollonii qui per Asiam eo tempore velut Christi aemulus celebrabatur, plurimumque nocebat Christianis. Neque ista parva, quae Apostolum prope tangebant. Sed oeconomia totius nonnihil percurrenda

10 est. Omissis Epistolis ad Ecclesias, et praeparatoriis visionis cap. 5. videtur incipere Revelatio cap. 6. Incipit autem a Resurrectione Domini, et statum primum Judaeae describit, usque ad rerum Judaicarum eversionem sub Hadriano. Resurrectio Domini atque ascensio atque de inimicis triumphus intelligitur, sub figura [Equitis] albo equo vecti atque coronati, atque ad victoriam exeuntis, adde infra eundem Equitem redeuntem

15 paucis mutatis XIX, 11, 12, 13. Sequuntur alii equites repraesentantes quae postea secuta in Judaea; angeli scilicet executores, quorum unus bellum ostendit, quale de quo Iosephus XX, 1, alius famem secutam, quam praedixit Agabus *Act.* XI, 28. Incidit in principatum Claudii haec fames, Ioseph. XX, 2. Per οἰκουμένην hic intelligitur Judaea non male et vicinia. In haec enim intentus haud dubie Apostolus. VI, 9. videtur sermo

20 esse de primis Martyribus a Judaeis occisis, ut Stephano, Jacobo. Populari illi vindicari sanguinem suum, promittitur illis post aliquam moram. Caeterum vindicatio eorum est Hierosolymae eversio. Nam ita et Christus: *Matth.* XXIII, 37. 38. *Jerusalem quae occidis prophetas. Ecce domus vestra relinquetur deserta.* Et subjicit paulo post XXIV, 2: *non mansurum lapidem super lapidem.* Manifestum autem hic in *Apocal.* VI, 10 per terram

25 intelligi Judaeam, et per homines, Judaeos. Quia dicunt occisi, *quamdiu non vindicabis nos ab illis qui vivunt in terra.* Hanc autem vindictam intelligi de Judaeis ostenduntque² sequentia. Sequitur

¹ *Darüber*: imo et 7

² *Darüber*: 36

5 de (1) Caesari (2) turbato L 12 f. Domini (1) triumphantis atque | < – > erg. u. gestr. | ascendentis repraesentatur (2) atque L 13 intelligitur, (1) cap. 6 v. 2 (2) VI, 2 (3) sub figura (a) triumphantis albo (b) | Equitibus ändert Hrs. | L 16 quorum (1) primus (2) unus L 16 ostendit, (1) alius (2) quale L 20 primis erg. L 21 sanguinem (1) Judae (2) suum, (a) et Judaeos (b) promittitur L 26 terra. (1) Ostendi (2) Hanc L

1 f. IRENAEUS, *Adversus haereses libri quinque*, V, 30, 3 (PG 7, Sp. 1205 C – 1207 B). 4–6 H. GROTIUS, a.a.O., ad XIII, 3. 6–8 H. GROTIUS, a.a.O., ad XIII, 11. 17 f. FLAVIUS JOSEPHUS, *Antiquitates Judaicae*.

cap. VII terraemotus et anxietas: et obsignatio eorum qui ex Israël salvandi erant. Et ostenditur versu 9 et seqq. etiam gentes esse necatas ad salutem. Sequitur jam cap. VIII ipsius Excidii praeparatio, quam, ut solet res magnas praecedit aliqua semihorae quies in coelo. Cum dicitur effuso thuribulo in terras excitari tonitrua, sensus est precibus piorum Deum tangi et ad eorum vindictam exurgere. Quatuor tubae quas signa in terra, mari, 5 fluminibus, stellis consequuntur, significant caecitatem pertinaciam furorem, errores in Judaeorum plebe ac populo (solet enim vulgus *terrae*, ac multitudo *maris* nomine designari) in coloniis Judaeorum ac velut rivis per Asiam deductis. In sideribus denique eorum sive doctoribus. Velle³ autem minutim explicare, illum velut montem ignis, et nomen absynthii, inutile et parum aptum, sunt enim picturae visionis. Sequitur cap. IX. 10 *Vae* primum et tuba quinta videtur designari quaedam seditio in Judaea et dissensiones, quibus non obsignati inficiuntur vers. 4. Quod dicitur stellam cecidisse de coelo, cui data clavis abyssi, IX, 1 intelligo de aliquo magno doctore, haereseos autore, non inepte id Grotius exponit de Eleazare et turbas de factione Zelotarum, de quo Joseph. 2, 3. Dicitur autem *Vae* primum, quia tum primum mala in nervum erupere. Sequi dicuntur (IX, 12) 15 duo alia *Vae*, id est duas tubas. Nam (VIII, ult.) tot *vae* quot residuae tubae. IX, 13 ex quatuor angulis altaris, id est a 4 plagis terrae, vox de solvendis 4 angelis ad Euphratem. Euphrates significat gentes, et ut olim Chaldaeos, ita nunc eorum imitatione Romanos, ut Babylon pro Roma, quatuor angeli, et a quatuor cornibus altaris; id est venient hostes in Judaeam ab omnibus imperii partibus. Occiduntur multi ut in Jotapata, capite X. Angelus 20 cujus vultus ut sol, sine dubio Christus. Is clamat, non ultra tempus fore. Est praedictio de secutura septimi angeli tuba, qua Christi Regnum in terris incipiet (ut patet XII, 1 junct. cum X, 7). Libellum deglutiendum non satis commode interpretor; nisi quis velit esse prophetiam Johanni injunctam, sed quae ei periculosa et damnosa, subjicitur enim iterum

25

³ *Am Rande: ?*

1 cap. VII *erg.* terraemotus (1) hominibusque (2) et L 2 f. cap. VIII *erg.* L 3 Excidii (1) descriptio (2) comprehensa (3) septem tubis (4) praeparatio, L 5 tubae (1) quibus te (2) quas L 7 plebe (1) , civibus (2) ac L 9 doctoribus. (1) Sed sequuntur *Vae* (2) Velle L 9 explicare, (1) lapidem (2) illum L 10 f. cap. IX. *erg.* *Vae* (1) < – > ad tubam quintam (2) primum . . . quinta L 14 2, 3. (1) Sequitur solutio quae V (2) Dicitur L 16 tubae. (1) Est unum horum *vae* (2) IX. 13. L 19 venient (1) homines (2) hostes L 21 Est (1) repetitio praedictionis Christi de excidio (a) non < – > (b) < – > (c) differenda ultione (2) praedictio L

13 f. H. GROTIUS, a.a.O., ad IX, 1 u. 3.

14 FLAVIUS JOSEPHUS, *Bellum Judaicum*.

debere prophetisare. Subjicitur initio cap. XI vel fine cap. X dari ei arundinem ad mensurandum templum, id est ad explicandam Ecclesiae amplitudinem, sed jubetur non mensurare interius templi, sed ejicere, significat Gentem Judaicam, populum antea sanctum rejici, et gentes vocari. Et dicitur gentes urbem sanctam conculcaturos. Haec sub
 5 finem cap. X. secundum edit. Lutheri, vel sub init. cap. XI. secundum alias. Quod autem dicitur conculcaturos 42 mensibus intelligendum a tempore notabili ad exemplum Danielis eodem numero usi. Quae de duobus testibus dicuntur, non satis intelligo, nisi intelligas⁴ cum Grotio Christianos duplices Judaeos et Ethnicos. Cum his certat bestia exurgens ex abyssso, eosque trucidat, hoc explicat Grotius de Barcochba, sed hoc
 10 quomodo fieri possit non video. Bestia enim ex abyssso est imperium Romanum infra c. XIII, haec ergo per anticipationem. Intelligo ergo hanc duplicem Ecclesiam valde affligi: forte et duo illi testes sunt Petrus et Paulus Romae occisi. Eorum autem resuscitatio est respiratio Christianorum, qui oppressi putabantur persecutione Neronis. Capite XII. sequitur Tuba septima et praedicatur ipsum imperium Romanum esse vincendum.
 15 Delineatur hoc paucis quasi in compendium in sequentium parabola de muliere et dracone, quae producit infantem. Mulier Ecclesia, infans regnum Christi. Ecclesia in deserto per 1260 dies. Id est tempus Ecclesiae pressae. Quia idem hoc tempus cum praedicatione testium. Hinc testium nomine intelligenda haud dubie ipsa Ecclesia. Eadem res duabus diversis visionibus expressa. Ejectio Draconis, qui vincitur per
 20 sanguinem agnis est Ecclesiae praeservatio et conservatio fidei, quam cum draco non posset pessundare mulierem invadit, id est ipsam Ecclesiam persequitur. Alluditur simul ad traditionem Judaeorum de pugna draconis cum bonis angelis, de qua in *Gemara*, deque ejectione Luciferi e coelo. Frigidior

	⁴ <i>Am Rande:</i>	7	1260
25		<u>12</u>	
		84	1260 f. 105
		<u>42</u>	1 2 2 2
		504 <i>gestr.</i>	11

1 initio . . . cap. X *erg. L* 5 secundum (1) Latinam, (2) alias. *L* 8 intelligas | *Am Rande vertikal ohne Zeichen* $7 \cdot 12 = 84 + 420 = 504 \text{ gestr.}$ | cum *L* 8 Ethnicos (1), qui post excidium Hierosolymis fuere; ibique Judaeis molestiae fuere. (2). Cum *L* 16 infans (1) ejusque regnum (2) regnum *L* 17 pressae. (1) Jam (2) Quia *L*

7 Daniel 7, 25; 12, 7; vgl. 12, 11 f. Leibniz folgt hier wohl Grotius. 8 H. GROTIUS, a.a.O., ad XI, 3.
 9 H. GROTIUS, a.a.O., ad XI, 7.

Grotii interpretatio de Simone Mago. Nimis minuta consecratur. Scit se parum temporis habere draco, id est Regnum Christi mox secuturum. Pugna Draconis cum muliere et ejus semine (XII, 17. forte ad *Genesin* alluditur) paucis tacta est, nunc capitibus XIII, XIV, fusius explicatur. Animal septiceps haud dubie Roma, ascendit ex mari; id est gentibus. Nam NB, mihi videtur terra hic esse Judaea, mare gentes. Vulnus sanatum, erat bellum sub Othone, Vitellio, Vespasiano, ab hoc oppressum. Vulnus in capite incendium Capitolii. Quadraginta duo menses iidem qui supra sub initium cap. XI. vel fin. [10]. Id significat tempus quo durabit alienatio Romani imperii a Christianis, et conculcatio etiam terrae sanctae. Nam postea sub Constantino haec cessavere. Tantum isti 42 menses non conveniunt cum 1260 diebus. Sunt autem καιρόν, καιρούς, καὶ ἥμισυ καιρού, annus, anni duo, semiannus, etiam 42 menses. Animal priori suffectum agnum imitatur, est philosophia falsa, Magica, pythagorica. De numero 666 supra; Grotius eum non male explicat de ΟΥΛΠΙΟΣ.

O Y Λ Π Ι Ο C
70 400 30 80 10 70 6

15

70
400
30
80
10
70
6

20

nam Trajanus frequentius Graecis ΟΥΛΠΙΟΣ, inscriptio Gruteri, *sigma* aliquoties pro senario in veteribus.

II

25

Apocalyps. XIII, 17, 18. Numerus nominis bestiae. Numerus hominis 666. Nimirum recte notant olim pro nomine adhibitum numerum, quem literae nominis Graecae in

2 est (1) Imperi (2) Regnum L 7 12 L ändert Hrsg. 25 f. II (1) Non displicent prorsus (2) De nomine (3) | *Apocalyps.* XIII, 17. 18 erg. | L 27 pro (1) nominibus adhibitos numeros quos (2) nomine . . . quem L

1 H. GROTIUS, a.a.O., ad XII, 4. 10 f. Vgl. Daniel 7, 25; 12, 7. 12 H. GROTIUS, a.a.O., ad XIII, 18. 23 f. J. GRUTER, *Inscriptiones antiquae totius orbis Romani, in corpus absolutiss. redactae* . . . *Accedunt notae Tyronis Ciceronis L. ac Senecae*, 2 Bde, Heidelberg 1602–1603, S. 60, Nr. 6; S. 327, Z. 15; Leibniz folgt hier wohl Grotius.

unum collectae conficerent. Dicitur esse numerum hominis. Id est numerum nominis hominis. Hic Irenaeus dicit creditum fuisse ab aliquibus nomen hoc esse

30 1 300 5 10

5 50

70 200

N

O Σ .

Λ Α Τ Ε Ι

Neque id absurdum. Nam nomen est hominis, fuit enim Rex Latinus: et maluit adhibere Apostolus Λατῆνός quam Ῥωμαῖος ne nimis clarus esset sensus, Romanisque innotesceret facilius cum Christianorum periculo. Obstant primum, quod non videtur
 10 haec vox satis nota graecis, ut Johanni incidisse sit probabile, et multo minus illud ex Virgilio, quod ejus nominis rex fuerit. Itaque Grotii interpretatio aliis videtur praeferenda, quod sit nomen Trajani ΟΥΑΠΗΟC.

O 70

80

Y 400

70

15

Λ 30

50

Π 80

300

I 10

10

O 70

70

C 6

6

20

666

Nam hoc vere nomen hominis, et ejus quidem hominis, qui revera Christianis maxime omnium ejus temporis imperatorum nocuit. Imperatoris autem alicujus Romani Christianis inimici nomen designari visum est et Irenaeo ipsi et Arethae. *Oulpii* nomine quam *Trajani* notior Graecis. Constat ex inscriptione apud Gruterum pag. 60. Notandum
 25 autem in fine scribendum non Σ, quod notat 200, sed ς, uti nos hodie *sigma* scribimus, quod significat 6 potius C ut non raro in inscriptionibus. C enim pro senario ponitur in inscriptione apud Gruterum pag. 327 et aliis multis quas Grotius sibi ait ab Isaaco Vossio indicatas.

Sunt in *Apocal.* cap. XIII. duo animalia, unum ex mari, quod est imperium

30 Romanum; alterum ex terra. Sed ut priore loco mare significat gentes, oppositum terrae id est

1 Dicitur (I) nomen (2) esse L

11 aliis *erg.* L

21 Nam (I) Trajanus fuit hom (2) hoc L

25 hodie (I) senaria (2) *sigma* L

28 f. indicatas. (I) Nota (2) Sunt L

30 mare (I) oppositum (2)

significat L

2–6 IRENAEUS, a.a.O. 10 f. VERGIL, *Aeneis*, VI, 891 u.ö.

12–19 Neben den Summanden für Οὐλπίος die für Πόντιος.
Commentarius in Apocalypsin, cap. 37 (PG 106, Sp. 677–680).

totius orbis Romani, a.a.O.; Leibniz folgt hier wohl Grotius.

11 f. H. GROTIUS, a.a.O., ad XIII, 18.

22 f. IRENAEUS, a.a.O.; vgl. ARETHAS,

23–27 J. GRUTER, *Inscriptiones antiquae*

27 f. H. GROTIUS, a.a.O., ad XIII, 18.

Judaeae, ita hic terra ex qua posterior bestia exurgit, videtur significare hominem de plebe. Itaque sensus est esse Philosophiam idololatricam, qualis Apollonii Tyanaei dicitur duo habuisse cornua, instar agni. Id est hos Magos Christum fuisse aemulatos. Quod paulo ante dicebatur, *qui gladio occidet gladio occidetur*, XIII, 10, non male de Domitiano explicabitur, qui Christianos persecutus, a suis trucidatus. Fortasse vero 5 rectius dicemus priorem bestiam esse imperium Romanum, posteriorem esse Caesarem Trajanum qui ex terra, id est ex plebe instar agni, quod probitatem affectaret, loquitur ut Draco, edicta ejus sanguinaria in Christianos. Signa facit, id est res magnas agit, jubet omnes adorare bestiam illam cujus vulnus sanatum, id est Romam. Animatum ab eo bestiae prioris simulacrum; id est imperium Romanum vigorem recepisse. Et videtur non 10 male intelligi posse numerus bestiae, pro numero Bestiae posterioris, et tunc foret *Ulpīi* nomen sin interpreteris de bestia priore id est Roma, praevalebit vox *Λατῆνός*.

Cap. XIV praedicitur ruina Romae Ethnicae, et martyrum consolatio. Messis autem et vindemia significant tantum tempus venisse exhilarandorum fidelium propagata fidei fruge, et puniendorum velut in torculari improborum. Neque ista minutius certis 15 circumstantiis applicare velle consentaneum videtur. In Cap. XV. est praeparatio de septem angelis qui septem phiales effundere debent, in Romam Ethnicam cujus ruina praedicta capite praecedenti. Cap. XVI Effunduntur in terram, in mare, fontes, solem, respondent 4 hae phialae 4 tubis supra exactissime. Non tamen hinc videtur sequi idem utrobique intelligi. Sunt enim ista actus tubae septimae, atque ita consequentiae 20 superiorum non repetitio. Tantum se mutuo explicant, sensus itaque est omnis generis homines; terram, et mare, id est populos, imperio Romano subditos; fontes et flumina; socios; solem et stellas summa capita et rectores iram Dei effundi. Subjicitur et phiala quae in ipsam sedem bestiae Romam effunditur. Alia effunditur phiala in Euphratem, ut eo siccato via fieret regibus ab oriente. Videtur a Parthis Scythis et aliis Barbaris ab 25 Euphrate et Rheno Romano imperio minari.

Cap. XVII de ruina Romae Ethnicae distinctiora. Septem inquit capita sunt 7 montes super quibus sedet mulier, et sunt septem Reges. Nemo dubitare potest intelligi Romam, sed septem Reges. Augustus, Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, videntur esse quinque illi qui cecidere. (Nec puto Galbam, Ottonem et Vitellium connumerari, velut 30

7 affectaret, (1) locutus (2) loquitur L 8 Christianos. (1) Res magnas agit, seu (2) Signa L 9 est (1) Rempu (2) Romam. L 10 prioris erg. L 10 recepisse. (1) Vide (2) Et (a) ratio (b) videtur L 11 foret (1) Trajani (2) Ulpīi L 18 Cap. XVI erg. L

momentaneos quibus nec imperium tranquille possessum quanquam eos numeret
 Grotius.) *Unus est*. An Vespasianus? *Alius nondum venit* ad regnum scilicet,
 Titus. Et *ubi venerit exiguo tempore manebit*, nam mature obiit. Et *bestia*
quae fuit at non est, est octavus Rex. Erit Domitianus. Hoc autem ita interpretatur
 5 Grotius Domitianum sibi jam Caesaris majestatem vindicasse, vivis patre et fratre, sed in
 ordinem redactum modestiam simulasse, donec recuperaret imperium. Haec ideo
 ferenda, quia non video quis alius intelligi possit per istum octavum. Tantum id parum
 consentit, cum nomine *Ulpii* quod bestiae tribuebatur, nisi ut supra dixeram Domitianum
 quidem de priore illa bestia interpretemur, *Ulpium* de secunda quae surrexit e terra. Sed
 10 hic rursus difficultas, quod postea ea bestia quae surrexit de terra appellatur
 pseudopropheta XIX, 20. Unde non videtur esse imperator, sed quidam sectae autor,
 quod rursus faveret sententiae de Apollonio. Est et hoc obscurum, quod dicitur octavus
 Rex esse de septenis. Haec pene mihi persuadent ut credam ipsam bestiam, esse
 Rempubicam Romanam seu senatum, quae est et non est, ejus enim supererat umbra
 15 tantum, est de Septenis, quia senatus cum ipsis gubernavit, et non video quomodo tota
 bestia septem capitum et decem cornuum pro uno Caesare sumi possit, cum capita
 dicantur esse Reges. Valde igitur credo intelligi Rempubicam seu senatum. Quid ex
 decem regibus qui nondum imperium acceperere faciam, non satis scio. An forte loquitur
 de futuris imperatoribus usque ad Constantinum, quos denario numero complexus velut
 20 rotundo: Hi odio habebunt mulierem id est Romanam rempublicam et vastabunt. An vero
 loquitur de extraneis gentibus Parthis, Germanis, quia dicitur XVII, 15 odio habituros
 meretricem sed et hoc parum apte, quia iidem dicuntur dare regnum suum bestiae; donec
 impleatur voluntas Dei. Forte conciliari potest, hoc modo nunc dare suam potestatem
 bestiae, donec voluntas Dei sit, ut odio habeant mulierem; verum ista omnia parum cum
 25 verbis: *haec decem cornua esse decem reges qui nondum acceperere regnum, sed per*
tempus aliquod habebunt potestatem cum Bestia, facilius ergo intelligetur Caesares
 venturi: et quod odio habuere mulierem, intelligendum non quod proprie Romam odio
 habeant, sed quod plurimum ei nocebunt, eamque tyrannice tractabunt, quemadmodum
 Domitianus aliique.

1 f. momentaneos (1) nec imperium tranquille possessos (2) quibus . . . possessum | quanquam . . .
 Grotius erg. | L 4 Rex. (1) Vid (2) Erit L 6 simulasse, (1) mox restitutum (2) donec L 8 cum (1)
Ulpio, qui postea dicitur esse bestiae nomen (2) nomine L 8 nisi (1) pri (2) ut L 13 credam (1)
 octavam (2) ipsam L 17 Reges. (1) Pro certo (2) Valde L 20 est (1) Romanam im (2) Romanam L
 21 Germanis, (1) sed et hoc parum apte quia dicuntur odio habuisse (2) quia . . . | XVII, 15 erg. | odio
 habituros L 23 modo (1) esse provincias, quae (2) habere (3) nunc L 26 intelligitur (1) reg (2)
 Caesares L 28 f. quemadmodum (1) < - > (2) Domitianus L

Reliqua clara. Quod dicitur cap. XIX vers. 7 de agni nuptiis ejusque uxore, intelligendum per antithesin mulieris Babylonicae. Uxor autem agni videtur esse imperium Christianum. Quod dicitur bestiam et falsum prophetam projici in paludem ignis: manifestum quoad bestiam, non aequè quoad pseudopropheta, ejus enim nulla in superioribus mentio. Videtur tamen hic vocari pseudopropheta, quod supra secunda illa Bestia, nempe Magia idololatrica. Et hoc modo non potest de Ulpio explicari. Caeterum nota misceri destructionem Romae, et eversionem idololatriae, etsi eodem tempore non contigerint, nec iisdem occasionibus. Videbatur enim haec poena Romae Ethnicae deberi, ut postea funditus everteretur. Et certe non ante cessavit Romae idololatria, quam postquam sub Honorio eversa est. Nam sub Theodosio adhuc florebat. Cap. XX. Draco ligatur, pro mille annis, sancti judicant terram et regnant. Animae occisorum regnant cum Christo his mille annis, id est eorum memoria in publica veneratione est. Ita Grotius. Sed parum ista conveniunt cum eo quod subjicitur; alios mortuos non resurgere. Nisi dicamus alludi ad Judaeorum traditiones de duplici morte et resurrectione, de mille annis inter utramque, de Gogo et Magogo. A Constantini edicto pro Christianismi libertate anno 340 ad Domum Ottomannicam anni sunt 1000. Sed constat Saracenos jam multas Christianis intulisse clades, neque adeo hos 1000 annos fuisse valde felices. Deinde dicitur etiam alios mortuos resurrecturos 1000 annis post primos; XX, 5. Idem mox vers. 12. dicitur post eversum Gog et Magog futurum; debent ergo inter initium regni sanctorum et eversionem Gogi atque diem judicii interesse mille anni. Atqui plus quam mille sunt anni, nec ille eversus. Dicendum videtur ista allegorica et ad traditiones veteres alludentia, nec hic exactitudinem necessariam judicatam. Cap. XXI. de novo coelo et terra intelligi de tempore regni sanctorum, non de tempore post judicium putat Grotius. Sed obstat vers. 5. cap. XXII ubi dicitur novam Jerusalem fore aeternam, non ergo est millenaria.⁵

25

⁵ *Auf der Rückseite oben:* Λ Α Τ Ε Ι Ν Ο Σ
 30 1 300 5 10 50 70 200

1 vers. 7 *erg. L* 2 antithesin (I) foemi (2) mulieris *L* 5 mentio. (I) Notandum destructionem Romae, cum (2) Videtur *L* 7 et (I) Chri (2) eversionem *L* 12 est (I) coluntur (2) eorum *L*
 15 libertate (I) ait Gro (2) anno *L* 16 Sed (I) videbatur (2) constat Saracenos (a) < – > (b) jam (aa) < – > (bb) multas *L* 19 post (I) occisum (2) eversum *L* 19 inter (I) eversionem G (2) re (3) initium *L*
 19 f. et (I) Gog et Magog (2) eversionem *L* 22 exactitudinem (I) desideran (2) necessariam judicatam. (a) Nihil repugnat (2) Cap. XXI. *L*

11 f. H. GROTIUS, a.a.O., ad XX, 4.

22 f. H. GROTIUS, a.a.O., ad XXI, 1.

424.AUS UND ZU MAIMONIDES, DUX PERPLEXORUM

[1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung:

- 5 *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 3, 3e Bl. 1–4. 1 Bog. 8° (Bl. 1–2) u. 2 Bl. 8°. (Bl. 3 u. 4) (als »scheda 1, 3, 4« von Leibniz bezeichnet). 7 $\frac{1}{2}$ S.
- L'* Auszug mit Bemerkungen: *Genf*, Fondation Martin Bodmer (ohne Signatur) . 1 Bl. 8°. 2 S. (von Leibniz als »scheda 2^{da}« bezeichnet).
- L** Auszug mit Bemerkungen: LH XLII, 7 Bl. 22. 1 Bl. 8° (das zweite Blatt der »scheda 2^{da}«); jetzt: LH IV 3, 3e Bl. 5.
- 10 *E* A. FOUCHER DE CAREIL, *Leibniz, La philosophie juive et la cabale*, Paris 1861, Anhang S. 2–45, mit franz. Übersetzung (nach *L*, *L'* und *L**).

Wir wissen, daß Leibniz schon früh ein Interesse an den Schriften von Maimonides gehabt hat, das auch in späteren Jahren nicht abgenommen hat; vgl. u. a. die Korrespondenzen mit Johann Georg Graevius (28. Februar 1671, I, 1 N. 71, S. 125; 23. Mai 1679, I, 2 N. 468, S. 476) und Henri Justel (30. Juli 1677, I, 2 N. 262, S. 287; 9. November 1677, I, 2 N. 275, S. 299; 27. Februar 1691, I, 6 N. 210, S. 390). Zu welcher Zeit der Auszug erfolgte, ist jedoch nicht auszumachen. Nach dem Prinzip der frühestmöglichen Datierung haben wir ihn hier aufgenommen.

Ex Maimonide scheda 1

20 Egregium video esse librum Rabbi Mosis Maimonidis, qui inscribitur *Doctor perplexorum*, et magis philosophicum quam putaram, dignumque adeo lectione attenta. Fuit in philosophia, mathematicis, medica arte, denique sacrae scripturae intelligentia insignis. Legi versionem Joh. Buxtorfii fil. editam Basileae 1629. 4°.

Praef.

25 Profitetur se parabolarum legis veram intelligentiam aperire; timuisse scribere quia, inquit, talia sunt de quibus nullus ex gente nostra in hac captivitate quicquam scripsit hactenus. Sed suffultum duobus principiis: *Tempus est faciendi Domino, irritam fecerunt legem tuam*. Psalm. 119, 126. Et dicto sapientum: *Omnia opera tua fiant ad gloriam Dei*.

19 Rabbi Mosis *erg. L*22 f. Legi . . . Praef. *erg. L*25 talia . . . quibus *erg. L*27 dicto sapientum: *Mischna Abot*, II, 12.

Part. 1

C. 26. Deo trib[u]untur nomina corporea ut doceatur eum esse Ens, vulgus animalia Entia non apprehendit; tribuitur ei motus, qui[a] intelligunt homines in movendi facultate aliquam perfectionem.

C. 27. Onkelos diligens in removenda a Deo corporeitate.

5

C. 32. R. Akibha perfectus, qui in rebus divinis ingressus et egressus est in pace, non fatigans animum iis quorum apprehensio non erat in potestate. Nocet se exercere in nimis excelsis.

C. 34. Incipiendum a Logicis, deinde tendendum ad Mathematica, inde versari oportet in naturalibus, ultimo in divinis.

10

Ibid. Nisi per Kabbalam (traditionem) scientia aliqua nobis data esset, et si per exempla et similitudines non duceremur, sed discenda essent omnia per essentielles rerum definitiones, credendaque per demonstrationes, major pars hominum diem suum obiret antequam sciret num Deus sit nec ne. Qui speculatur sine principiis, est ut is qui ambulans cadit in fossam, qui melius quievisset.

15

C. 36. Qui credit Deum esse corporeum pejor est idololatri, qui scil. non putant idola esse Deum, sed colunt ut medium aliquod ad Deum.

C. 46. Corporea tribuuntur Deo ut discat populus omnium rerum in eo perfectiones existere. Estne hujus terrae rex aliquis? est. Quam habes demonstrationem[?] Ecce. Cum nummularius iste sit vir debilis, corporis exigui, et magna auri copia coram ipso, alter vero homo robustus et egenus, vel unicum obolum loco eleemosynae ab eo petens, sed non solum nihil ab eo accipiat, verum graviter increpetur et verbis injuriosis repellatur, sane nisi metus regis esset, eum interficeret, et substantiam ejus auferret. Ita ex Eutaxia rerum civilium cognoscit esse regem. Quae Deo attribuunt prophetae, sunt motiones ad ostendendam ejus vitam, sunt sensationes ad ostendendam ejus cognitionem, vel tactus ut doceant de actione, vel loquelae ut doceant de infusione intelligentiae.

25

C. 47. Deo attribuitur intellectio *Bun*, non imaginatio *Damah*.

C. 5[1.] Deus est simplicissimus, nec habet formas seu attributa sive accidentia.

C. 52. Non magis inter Deum et creaturas est comparatio, quam inter sapientiam et inter dulcedinem, licet sunt sub genere qualitatis.

30

C. 53. Si quis describeret ignem quod sit dealbans, denigrans, coquens, comburens, congregans, dissolvens, verum diceret; sed si putaret sex ideo res diversas (facultates)

igni inesse, quarum una coqueret, alia denigraret, etc. is erraret, cum ea praestet una qualitas nempe calor, pro diverso solum objecto; ita in Deo non sunt diversae formae seu res, vita, sapientia, potentia, voluntas.

C. 54. Tredecim proprietates Dei Mosi revelatae. *Exod.* XXXIV, 6, 7.

5 C. 57. Deus existit sed non per existentiam, vivit sed non per vitam, scit sed non per scientiam.

C. 59. Gradus errorum et cognitionum, quidam statuit Deum esse corporeum, quidam dubitat, quidam scit esse incorporeum, quidam adhuc amplius, non solum corpus sed et omnem passionem a Deo removendam, quo quis plura a Deo demonstrative
10 remove potest, hoc est magis proventus in ejus cognitione. *Tibi silentium laus est de Deo*, psalm. LXV, 2. Multi inepte dum Deum laudare se putant, in eum sunt injuriosi. Minime putandum est Dei perfectiones a nostris differre ut plus et minus.

C. 60. Multiplicanda sunt attributa negativa quidem; scilicet navem esse Ens, alius non esse accidens, alius non esse animal, alius non esse plantam, alius non esse statuum,
15 alius non esse compositum naturale, alius non esse rem extensam latam ut asseres et januae, alius non esse rotundam, non acutam, non aequilateram, alius non esse densam (plenam, solidam). Horum alius alio propius attingit, proxime ultimus. Omnes simul fere tantundem comprehendunt, quantum qui affirmatione diceret, navem esse corpus ligneum concavum, longum. Si quis dulce crederet esse amarum, aliquid de eo
20 apprehenderet sed si quis saporem putaret esse quantitatem, is plane naturam saporis ignoraret {ita} si quis Deo tribuit creaturarum attributa.

C. 62. Nomina: tetragrammaton 12 literarum, 42 literarum.

C. 68. Deus est intellectus, intelligens et intelligibilis, et haec tria in ipso sunt unum. Intellectus existens in actu, est idem quod res intellecta, nempe forma abstracta arboris.
25 Sed intellectus in potentia et arbor intellecta in potentia sunt res diversae. Cum autem Deus sit semper actu intelligens sine ulla potentia respectu omnium intelligibilium, ideo in eo semper idem intelligens et intelligibile.

C. 69. Deus est forma ultima, quatenus dat esse rei. Eodem modo est finis finium, et Efficiens Efficientium; si *Aleph* moveretur a *Beth*, et *Beth* a *Gimel*, et *Gimel* a *Daleth*,
30 etc. utique *Daleth* moveret *Aleph*, *Beth*, *Gimel*.

C. 69. Quidam ex loquentium secta eo dementiae pervenere, ut ausi fuerint asserere etsi Deus non existeret, non secuturum res in nihilum redactum iri neque enim destructo efficiente destrui opus. Ignorabant scilicet Deum etiam esse formam mundi et finem.

3 res, (1) quarum una sit sapientia, altera (2) | vita erg. | L 5 vitam, (1) sapiens (2) scit L 20 quis (1) gustum (2) saporem L 22 literarum, (1) 50 literarum, (2) 42 L

C. 71. Loquentes conati fuere philosophiam accommodare ad suam religionem, confundunt plerumque imaginationem cum intellectu, volebant demonstrare novitatem mundi ex philosophia, quod Maimonides negat fieri posse.

C. 72. Mundus est unum individuum sicut Ruben aut Simeon, Mundi comparatio cum homine, *Deus est vita mundi. Et juravit per vitam Mundi*. Dan. XII, 7. 5

C. 73. Principia loquentium quae a Graecis et Aramaeis ad Ismaelitas pervenire: prima propositio est ad confirmandum substantiam abstractam,

2. Dari vacuum.

3. Tempus componi ex instantibus

4. Substantiam non posse esse sine multis accidentibus. 10

5. Substantias abstractas existentium et subsistentium perfici in accidentibus.

6. Accidens nullum durare duo tempora seu momenta.

7. Eandem esse rationem habituum et privationum et utraque esse accidentia existentia quae efficiente aliquo indigeant.

8. Nihil esse in universo praeter substantiam et accidens et formulas naturales quoque esse accidentia. 15

9. Accidentia se invicem non sustinere nec de se invicem praedicari.

10. Possibile non probari per convenientiam illius imaginationis cum hoc universo (hoc est possibile non esse illud quod naturae ordini convenit, sed quod concipi potest).

11. Infinitum nullum dari neque in actu neque in accidente, neque in potentia, sed omnibus modis falsum esse. 20

12. Sensus in quam plurimis errare et deficere, neque inde principia demonstrativa sumi.

Quoad 1: omnia componunt ex Atomis quantitate carentibus. Ita generatio nihil aliud quam congregatio (sed) has volunt Deum interdum creare vel annihilare. 25

[2:] Ex his sequi vacuum.

[3:] Hinc coacti ad tempus rediere. Non continuum sed compositum ex instantibus. Motum unum tunc sequitur alio non esse velociorem, sed motum velociorem pauciores habere quietulas, rotam volunt non totam simul moveri, alioqui necessario celerior esset motus in remotioribus a centro. Sequitur diametrum esse lateri quadrati commensurabilem. 30

In prop. 4: volunt si cui non insit accidens vitae, ei inesse accidens quoddam reale privationis vitae, seu accidens mortis.

Ad 5: Putant vitam existere in qualibet atomo corporis viventis, cum tamen multa aliter sint in toto, ut viriditas ob totum, nam contusa smaragdus est alba (+ non cohaerent ista loquentium cum doctrina Democriti +).

Ad 6: Volunt Deum continue creare accidens priori simile, sed non putant rei
 5 naturam ferre ut habeat talia accidentia. Deus secundum ipsos creat colorem in vestimento eo momento quo pannus conjungitur cum tingente. Hominem nequaquam movere calamum, sed motum calami esse accidens in eo a Deo creatum, Deum autem hanc consuetudinem observare tantum quando motus manus accedit: manui vero nullam
 10 inesse actionem vel causam per se ad calamum movendum, nec corpus inveniri quod aliquam actionem habeat, verum ultimum tantum agere Deum. Motum et quietem cohaereant ut calorem et frigus, id est ut realia accidentia.

Ad 8: Putant eandem esse substantiam omnium corporum, differre solum accidentibus.

Ad 9: Putant accidens quodlibet posse existere in qualibet substantia.

15 Ad 10: Fieri posse ut omnia sint aliter, nec ullam esse rationem cur res ita potius sit quam aliter, omnia ex consuetudine talia esse (+ arbitror +) posse fieri ut ignis infrigidet, et deorsum moveatur; interim consentiunt duo contraria non simul in eodem subjecto. Habent pro impossibilibus quae non possunt formari vel concipi, et id quidem recte, sed conceptio non debet sumi a phantasia, verum ab intellectu.

20 C. 7[4.] Pro probanda origine mundi via est appropriationis, cum enim res habeat certam mensuram, et possit habere aliam, ut et de aliis accidentibus, oportet esse appropriatorem qui elegerit unum ex possibilibus, et ita mundus sit conditus. Est et via praeponderationis quae est ramus prioris, nempe fuisse rationem cur Existentia mundi praeponderet non existentiae. (+ Id quod de Rubene manet est idem cum eo quod manet
 25 de Simeone (intellectus agens) +). Praeterea Abunazar Alpharab in libro *De entibus quae mutantur*, huic propositioni pridem cervicem fregit.

1 viventis, | de anima, dissentiunt *gestr.* | cum *L*

25 f. ABUNAZAR (Abu-Nazr Mohammed ben Tarkhan Alfarabi), *De entibus quae mutantur*: nicht mehr nachweisbar.

Ex Maimonidae doctore perplexorum Scheda 2^{da} [Bl. 1]More Nevochim pars 2^{da}

Prolegomena. Autor postquam sub finem partis praecedentis refutavit Loquentes qui Mundi novitatem demonstrare conantur, ait se vero ex philosophis demonstrationes de Deo allaturum, omissa et quasi concessa ipsis aeternitate Mundi, sequentes autem
5
exhibet propositiones philosophorum.

1) Falsum est dari Ens quantitate infinitum.
2) Falsum dari Entia quantitatem habentia numero infinita simul.
3) Falsum est dari processum causarum et effectuum in infinitum, licet mensuram et
quantitatem non habeat. 10

4) In quatuor praedicamentis invenitur mutatio substantiae per generationem et corruptionem; quantitatis per accretionem et diminutionem, qualitatis per alterationem; ubi per locum.

5) Motus est mutatio seu exitus de potentia in actum.

6) Motuum (localium) alius est per se, alius per accidens; alius item violentus, alius
partialis; substantialis corporis, accidentalis nigredinis (quatenus movetur cum corpore),
violentus lapidis ascendens, partialis clavi in navi. 15

7) Quicquid mutatur id dividitur, ideo quicquid movetur dividitur et est corpus, et quicquid non dividitur nec movetur nec corpus est.

8) Quicquid movetur secundum accidens, necessario aliquando quiescit. 20

9) Omne corpus movens movetur.

10) Quae insunt, vel ut accidentia insunt vel ut forma naturalis, utraque sunt potentia in corpore.

11) Quaedam quae in corpore subsistunt vel dividuntur cum corpore, ut colores, vel non dividuntur ut anima. 25

13) Nulla mutatio est continuatio, nisi motus localis species circularis.

14) Motus localis est primus natura quo opus pro caeteris.

15) Cohærent tempus et motus, nec motus nisi in tempore, nec tempus concipi potest sine motu, et quod motu caret, non cadit sub tempus.

16) Nulla res quae non est corpus intelligi potest habere numerum. Sed si fuerit
potentia in corpore possunt numerari individua potentialium, cum materiae vel subjecta
ipsarum numerantur, nec res incorporeales possunt numerari nisi rationem habeant
causarum vel effectuum. 30

17) Quod movetur habet motorem vel externum ut lapis a manu, vel internum ut corpus ab anima.

18) Quod exit de potentia in actum ab alio externo educitur.

19) Quicquid existentiae suae causam habet possibilis est existentiae ratione
5 substantiae suae.

20) Quicquid ratione substantiae suae necessariae est existentiae, id nullam existentiae causam habet.

21) Quicquid ex duabus rebus compositum est, ejus quatenus tale existentiae causa est compositio, et per consequens quoad substantiam suam non habet necessariam
10 existentiam.

22) Omne corpus necessario compositum est ex duabus rebus et certa habet accidentia.

23) Quicquid est in potentia id necesse est aliquando in actu non existere.

24) Quicquid est in potentia est materiatur, possibilitas enim perpetuo est in
15 materia.

25) Principia substantiae compositae singularis sunt materia et forma, et hae non possunt esse sine efficiente motore.

Ad 25. Propositiones demonstratae sunt ab Aristotele partim in *Acroamaticis*, partim in *Metaphysicis*.

20 26) Tempus et motum (+ secundum Aristotelem +) esse actu existentia et perpetua, unde sequitur esse corpus quod moveatur motu aeterno. Hanc propositionem videtur Aristoteles non agnovisse pro demonstrata, sed probabili, interpretes pro necessaria, loquentes pro impossibili (+ videtur generaliter per loquentes intelligere Aristotelis adversarios +).

25 [C. 1.] Etsi in animalibus [sit] motor primus seu prima causa efficiens, est tamen finis appetitus quaerendi salutaria, et causae adeo impulsivae sunt extra animal. (+ Ex his et aliis Aristotelis conatur demonstrare existentiam Dei. +)

C. 4. Coelum est intelligens et animatum, et movetur a Deo quatenus desiderat ei assimilari. Deus non agit per contactum.

30 C. 13. Accidentia accidentium sunt difficiliora intellectu, ut tempus.

C. 14. Recte Aristoteles omnia naturae opera esse ea quam res habere possunt perfectione.

C. 17. Si quis nunquam quicquam accepisset de modo quo generantur animalia, narrante aliquo, quod infantes sunt in utero, demonstrationes contra excogitaret, quod ibi non possunt edere, bibere, respirare.

C. 20. Vult Aristoteles res naturales contigisse per se, non per accidens, quia perpetuae sunt vel frequentes. 5

C. 23. Proportio inter dubia quae sequuntur unam sententiam et quae sequuntur sententiam contrariam, praeponderatio item vel decisio quaenam sententia sit minus dubia, non est sumenda ex multitudine dubiorum, sed ex magnitudine absurditatis illorum.

C. 24. Alubachar, filius Alzaig, construxit dispositionem quandam in qua tantum 10
Eccentrici, nullus Epicyclus. Sed Eccentricitas non minus declinat a fundamento Aristotelis quam Epicyclus. Itaque quae Aristoteles scripsit de his rebus stare non possunt.

C. 27. Articulus fidei est credere creationem Mundi, sed non credere destructionem. Animae sanctorum nunquam privabuntur et quidam putant corpora quoque perpetua voluptate frui in horto Eden. 15

C. 30. Sammael id est Satanus quem volunt equitasse super serpentem instar cameli, quando decepit Evam, mirum quod semen serpentis vincat semen Evae in calcaneo, et contra hoc illud in capite. Caput sunt Israelitae, calcaneum gentes idololatrae.

C. [40.] Leges quae solum Eutaxiam civilem respiciunt sunt humanae, quae vero perfectionem mentis simul, nempe veram notitiam de Deo, angelis et natura universi, 20
sunt divinae. Falsi prophetae venereis dediti. Jerem. XXIX, 22, 23.

C. 42. Visiones esse velut somnia. Sic lucta Jacobi: ad Hagar Aegyptiam et Manoah atque uxorem ejus pervenit filia vocis tantum.

[Scheda 2^{da}. Bl. 2]

Maimonidis Pars 3^{tia}

25

Praefatio. Duplex tractatus: opus *Bereschit* seu Creationis sive Theologia communis, et opus *Mercavah*, Curruum scil. Ezechielis seu Theologia Mystica. Hujus arcana

24 Aus der ausführlicheren Fassung der Kapitel 21–54 auf der 3. und 4. scheda erschließen wir, daß Foucher de Careil den Text paraphrasiert hat, was durch seine Angabe »Sub finem manuscripti«, mit der er die Wiedergabe des vorletzten Satzes unseres Textes einleitet, bestätigt wird. Wir verzichten daher auf den in *L* ausführlicher erhaltenen Abschnitt (cap. 21–47).

quae legendo meditandoque sit assecutus, ait se in eo libro scripturum et ex visione Ezechielis traditurum, ut qui expositionem audiat existimaturus ipsum nihil aliud dicere quam Scriptura jam dicit tantumque verba in aliquam linguam transferre, sed si ea consideret aliquis in cuius gratiam liber compositus, tam ei inquit manifesta erunt omnia
5 quam mihi.

C. 2. Insinuat Ezechielem per animalia intellexisse corpora coelestia, sub animalibus corpus cum terra conjunctum seu rotis in terra, [I] v. 15 habens quatuor facies (+ an elementa +). Hujus rotae erunt rectae nec motae a se ipsis, ut animalia, sed supra animalia est expansum (+ coelum +) et supra expansum est solium (+ solium gloriae
10 judaeis, coelum Empyreum +).

C. 10. Deus non facit per se mala, mala enim sunt privationes.

C. 11. Mala hominum ex ignorantia seu privatione scientiae.

C. 12. Falsum est in mundo plura esse mala quam bona, ut quidam docebat, qui volebat vitam hominis tot esse malis refertam, ut sit poena quaedam, quod est contra
15 benignitatem Dei. Inepti isti putant totam rerum naturam ipsorum causa existere, et cum aliquid contra ipsos accidit. Totum mundum malum putant. Mirantur inepti, quod qui malis cibus vescitur, leprosus sit, et qui nimis venerem exercet, oculorum aciem amittit.

Sapienter Galenus, lib. 3. *de usu partium: noli vana spe lactare animum tuum ac si ex sanguine menstruo et semine posset generari animal immortale, doloris expers,*
20 *perpetuo se movens, solis instar splendens.* Plerique nascuntur sani et integri, rari terrae motus.

Mala hominibus a se invicem, et maxime a se ipsis. Dum quaerimus non necessaria, ipsa necessaria nobis difficilia reddimus, deficiunt enim vires in necessariis fractae in superfluis. Necessaria magis sunt copiosiora, ut aer, aqua. Qui plura habet vascula
25 balsami aut vasa pretiosa nullam praerogativam ad substantiam suam acquisivit, sed vanitatem fallacem, ut de manna Exod. 16, 18. *Non superfuit ei qui plus collegit, nec defuit ei qui minus, singuli quantum comedere poterant collegerunt.*

C. 13. Finis ultimus specierum videtur Aristoteli esse continuatio generationis et corruptionis. Non potest dici omnia esse propter hominem, et hunc ut Deum colat. Nam
30 hoc cultu nihil Deo accedit, cultus est non ob ipsius, sed nostrum bonum. Singula Entia sunt sui ipsius, non alterius gratia. Unumquodque erat bonum valde. Cum dicitur luminaria creata ut luceant, non est sensus hunc esse eorum finem, sed quod voluerit Entia

13–15 quidam: AL RAZI, (Abu Bekr Mohammed ben Zakkarija Al Razi), *Sepher Elohu*.
18–20 GALEN, *De usu partium corporis humani*, III, 10.

creare lucentia scilicet. Dicunt sapientes: *loquitur lex secundum linguam filiorum hominum.*

C. 15. Secta Muatzali credit accidens voluntate Dei posse subsistere extra substantiam, sed, inquit, observatio et reverentia quarumdam rerum legalium (+ religionis +) extorsit ipsis hoc effugium. Non fiunt possibilia quae imaginari licet, sed 5 quae intelligere.

C. 16. Ex rerum perturbatione et malis bonorum, quidam colligunt Deum non scire omnia, alias sequeretur aut non posse aut non velle mederi. Hic error quaerendus apud Alexandrum Aphrodisiensem in libro *de regimine seu gubernatione*. Talis est ipsius Alexandri sententia. 10

C. 17. Aristoteli providentia est supra lunam, ubi perpetuitas. Infra tamen multa fiunt per accidens, itaque id solum providentiae quod per se fit. Contraria sententia sectae Assariae inter Ismaelitas, quod omnia fiant per se et ex certa gubernatione, unumquodque folium ex speciali Dei decreto decidere. Sed ita sequitur nihil esse penes hominem, et omnia fiunt necessaria vel impossibilia quae nos vocamus possibilia, quae 15 tamen non fiunt absolute loquendo et respectu Dei non esse possibilia. Sequetur et hinc nullum esse finem actionum divinarum, posse etiam Deum castigare eum qui non peccavit. Alia sententia est hominem potestatem aliquam habere, neminem puniri qui bene agit. Haec est secta Muatzali etsi Deo potestatem absolutam non tribuat. Credunt quod Deus sciat singulorum foliorum decisionem et omnibus provideat melius 20 et homini cuidam ut sit imperfectus, sed nos hanc (+ inquit autor +) bonitatem non capimus. Improbat. Dicunt cum interficitur vir bonus, fieri ad maiorem retributionem in seculo futuro. (+ Ergo Muatzali ipsi Christiani. +) Volunt et muri innocenti a fele discerpto retributionem dari.

Nemo (+ inquit autor +) horum debet vituperari coacti omnes magna specie 25 necessitatis.

Nostra tamen sententia est et legis nostrae: Homo habet liberum arbitrium. Nulla in Deo iniquitas, diversitates hominum ex meritis operum, quidam nostrorum habent castigationes amoris, sed tale nihil in lege. Est ipsissima sententia Muatzali sectae. Falsa est retributio animalium irrationalium. Putat autor Deum curare res humanas, sed circa 30 folia et alia animalia <complectitur> sententiam Aristotelis (+ videtur omnino eam sequi, de hominibus tantum dicere talia legis causa +) animalium nulla nisi ratione speciei providentia, ut Habacuc proph. Nebucadnezaris tyrannidem videns; <videri> homines derelictos ut pisces etc. Hab. 1, 14. (+ Sic Hieron. *Com.* in hunc locum. +)

1 f. Dicunt . . . *hominum*: vgl. *Babil. Talmud*, B'rahot 31 b, Jebamot 71 a, Quidduschin 17, Gittin 41 und Nidar 3. 9 ALEXANDER VON APHRODISIAS, *De regimine seu gubernatione*: nicht mehr nachweisbar. 34 HIERONYMUS, *Commentarii in Habacuc* (PL 25, Sp. 1283–1288).

C. 18. Non esse aequalem erga omnes homines providentiam, sed secundum ipsorum sapientiam et pietatem.

C. 20. Scientia Dei non adimit futurorum possibilitatem.

Scheda 3 ex Maimonidis Doctore perplexorum parte 3.

5 Cap. 21. Artefacta sunt ob scientiam facientis, contra scientia alterius eas contemplantis oritur ex ipsis, et innovatur semper ejus scientia seu mutatur, ac crescit ad novos machinae motus, donec omnium rationem tenet, quodsi infinita sint (+ phaenomena +), nunquam contemplator assequetur. Sed Deus non habet scientiam ab Entibus. Dum scientiae suae immutabilitatem novit, etiam novit omnia quae inde
10 sequantur opera.

C. 22. De Jobo dubitatur an parabola sit, an Historia. Satan qui stetit in medio filiorum Dei discurrit in terra, causa malorum Jobi. Jobo non tribuitur sapientia, sed solum probitas (+ videtur innuere Satanam esse intelligentiam infimam sublunarem +).

[C. 23.] Jobum et amicos ejus considerando reperies quod unus dicit dicere omnes
15 quinque. Jobi sententia esse videtur ob vilitatem generis humani eandem esse rationem justi et injusti coram Deo. Quamdiu Job per cabbalam seu traditionem cognovit, putavit in externis consistere beatitudinem, cum consistat in cognitione Dei. Eliphas putavit Jobum mala meruisse peccatis, Bildad putavit tanto ampliore fore remunerationem (+ secta Muatzali +), Tzophar quod Deus omnia agat pro beneplacito, nec debere quaeri ab
20 eo rationem. Itaque Jobus convenit cum sententia Aristotelis, Eliphas cum sententia legis nostrae, Bildad cum secta Muatzali, Tzophar cum secta Assariae. Elihu reprehendit priores, et tamen videtur eadem dicere. Tandem Deus loquitur, et exponit res naturales, meteora, animalia, coelestia, Leviathane, in quo videtur describere dispersa per plura animalia, et scopus videtur fuisse docere, scientiam et voluntatem Dei non esse ut
25 nostram.

C. 25. Deus non vult omne possibile, sed tantum id quod sapientia ejus decernit et bonum est in summo gradu. Atque haec est sententia omnium legem amplectentium et philosophorum.

[C. 26.] Ex praeceptis legis quorum ratio nobis est cognita vocantur *Mischpatim*
30 judicia, Exod. XV, 26, caetera vero *Chykkim* statuta. Vulgo dicunt Salomonem scivisse rationem omnium praeceptorum excepto illo de *Vacca rufa*. Non tamen putandum est

omnium praeceptorum circumstantias habere rationem, v.g. cur septem agni non octo, nam si octo fuissent, similiter quaesisses cur non potius septem.

C. 27. Legum finis Εὐταξία animae, et Εὐταξία corporis. Lex Mosis utramque perfectionem docet (+ aliae leges tantum corporum curam habent +).

C. 28. Diligendus Deus ex toto corde, sed hoc non potest obtineri nisi 5
apprehensione verae totius Entium universitatis et sapientiae Dei in illis latentis.

C. 29. Abraham educatus est inter Zabaeos qui stellas habebant pro Deis. Libri, inquit, ipsorum inter nos extant translati in linguam Arabicam, sol ipsis Deus magnus, stellae Dii minores. In Abrahamo jam omnes benedicantur, etiam qui non sunt de ipsius semine, nec sunt reliquiae Zabaeorum fere nisi in extremis terrae partibus, ut infideles 10
Turcae in partibus Aquilonis et Indi in quibusdam Australis terrae partibus. Summus gradus philosophorum inter Zabaeos erat Deum esse spiritum sphaerae coelestis, credidere aeternitatem mundi. Adamum fuisse ex viro et foemina, ut reliqui homines, sed fuisse Apostolum Lunae, et homines ad ejus cultum vocasse et libros scripsisse de 15
cultura terrae. De Noah dicunt quod fuerit agricola, et vituperant eum quod nullas imagines coluerit. Schetum discessisse a sententia Adami in cultu lunae. Adamum ex climate hoc est ex terra תשא quae Indiae vicina est egressum (+ NB. +) et in terram Babel ingressum, multa mirabilia secum asportasse, inter quae memorant fabulosa. Sed Abrahamus nomen Domini Dei mundi invocavit, Gen. XXI, 33. Zabaei soli imagines aureas, lunae argenteas dedere et metalla ac climata terrae sunt inter stellas partiti. 20
Arbores quoque assignant stellis. Tales erant prophetae Baalis et prophetae Lucorum in libris sacris. Orta apud ipsos varia genera Divinationum. Haec Abraham placidis verbis refutavit, sed Moses perfecte negotium executus est infideles extirpando de terra. Zabaei offerebant soli 7 vespertilioes, septem mures, et septem reptilia alia. Jos. XXIV, 2, sic dixit dominus Deus Israel, *trans flumen habitaverunt patres vestri* (+ trans Euphraten +) 25
a seculo, ut Therah pater Abraham et pater Nahor, servieruntque Diis alienis.

Hinc intelligimus quanti sit veram de Deo fidem habere, docendo quod omnia creavit, et quod ad voluntatem ejus perficiendam nulla res laboriosa requiratur, sed amor et timor tantum.

Multarum legum rationes et causae mihi innotuerunt ex cognitione fidei ritus et 30
cultu[s] Zabiorum. Celeberrimus inter eos liber est העבודת הגבטיה hoc est ut alii transferunt *de agricultura Aegyptiorum*, quem transtulit Aben Vachaschijah. Multae ibi nugae de satyris, daemoniis, fabricatione imaginum, spiritibus familiaribus. Adamum narrant in

31 cultum *L ändert Hrsg.*

libro suo scripsisse esse in India arborem cujus ramus in terram projectus instar serpentis serpat, aliam cujus radix formae humanae quae et loquatur. Volunt scilicet miracula evertere, quasi industria quadam fieri possunt. Arborem quandam dictam lucis (Ascheroth) habuisse litem cum Mandragora, utra plus posset ad praestigia. Talis scilicet
 5 fuit scientia sapientium Babelis. Est in eodem libro fabula de pseudopropheta Thammuz (+ puto Adonis +), eum vocasse regem ad cultum solis et 7 planetarum et 12 signorum, eo interfecto imagines in templo solis procidisse, et Thammusum deflevisse et quid ei contigerit narrasse. Hinc prima die mensis Thammus Junii adhuc plangi Thammus, antiqua valde de eo Historia apud Zabios (+ puto Thammus Adonis +).

10

Scheda 4 ex Maimonidis Doct. perplex. pars 3

C. 29. Sunt et alii libri Zabaeorum, ut *liber Haistamchus*, qui tribuitur Aristoteli sed falso, *liber Hattellesmaoth* hoc est *de imaginibus loquentibus*, *liber Tamtam*, *liber Hasscharabh*, *liber Maaloth haggalgal vehazzuroth haoloth becol maaleh* seu *de gradibus Orbium coelestium et figuris ascendentibus in unoquoque gradu*, *liber de*
 15 *imaginibus loquentibus* tributus Aristoteli, *liber* qui attribuitur Hermeti, *liber Isaaci Zabii* pro lege Zabiorum, *liber magnus de particularitatibus et consuetudinibus legis Zabiorum*, ut de festis, precationibus et aliis. Hi omnes sunt Arabice translati. Nec dubium est quin multo plures non sunt translati, multi etiam perierint. Cognitio istorum est porta magna ad reddendas rationes praeceptorum legis.

20 C. 30. Zabii agriculturam faciebant pendere a stellis, agricolas aliis praeferunt. Nolunt ideo mactari boves et armenta (+ NB, hodieque Braminae +), quia necessaria agris colendis.

C. 31. Tria capita praeceptorum, fides, mores, practica praecepta vitae.

[C. 32.] Deus non plane abolevit multos idolatricos cultus, sed a rebus creatis ad
 25 nomen suum transtulit. Hinc templum ejus, altare, sacrificia, incurvatio, suffitus, cultus. Cum istos plane docere non minus difficile erat, quam si nunc propheta aliquis doceret non esse orandum, jejunandum, invocandum in die angustiae; sed totum cultum debere consistere in cogitatione sola, non opere. Deus poterat homines alia via ducere, sed eodem modo duxit Israelitas per viam deserti maris algosi, ut cogeretur eos ducere per
 30 terram Philistinorum, scilicet ut paulatim fortitudinem discerent. Cum antea essent solum assueti caementario operi. Preces ubique fieri possunt, sacrificia in solo templo designato.

[C. 37.] Prohibitum ne mulier induat vestimenta viri, Deut. XXII, 5, nempe in libro Zabio cui tit. **טומטום** praecipit, ut mulier gestet vestimentum muliebre coronatum coram stella Veneris, sed loricam et arma civilia coram stella Martis. Vulgus res accidentales sumit pro causa, v.g. ex quo iste jumentum, hoc emit. Factus est dives. Hinc Emolumenta capere ex idolis prohibetur. Insitio arboris unius in aliam prohibita videtur quia apud 5 Zabios fiebat multis ineptis ceremoniis. Talia videtur continuisse liber quem olim abscondit Ezechias. Jubentur comburi fructus, qui tribus primis a plantatione annis proveniunt, quia olim primitiae frugum idolis offerebantur, Lev. XIX, 23, 25. Ritus supersticiosi a Rabbiniis probantur viae Amoraeorum.

C. 47. Zabii orientis menstruatas plane a consortio removebant, ut nec alioqui 10 liceret sine pollutione, lex tantum coitum cum ea prohibet.

C. 48. Dubium nullum est de cibus vetitis, quin sint pravi alimenti, nisi de porco et adipe. Sed porcus est sordidus, adeps nimis saturat. Sanguis et morticinum difficilis sunt digestionis. Ruminatio et fissio ungularum sunt signa, ut pinnae et squamae in piscibus.

C. 49. Congressus illicitus cum foeminis propinquis, quia habitant in eadem domo, 15 et ut commendetur verecundia. Prohibita commista diversorum animalium, plerumque enim non coeunt nisi ab hominibus adjuventur, ut pro generandis mulis, non vult autem lex homines istos nimis intentos. Hinc *non arabis bove et asino simul*, ne forte puto se commisceant. Circumcisio debilitat nonnihil superfluum coeundi appetitum. Dicunt sapientes nostri mulieres libentius congredi cum incircumciso. Adde quod circumcisio 20 inventa ab Abrahamo ad habendam distinctionem, neque enim facilis res est, ut laesio aliqua cruris vel brachii adustio quas facile homines ad fallendum imitentur. Homines commune signum habentes se magis amant et juvant; est quasi foedus.

C. 51. Per intellectum jungimur Deo, et mensura intellectus cujusque est quoque 25 mensura providentiae divinae circa ipsum.

C. [54]. Quatuor perfectiones hominis, levissima per opes et honores, secunda in temperamento et statu corporis, tertia in virtutibus moralibus, quarta et summa in intellectualibus. Reliquae aliorum sunt, sola ultima est tua.

Praeclare distinguit passim Maimonides inter intellectionem et imaginationem, docetque non hanc sed illam de possibilitate judicare. 30

Origo legum Mosis caeremonialium ex Zabiorum superstitione.

425.DE TEMPORE CREATIONIS ANGELORUM. AUSZUG AUS CALIXT
[1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung: *L* Notiz: LH I 3, 7h Bl. 10. 1 Zettel (9,5 × 3,5 cm). 1 S. Darauf gestrichen
»Lohneisen« und »Jo«.

- 5 Die Entstehung dieser kurzen Notizen aus Calixt ist zeitlich nicht enger einzugrenzen.

Origenes Basilius, Ambrosius, Hieronymus et fere omnes patres ante Augustinum docent angelos factos multo ante orbem conditum. Augustinus autem lib. 2 *de civitate Dei* cap. 32 una cum mundo hoc corporeo, quam sententiam sequuntur fere omnes qui post Augustinum latine scripserunt. Ait Calixtus in *Epitome*.

10 426. AUGUSTINUS DE EUCHARISTIA
[1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 20 Bl. 135. 1 Bog. 4°. 1/2 S.

Diese kleine Sammlung von Augustinusbelegen zum Thema Eucharistie ist ohne Wasserzeichen und liefert keine Hinweise zur Datierung, weist vom Schriftduktus aber eher in die Hannoveraner Zeit ab 1677.

- 15 Videntur quaedam Augustini loca ostendere, cum in Eucharistia accipi signum corporis Christi dixit, non intelligi signum nudum; sed symbolum traditionis ipsius rei coelestis.

Lib. 3. *de Trinitate* cap. 4. *Quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur* (+ panis et vini scilicet +), *non sanctificatur, ut sit tam magnum*

15 cum (1) Sig (2) Elementa (3) in *L*

sacramentum, nisi operante invisibiliter spiritu Dei, cum haec omnia quae per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

Tr. 26 in *Johannem*: *Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro.*

Ad locum *libri contra Adimantum*, quidam respondent Augustinum cum dixit: Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui, locutum ex sententia Manichaeorum.

Alii volunt intelligere signum non nudum, sed cum re. Nam explicat verba *Deuter.* 12. sanguis est anima, quia sit signum animae, nempe ut ait q. 57. in *Leviticum* quod continet animam.

10

427.AUGUSTINUS ÜBER ALLELUYA UND SYMBOLON

[1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung: L Notiz: LH I 3, 7 h Bl. 5. 1 Zettel (3 × 7,5 cm).

Die kurze Notiz, die aus einer uns unbekannten, wohl französischen Quelle entnommen sein dürfte, läßt sich in ihrer Entstehungszeit nicht näher eingrenzen; auch der Verweis auf Augustinus konnte nicht verifiziert werden. Augustinus übersetzt ebenso wie andere Kirchenväter *Alleluia* mit *laudate Dominum*, nicht aber im Sinn unserer Notiz, die vielleicht gerade wegen ihrer ungewöhnlichen Interpretation Leibniz' Interesse weckte.

15

S. Augustin dit qu'*Alleluia* signifie sauvé moy, Seigneur: *Al sauvé, le moy. lu fais, jah Seigneur.* Au lieu que cela signifie loués le Seigneur. *Item* il veut que *σύμβολον* soit derivé de *σύν* et de *βόλος* qui *secundum ipsum* signifie sentence parceque c'estoit un recueil des sentences des Apostres.

8 Alii (I) explica (2) volunt L

5 Vgl. AUGUSTINUS, *Liber ad Adimantum*, cap. 12. 9 sanguis . . . animae: vgl. *Deuter.* 12, 23.
9 Vgl. AUGUSTINUS, *Quaestionum in Heptateuchum libri VII*, III, 57; vgl. *Lev.* 17, 11.

428.LOCA NONNULLA CONFESSIONUM REFORMATARUM IPSIUSQUE
CALVINI QUAE INDICANT SUBSTANTIAM CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI
A NOBIS PERCIPI IN SACRA COENA HYPERPHYSICO QUODAM MODO
[1677 bis 1687 (?)]

5 **Überlieferung:** *L* Konzept: LH I 7, 5 Bl. 64–65. 1 Bog. 2°. 4 S. u. LH I 12, 2 Bl. 119–120. 2 Bog. 2°. 4 S.

Die vorliegenden Exzerpte könnten als Materialsammlung für Religionsgespräche gedient haben und weisen ein nicht identifiziertes Wasserzeichen auf. Sie dürften noch vor der großen Reise angefertigt worden sein. Die Auslassungen hat Leibniz angegeben.

10 Loca nonnulla Confessionum Reformatarum ipsiusque Calvini quae
indicant substantiam corporis et sanguinis Christi a nobis percipi in
sacra coena hyperphysico quodam modo

Confessio nomine Ecclesiarum Gallicarum Regi Carolo IX oblata
Poissiaci 1561. Subscripta a Theodoro Beza et aliis Ecclesiae Ministris, artic. 36.

15 Quamvis nunc (+ Christus +) sit in coelis, ibidem etiam mansurus, donec veniat
Mundum judicaturus, credimus tamen eum arcana et incomprehensibili spiritus sui
virtute nos nutrire et vivificare sui corporis et sanguinis substantia, per fidem
apprehensa.

Confessio Belgica prout in Synodo Dordracena fuit recognita et approbata,
20 artic. 35. Omne id in nobis efficit (+ Christus +) quodcunque sacris suis signis nobis
repraesentat, quamvis modus ipse mentis nostrae captum superet; nobisque
sit incomprehensibilis, sicut et operatio spiritus Dei occulta et incomprehensibilis
est. Interea vero nequaquam erraverimus dicentes, id quod editur esse proprium et
naturale corpus Christi, id quod bibitur proprium ejus sanguinem, at manducandi
25 modus talis est, ut non fiat ore corporis, sed spiritu per fidem.

10 nonnulla (*I*) Reformatorum (2) Confessionum . . . Calvini *L* 11 indicant (*I*)
corpus et sanguinem Christi (2) substantiam . . . Christi *L* 16 incomprehensibili (*I*)
ratione (2) spiritus *L*

14–18 Confessio Ecclesiarum Gallicarum: in *Corpus et syntagma confessionum fidei quae in
diversis regnis et nationibus ecclesiarum nomine fuerint authentice editae*, Editio nova, Genf 1654, [Sonderteil
I], S. 77–88, bes. S. 85 f. 19–25 Confessio Belgica: a.a.O., [Sonderteil I], S. 129–147, bes. S. 144 f.

Consensus factus in synodo Sendomiriensi inter Ministros Ecclesiarum Majoris et Minoris Poloniae, Lituaniae et Samogitiae 1570. Quantum ad infelix illud dissidium, de coena attinet, convenimus in sententia verborum, ut illa orthodoxe intellecta a patribus, et inprimis ab Irenaeo, qui duabus rebus, scilicet terrena et coelesti, hoc mysterium constare dixit, neque elementa signave illa nuda et vacua esse asserimus, 5 sed simul reipsa credentibus exhibere et praestare fide, quod significant. Denique ut expressius clariusque loquamur, convenimus, ut credamus et confiteamur substantialem praesentiam Christi non significari duntaxat, sed vere in coena vescentibus repraesentari distribui et exhiberi, symbolis adjectis ipsi rei minime nudis, secundum sacramentorum naturam. (: Subjiciunt deinde Autores hujus consensus, sese 10 approbare Confessionis Saxonicarum Ecclesiarum missae ad Concilium Tridentinum anno 1551. articulum de coena domini, quem etiam, inquit, pium agnoscimus et recipimus. Porro sequentia ibi verba extant :)

Confessio Saxonica ad Concil. Trid. missa articulo de coena dom. a Reformatis Sendomiriae approbato. Docentur etiam homines (a nostris) sacramenta esse Actiones 15 divinitus institutas, et extra usum institutum res ipsa[s] non habere rationem sacramenti; sed in usu instituto in hac communione vere et substantialiter adesse Christum et vere exhiberi summentibus corpus et sanguinem Christi.

Hic consensus Sendomiriensis a Ministris Augustanae Bohemicae et Helveticae Confessionis fuit approbatus et a nobilibus pariter ac multis ministris subscriptus. Et 20 Posnaniae eodem anno ministris congregatis, placuit, ut vitentur termini ab hoc consensu alieni. Idem consensus confirmatus in Synodo Generali Cracoviae 1573, in Synodo Petricoviensi 1578, Wlodislaviensi 1583, ubi artic. 4. de Harmonia confessionum

1 inter (1) Ecclesia (2) Ministros L 4 scilicet erg. L 5 neque (1) sacramenta illa n (2) elementa L 10 f. sese (1) per omnia (2) approbare (a) articulum (b) Confessionis L 13 recipimus. (1) Ubi inter alia (2) Porro L 14 f. a . . . approbato erg. L 19–S. 2502.11 Hic . . . subscribat erg. L 23 ubi (1) mentio (2) initio dicitur (3) artic. 4. (a) Harmoniae (b) de Harmonia L

1–13 Consensus . . . Sendomiriensis: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 218–222, bes. S. 219. 14–18 *Confessio doctrinae Saxonicarum ecclesiarum synodo Tridentinae oblata, anno Domini MDL.*, in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 48–97, bes. S. 73. 19 f. Consensus Sendomiriensis: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., S. 218–222, bes. S. 218. 21 f. Consensus Posnaniae: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 222–226, bes. S. 222 f. 22 Consensus confirmatus in Synodo Generali Cracoviae: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 226 f. 23 Consensus confirmatus in Synodo Petricoviensi: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 233–235. 23–S. 2502.5 Consensus confirmatus in Synodo Wlodislaviensi: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 235–239, bes. S. 236.

Evangelicarum in Helvetia paulo ante edita in eam sententiam itum dicitur: Nos in Polonia et Lithuania divino favore certam habemus concordiae normam ac vinculum consensum Sendomiriensem etc. Quo tanquam vexillo pacis in unum domini exercitum conjuncti feliciter utimur. Proinde isti Harmoniae caeterisque concordiae formulis

- 5 subscribere ac eas in nostras Ecclesias inferre supervacaneum esse censemus. Et in Synodo Generali Toruniensi 1595 in actis die 23 Augusti. In reliquis autem in quibus discrepare illae videntur (Confessiones Augustana Bohemica et Helvetica) praesertim in articulo de coena domini nobis consensum Sendomiriensem Medicinam afferre nosque invicem nobiscum conglutinare ac ab omnibus haereticis sejungere. Et mox in
10 ejusdem synodi primo statim Canone confirmatur hic consensus sanciturque neminem ad ministerium admittendum qui non subscribat.

- Confessio fidei ac religionis Baronum ac Nobilium regni Bohemiae Ferdinando I. Viennae oblata 1535 et a Bucero et Reformatis Theologis valde probata id cum cura agit, ut iis contradicat, a quibus corporis Christi praesentiam credere [negatur], et quidem
15 praefatio Ministrorum Ecclesiae Picardorum ut vocant in Bohemia et Moravia inter alia ita habet: Commenti sunt et hoc malevoli qui nullum criminandi finem faciunt, quod nostrates omnes sacramenta ipsa, ut a Christo instituta, ita praecepta, nihili faciant Ut in sacramento sacrae synaxeos seu coenae domini praesentiam veri corporis ac sanguinis Christi non adesse haud dubie credant etc. Haec pauca de multis recensuimus,
20 quae ab adversariis eo conficta et in vulgus sparsa sunt, quo a nobis omnium animos abalienarent. In ipsa autem Confessione artic. 13 de coena domini ita habetur: Docent etiam quod his verbis Christi quibus esse panem corpus suum et vinum speciatim sanguinem suum esse pronuntiat, nemo de suo quicquam affingat admisceat aut detrahat, sed simpliciter his verbis Christi, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinando
25 credat. Horum verborum dum a quibusdam in regno Bohemiae et Marchionatu Moraviae simplex ac Germanus sensus oppugnaretur silerentque hi quorum intererat id scripturarum autoritate tueri ac vindicare; nostri tantum prodire et scripturis evicerunt, ut

2 certam (I) condi (2) habemus L 6 in actis . . . Augusti erg. L 9 haereticis (I) . . . discernere. (2) . . . sejungere. L 13 et (I) aliis (2) Reformatis L 13 probata (I) ma (2) studiose (3) id L 14 contradicat, (I) qui negant ab ipsis corporis Christi praesentiam credi (2) a quibus . . . | negantur ändert Hrg. |, L 25 credat. (I) Hic sensus (2) Horum L

6–11 Consensus confirmatus in Synodo Generali Toruniensi: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 239–244, bes. S. 239, 241 f. 12–21 Confessio . . . 1535: in *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 161–213, bes. S. 162. 21–S. 2503.10 Docent . . . appellantes: *Corpus et syntagma confessionum fidei*, a.a.O., [Sonderteil II], S. 194 f.

simpliciter his Christi verbis fides habeatur, atque ob id multorum calumnias, ronchos, sannas, obtrectationes apertaue convicia sustinent. Est autem duplex Adversariorum genus qui nostratibus semper nomen Haeticorum dejiciunt. Quidam enim ferunt nostros multa secus ac intus sentiant verbis eloqui Quidam rursus fanatici spiritus in verbis Christi non manentes hanc in nostris sacrae synaxeos confessionem 5 defensionemque summo odio prosequuntur. Panem namque et calicem coenae, quam hic cum Paulo dominicam vocamus, verum Christi corpus et sanguinem esse pernegant. Atque hi nostros quibus coeperunt conviciis indesinenter perfundunt. Eos propter hanc coenae dominicae fidem ac confessionem papismi feces, ac bestiae caractere signatos idololatrias appellantes etc. 10

Quemadmodum autem in Synodo Posnaniensi prudenter sancitum est ne formulae adhiberentur alienae a Consensu Sendomiriensi, ita optandum esset interdum Confessionibus optimis non admisceri glossas satis alienas, et suspicionibus obnoxias. Sic Basileensis Confessio anno 1530 in Comitii Augustanis oblata ita habet: Confitemur Christum in sacra coena omnibus vere credentibus praesentem esse. Sed anno 1534 edita 15 est aspersis marginalibus notis et glossis ut fatetur praefatio disputationum Basileae in eam habiturum, ubi ad verba: *praesentem esse*: annotatur: *sacramentaliter nimirum et per memoracionem fidei, quae hominis mentem in coelum attollit, nec Christum secundum humanitatem a dextra Dei detrahit*. Ubi τὸ *sacramentaliter* non est improbandum, sed istud *per memoracionem* totam vim tollit, et ad nudam 20 commemorationem revocare videtur, nisi admodum indulgenter explicetur.

Confessio denique Reformatorum in Colloquio Thoruniensi 1645 oblata habet de S. Eucharistia, num. 2. Corpus et sanguis domini *verissime et praesentissime nobis exhibentur*. Et num. 10. *nequaquam statuimus nuda, vacua et inania signa, sed potius id quod significant et obsignant simul vere exhibentia*. Et n. 12. 25 *patet non solum virtutem, efficaciam, operationem, beneficia Christi nobis praesentari et communicari, sed inprimis ipsam substantiam corporis et sanguinis Christi, seu ipsam illam victimam quae pro mundi vita data est et in cruce mactata*.

Et licet dicatur n°. 7. *non statuimus ullam inclusionem inexistentiam, coexistentiam aut localem et corporalem praesentiam, aut talem elementorum cum corpore Christi* 30

19 Ubi (I) verb. (2) τὸ L 21 admodum (I) commode (2) | indulgenter erg. | L
22 Reformatorum (I) Thoruniensis (2) in L

14–19 Basileensis Confessio: vgl. *Articuli confessionis Basiliensis*, Basel 1647, S. 13. 22–24 Vgl. *Colloquium Thorunense*, Warschau 1646.

unionem, per quam illud oraliter tam ab indignis et impiis quam a piis et fidelibus manducetur, videntur tamen haec verba non inefficere reali et substantiali perceptioni. Nam localem id est dimensionalem, corporalemque praesentiam rejiciunt etiam Evangelici, nec unionem Elementorum, inclusionemque corporis in pane, exigunt.

- 5 Tantum de coexistentia videtur esse difficultas, sane si res cum signo exhibetur, utique coexistunt. Videtur ergo talis rejici coexistentia, qua corpus Christi pani sit unitum vel saltem ita conjunctum, ut cum eo in os trajiciatur. Sed haec cum ad modum pertineant, a nobis seponi possunt in coelestem Academiam. Sufficit dum ore panis accipitur, simul corporis Christi substantiam nobis hyperphysice conjungi et praesentem esse; atque adeo
10 perceptionem elementi ore factam esse conditionem percepti corporis Christi. Utrum vero adhuc alia sit conditio necessaria nempe fides adeo ut indigni non participant rursus quaestio est, quae seponi potest.

Nunc ad Calvinum venio, qui id ipsum magno studio egisse videtur ut ostenderet non esse tantum in sacra synaxi signum commemorationis, nec tantum sigillum
15 obsignationis, sed ineffabilem modum quo corporis Christi participes sumus. Zwinglius defenderat: *Hoc est corpus meum*, nihil aliud esse, quam *hoc significat corpus meum*. Oecolampadius professus erat, nihil inesse in sacra coena quod sit miraculosum aut captum humanum superet. Calvinus vero et verbis, et consensu veteris Ecclesiae inductus, contrarium diserte defendit.

- 20 Percurramus *Institutionum* libri IV. cap. 17.

§ 3. Horum omnium tam solidam habemus testificationem in hoc sacramento, ut certo statuendum sit vere nobis exhiberi, non secus ac si Christus ipse praesens aspectui nostro objiceretur ac manibus attrectaretur. Hoc enim verbum nec mentiri nec illudere nobis potest: *Accipite, edite, bibite, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur hic est*

3 Nam (1) inclusio (2) localem L 4 pane, (1) imo nec coexistentiam (2) exigunt. L 5 esse (1) sermo, (2) difficultas, L 6 Christi (1) hy (2) pani L 8 in (1) coelestis vitae (2) coelestem L 10 conditionem (1) mandu (2) perceptionis. (3) percepti corporis Christi. L 11 fides (1) itidem (2) adeo L 13 f. ostenderet (1) non nudo qu (2) corpus Christi non tantum (3) non L 14 in sacra synaxi erg. signum commemorationis, (1) et (a) sigillum (b) ob (2) nec | tantum erg. | L 15 obsignationis, | in sacra coena gestr. |, sed ineffabilem (1) participationis (2) modum L 24 bibite, | comedite gestr. |, hoc L

15 f. U. ZWINGLI, *Confessio fidei ad Carolum V. Imp. cum Oecolampadii Dialogo*, Basel 1590, S. 225–260. 17 f. J. OECOLAMPADIUS, *De genuina verborum Domini, Hoc est corpus meum, . . . expositione*, [Basel 1525], letzter Absatz. 20–S. 2507.8 J. CALVIN, *Institutionum christianae religionis libri quatuor. Editio postrema . . . Cui accesserunt Epistolae atque responsa tam ipsius Calvini quam insignium aliorum in Ecclesia Dei virorum*, in *Opera omnia*, Amsterdam 1667–1671, Bd 9. 24–S. 2505.1 *Accipite . . . effunditur*: vgl. Matth. 26, 26–28; Mark. 14, 22–24; Luk. 22, 19 f.; 1. Kor. 11, 24 f.

sanguis qui in remissionem peccatorum effunditur. Quod accipere jubet, significat nostrum esse, quod edere jubet, significat unam nobiscum substantiam fieri.

§ 5. Porro nobis hic duo cavenda sunt vitia, ne aut in extenuandis signis nimii, a suis mysteriis ea divellere quibus quodammodo annexa sunt, aut in iisdem extollendis immodici, mysteria interim etiam ipsa nonnihil obscurare videamur. Christum esse panem vitae, quo in salutem nutriantur fideles, nemo est nisi prorsus irreligiosus qui non fateatur. Sed hoc non perinde inter omnes convenit qualis sit ejus participandi ratio. Sunt enim qui manducare Christi carnem et sanguinem ejus [bibere], uno verbo definiunt nihil aliud esse quam in Christum ipsum credere, sed mihi expressius quiddam ac sublimius videtur voluisse docere Christus, in praeclara illa concione ubi carnis suae manducationem nobis commendat, nempe vera sui participatione nos vivificari, quam *manducandi* etiam ac *bibendi* verbis ideo designavit, ne quam ab ipso vitam percipimus simplici cognitione percipi quispiam putaret. Quemadmodum enim non aspectus sed esus panis corpori alimentum sufficit ita vere ac penitus participem Christi animam fieri convenit, ut ipsius virtute in vitam spiritualem vegetemur. Interim vero hanc non aliam esse quam fidei manducationem fatemur, ut nulla alia fingi potest. Verum hoc inter mea et istorum verba interest, quod illis manducare est duntaxat credere, ego credendo manducari carnem Christi quia fide noster efficitur, eamque manducationem fructum esse et effectum fidei dico.

§ 6. Nec alio sensu Augustinus quem illi patronum sibi advocant credendo nos manducare scripsit, quam ut manducationem istam fidei esse non oris indicaret. Quod neque ipse nego, sed simul addo nos fide complecti Christum non eminus apparentem, sed se nobis unientem, ut ipse caput nostrum, nos vero ipsius membra simus Scripsit Chrysostomus, *Christum non fide tantum sed re ipsa nos suum efficere corpus.*

§ 7. Neque illi praeterea mihi satisfaciunt qui nonnullam nobis esse cum Christo communionem agnoscentes eam dum ostendere volunt, nos spiritus modo participes faciunt praeterita carnis et sanguinis mentione. Quasi vero ista de nihilo dicta forent Tantum mysterium ne animo quidem satis, me comprehendere video et libenter ideo fateor, ne quis sublimitatem ejus infantiae meae modulo metiatur Nihil demum restat, nisi ut in ejus mysterii admirationem prorumpam, cui nec mens plane cogitando, nec lingua explicando par esse potest.

8 credere *L ändert Hrsg.*

§ 9. Christi caro jure vivifica dicitur quae vitae plenitudine perfusa est, quam ad nos transmittit.

§ 10. Etsi autem incredibile videtur in tanta locorum distantia penetrare ad nos Christi carnem ut nobis sit in cibum, meminerimus
5 quantum supra sensus omnes nostros emineat arcana Spiritus S. virtus et quam stultum sit ejus immensitatem modo nostro velle metiri. Quod ergo mens nostra non comprehendit concipiat fides, spiritum vere unire quae locis disjuncta sunt.

§ 16. Alii fatentur panem coenae vere substantiam esse terreni et corruptibilis
10 elementi, nec quicquam in se pati mutationis sed sub se habere inclusum Christi corpus. Si ita sensum suum explicarent: *dum panis in mysterio porrigitur annexam esse exhibitionem corporis quia inseparabilis est a signo suo veritas* non valde pugnarem, sed quia in pane corpus ipsum locantes ubi-
15 quitatem illi affingunt naturae suae contrariam, addendo autem sub pane, illic occultum latere volunt tales astutias ex suis latebris paulisper extrahere necesse est Satis apparet, locali Christi praesentiae insistere. Unde id? nempe quia non aliam carnis et sanguinis participationem concipere sustinent, nisi quae vel loci conjunctione atque
contactu, vel crassa aliqua inclusione constet.

§ 18. Tametsi carnem suam a nobis sustulit, et corpore ad coelum ascendit ad
20 dexteram tamen patris sedet, hoc est in potentia et majestate et gloria patris regnat. Hoc regnum nec ullis locorum spatiis limitatum, nec ullis dimensionibus circumscriptum quin Christus virtutem suam ubicunque placuerit in coelo et in terra exerat, quin se
praesentem potentia et virtute exhibeat quin suis semper adsit, vitam iis suam inspirans Secundum hanc rationem corpus et sanguis Christi in sacramento nobis exhibetur.

25 § 19. Nos vero talem Christi praesentiam in coena statuere oportet, quae nec panis elemento ipsum affigat, nec in panem includat, nec ullo modo circumscribat; quae omnia derogare ejus coelesti gloriae palam est, deinde quae nec mensuram illi suam auferat, vel pluribus simul locis distrahat vel immensam illi magnitudinem affingat, quae per coelum et terram diffundatur, haec enim humanae naturae veritati non obscure repugnant: istas
30 inquam duas exceptiones nunquam patiamur nobis eripi: Caeterum his absurditatibus sublatis quicquid ad exprimendam veram substantialemque corporis ac sanguinis domini communicationem, quae sub sacrae coenae symbolis fidelibus exhibetur facere potest libenter recipio: atque ita ut non
imaginatione

duntaxat, aut mentis intelligentia, sed ut reipsa frui in alimentum vitae aeternae intelligantur.

§ 31 Fateri non pudebit sublimius esse arcanum, quam ut vel meo ingenio, comprehendere, vel enarrari verbis queat.

§ 33 Falso jactant quicquid docemus de spirituali manducatione verae et reali ut loquuntur opponi, quandoquidem non nisi ad modum respicimus qui apud eos carnalis est, dum Christum pane includunt nobis spiritualis dum vis arcana spiritus nostrae cum Christo unionis vinculum est.

Placet et quaedam agere ex Epistolis Calvini. Joh. Calvinus N. salutem. Tomo 9. *operum* pag. 23. Hoc tamen velim tibi curae sit, apud eum efficere, ut apud quoscumque loquatur non dubitet hoc testatum relinquere, non modo figurari in coena communionem, quam habemus cum Christo, sed etiam exhiberi Excludat interim libera voce omnia absurda, excipiat, caveat, modo in illo capite tam necessario nihil extenuet. Neque enim ambiguus aut obscuris verbis extenuare licet, quod summam lucem requirit.

Calvinus ad N. pag. ead. quid putas illic fuisse disputatum, nisi Christum non fuisse inclusum in pane. Id autem N. perinde accipit ac si nihil aliud foret quam signum.

Theodorus Calvino, pag. 37.¹ Legi conciunculam tuam de sacramento coenae, ac probo quod panem ac vinum sic signa vocas ut signata revera adsint. Utinam possint in eam sententiam deduci, qui nuda tantum signa relinquunt. Datae Noribergae 1546.

Bucerus volebat non tantum communicationem realem, sed et praesentiam admitti. Hinc ad eum Calvinus in Epist. pag. 49. De loco tu certe nimis subtiliter disserere mihi videris. Alios gravius offendit obscuritas quam astute data opera accersi a te putant. Non video cur tantopere refugias quum in coelum ascendisse Christus dicitur hac locutione exprimi locorum distantiam. Et mox: si theses tuas duobus tantum in locis aliquantum flecteres faceres appositissime nempe ut clarius exprimeres te locorum distantia Christum a nobis, qui in mundo sumus, disjungere. Haec Calvinus. Ego puto Bucerum non male judicasse etiam in coena praesentiam corporis Christi veram apud nos admitti debuisse, et a Calvino ex ipsamet sententia sua etiam admitti potuisse. Fortasse id ipsum Bucerus

¹ Hic Theodorus non debet esse Beza, sed alius.

21 f. De putant *erg. L* 24–26 Et . . . disjungere. *erg. L* 27 in coena *erg. L* 27 corporis Christi *erg. L* 27 apud nos *erg. L* 28 admitti *erg. L* 29 Bucerus *erg. L*

9 f. J. CALVIN, *Opera omnia; in novem tomos digesta*, Bd 9, Amsterdam 1667.

voluit, quod nos nempe praesentiam esse non dimensionalem, sed satis distincte mentem tunc explicare non potuit.

Calvinus ad Melanchthonem 1554. pag. 82. Quid enim obsecro sibi volunt? Clamavit tota vita Lutherus, non alia de re se contendere, nisi ut suam sacramentis
5 virtutem assereret. Convenit non inanes esse figuras sed reipsa praestari quicquid
figurant in baptismo adesse spiritus efficaciam, ut nos abluat et regeneret. Sacram
coenam spirituale esse epulum in quo vere Christi carne et sanguine pascimur. Ergo in
sedando tumultu quem denuo concitant praeposteri homines causa magis videtur
favorabilis, quam ut invidiae metu cessandum sit, cujus tamen varias agitationes in isto
10 gradu effugere non potes.

Calvinus ad Marpachium Septemb. 1554. pag. 84. Si hodie viveret eximius iste Dei
servus et fidelis Ecclesiae Doctor Lutherus non tam esset acerbus vel implacabilis, quin
libenter admitteret hanc confessionem; nobis vere praestari quod figurant sacramenta,
ideoque in sacra coena corporis et sanguinis Christi nos fieri participes. Quoties enim
15 professus est non aliam sibi esse pugnandi causam nisi ut constaret Dominum inanibus
signis non ludere nobiscum, sed intus implere quae oculis proponit.

Calvinus ad Martyrem, August. 1553. pag. 100. Quod de arcana quae nobis cum
Christo est communicatione me scripturum pollicitus fueram etc. ita a carne et sanguine
ejus vitam haurimus, ut non immerito vocentur nostra alimenta. Quomodo id fiat,
20 intelligentiae meae modulo longe altius esse fateor. Itaque hoc mysterium magis suspicio
quam comprehendere laborem, nisi quod divina Spiritus virtute, vitam e coelis in
terram transfundi agnosco, quia nec per se esset vivifica caro Christi, nec vis ejus
ad nos usque nisi immensa spiritus operatione perveniret. Crassis interea commentis de
substantiae commixtione aditum praecludo, quia mihi satis est dum in coelesti
25 gloria manet Christi corpus vitam ab eo ad nos defluere non secus ac radix succum ad
ramos transmittit. Quanquam autem veteres ac Hilarium praesertim et Cyrillum longius
quam par sit provectos fuisse video tamen eorum hyperbolas non admodum insector, nisi
quod ingenue semper me opponam, si errori patrocinium quaeratur. Etsi autem in hanc
communicationem primo vocationis suae die veniunt fideles, quatenus tamen in illis
30 augecit Christi vita, quotidie se illis fruendum offert. Haec Calvinus. (+ Ex his patet,
statuisse eam realem corporis Christi communionem perpetuam cum fidelibus, sed
peculiarem tamen in coena. +)

Calvinus Martino Schalingio Ratisbonensis Ecclesiae Pastori. April. 1557. pag. 113.
 Hoc quidem vos omnes uno consensu asserere video, quicunque ad sacram coenam
 accedunt sive impii sint, sive fideles substantialiter comedere Christi carnem et
 sanguinem bibere. Quin fideles carne et sanguine Christi vere et
 substantialiter in coena alantur, non nego, si tantum definiatur modus arcana 5
 Spiritus Dei virtute fieri, ut vim suam caro et sanguis Christi in nos transfundant.
 Cur me longius trahere velis non video. Cur vero non aliam communicationem admittam,
 optima ratione impediatur, quia et carnem Christi a nobis deglutiri, et cum carne nostra
 corruptibili misceri nimis crassum commentum foret. Si tantum mysterium carnis sensu
 aestimandum esse neges, fateor, nec vero aliud respuo nisi quod Christi gloriae non esse 10
 consentaneum fides ipsa dictat. Adde quod non poterit Christi corpus hoc substantiali
 modo (+ ut scilicet deglutatur +) comedi nisi fingatur immensum, quod non minus a tota
 scripturae doctrina quam a veteris Ecclesiae testimonio abhorret Nomen vero
 efficaciae in hunc finem usurpo non ut confundam quae distinguere debent, sed ut
 transfusionem substantiae excludam. Dico igitur, nos efficaciter substantia carnis 15
 et sanguinis Christi pasci, quia mirabili et incomprehensibili Spiritus sui virtute
 efficit Christus, ut unum simus cum ipso. Vivifica sit nobis sua caro, vita denique sua in
 animas nostras penetret Sicuti vestra de substantiali edendi modo opinio carnem a
 sanguine separat. Ita haec communis (+ dignis et indignis +) manducatio corpus ejus a
 spiritu divulgum vita et omni virtute privat. Qualis vero receptio haec erit, ut in ventre 20
 impii lateat mortuum Christi corpus.

Calvinus Polonis Evangelium profitentibus et Ecclesiarum Ministris Novemb. 1557.
 pag. 116. ubi clare exposita fuerit mysterii vis et efficacia luculenta etiam definitio
 tradita fuerit de vera carnis et sanguinis participatione qua constet Christum non ludere
 inanibus figuris nec quicquam fallaciter promittere sed praestare reipsa quod per externa 25
 symbola testatur, saltem addenda esset exceptio, quod caro Christi nobis datur in cibum
 et sanguis in potum, arcana et incomprehensibili Spiritus S. virtute hoc fieri nec ideo
 fingenda esse immensitatem, quae palam naturae humanae repugnat Libenter
 etiam ferimus, dum spiritualis vocatur haec communicatio interpretationem adjungi hac
 voce non debere intelligi imaginarium nescio quid ac si cogitatione tantum essemus 30
 Christi participes, sed potius intelligi coelestem virtutem, quae crassa terrenae
 praesentiae figmenta excludat, nihil autem minuat de ipsa veritate Christus
 secundum corpus suum (+ dimensionaliter +) in coelo manens admirabili Spiritus sui
 virtute ad nos descendit, et simul nos ad se sursum attollit.

9–11 Si . . . dictat. *erg. L*

19 communis (1) (+ fidelibus (2) (+ dignis L

Calvinus ad Ottonem Henricum Principem Electorem 1558. pag. 126. Neque tamen dissimulo Gallos fratres idem sentire quod publice doceo, sicuti Ecclesiae nostrae Catechismo utuntur. Nec vero hac de causa Celsitudinis Vestrae patrocinio spoliari merentur, quando et Christum veraciter pro sua coena praestare quod figurat agnoscunt,
5 et clare fatentur non aliter animas nostras in coena pasci Christi carne et sanguine quam pane ac vino ad corpus alendum pascimur. Si de modo communicationis non prorsus conveniat, an deserendi sunt in ultimo discrimine, qui arcana Spiritus virtute Christum nobis vere communicari credunt, quamvis coelum et terram carne sua non impleat. Quid enim aliud quaerendum est quam ut coalescamus in corpus Christi?
10 Quodsi autem fieri non posse credimus, quam si ubique sit secundum carnis naturam certe ejus potentiae derogatur.

Calvinus in ep. ad N. 1560. pag. 140. vetat coenam Christi ex inanibus eorum sumi, qui puram de coena Christi doctrinam non admittunt.

Calvinus ad Waldenses 1560. p. 145. non posse simpliciter recipi confessionis
15 vestrae formulam absque periculo ac subscriptionem, nisi dextra adhibita interpretatione.

N. ad quendam principem Argentorati April 1561. p. 148. ibi eadem quae saepius de communicatione corporis Christi per virtutem spiritus. Ibi inter absurda Heshusii et similium numerat. Corpus Christi naturale quod scilicet carne et ossibus perditum est ubique non esse, et tamen ubique una cum carne et ossibus ejus sumi. Corpus Christi non
20 esse localiter, sed tamen in pane dari et manducari, id ipsum scilicet cum carne et ossibus.

Post Epistolas Calvini Tomo *operum* ultimo p. 250 reperitur Fidei confessio nomine Ecclesiae Parisiensis oblata Regi Henrico: ibi artic. 16. Profitemur Sacram coenam certum nobis esse testimonium unitatis illius quae nobis est cum Christo,
25 quia non modo semel pro nobis mortuus est et a mortuis excitatus, sed etiam nos vere pascit et nutrit carne sua et sanguine, ut unum cum eo simus, et ejus vita nobis sit communis. Quanquam autem ipse est in coelo, usque dum veniat ad judicandum mundum; credimus tamen simul arcana et incomprehensibili virtute Spiritus sui nos alere et vitam ex substantia corporis sui nobis largiri. Persuasi quidem sumus hoc spiritualiter
30 fieri, non quod imaginationem ullam vel cogitationem in locum effecti et veritatis invehamus, sed quod mysterium hoc altitudine sua modulum sensus nostri adeoque omnem naturae ordinem longe superet.

Confessio fidei nomine Ecclesiarum Gallicarum vigente bello scripta ut coram sacri Caesarea Majestate et principibus atque ordinibus Germaniae in Comitibus
35 Francofurtensibus ederetur, si per iterum difficultates ex Gallia eo tum perveniri potuisset Anno 1562. Dominus Jesus offert nobis per signa illa panis et vini suum corpus et suum sanguinem

iisque spiritualiter pascimur modo ne nostra incredulitate aditum ipsius gratiae
 praecludamus Juxta Ps. 81, 18. *dilata os tuum et implebo illud*. Non tamen ut
 nostra incredulitate quicquam de Dei veritate decedat, aut quod nostra pravitatem
 sacramentorum efficacia intervertatur Christum perinde omnibus offert non
 omnes perinde oblatum recipiant Fatemur quidem in forma loquendi quae 5
 sacramentalis dicitur, impios corpus Christi et sanguinem percipere, ut veteres etiam
 aliquando loquuntur, sed ita, ut sensum aperuerint cum addiderunt, se ita hoc non
 accipere, ut reipsa et ipso facto impii eousque pervenirent, sed Sacramento-tenus.
 Rejicimus Christum dentibus comminui quia et deglutiri somnium quod
 Christi corpus deglutiamus atque intra nos ipsos intromittamus, ut panem cibarium plane 10
 est Christianis auribus alienum Interea vero fatemur nos vere uniri cum Domino
 Jesu Christo, adeo ut sui ipsius corporis substantia nos vivificet, non quidem
 quod huc seipse conferat aut quod immenso sit corpore quod coelum et terram impleat,
 sed quatenus ista nos cum ipso uniendi atque ex ipsius substantia vivificandi
 gratia et virtus diffusa est virtute Spiritus ipsius. Scimus quid nonnulli 15
 dicant, in tantis mysteriis abstinendum esse a quomodo, sed ipsimet postquam ita
 prolocuti sunt, definiunt tamen Christi corpus ita sub pane esse, ut vinum est in vase.
 Non vero fatemur omnino rationem qua cum Christo communicamus ad miraculum
 referendam esse atque omnem possimus captum superare Fatemur etiam illam
 ipsam Christi a nobis secundum humanam naturam distantiam non impedire quominus in 20
Cassiodorus *lib. de divin. lect.* c. 8. init. p. 231 ait: quasdam in XIII Pauli Epistolas annotationes, *subtilissimas* quidem *et brevissimas sed erroris tamen Pelagiani veneno infectas* suo tempore *in cunctorum manibus, ita celebres habitas fuisse, ut eas a S. Gelasio Papa urbis Romae doctissimi viri studio dicerent*
 15 *fuisse conscriptas*. Addit Dallaeus cap. 3. pag. 15 *de usu patrum* fortasse illas ipsas esse Pelagii in Paulum annotationes, quae falso sub Hieronymi nomine circumferuntur.

Exemplum fraudis insigne habemus, quod Latinis ante ducentos annos Graeci objecere (Concil. Florent. Sess. 20, p. 460. B. 461. T. IV. *Concil. Gen.* edit. Rom. 1608). Contententibus inter se Pontificibus Romanis et Synodis Afris; illis quidem totius orbis
 20 Christiani ad suam sedem appellationes sibi vindicantibus his contra nitentibus, Zosimus et Bonifacius Episcopi Romani, obtrudere Africanis quosdam Canones quasi Concilii Nicaeni, quibus eas ad se pertinere confirmarent, commoti Afri (haec autem ineunte seculo [V] acta sunt) illico Constantinopolin Alexandriam et Antiochiam misere, et in optima incorruptissima atque authentica Concilii Nicaeni exemplaria inquisivere; sed
 25 Canones isti Nicaeni a pontificibus adducti nusquam comparuere, vide Concil. African. 6.

1 Liber (1) Gregorii NeoCaesariensis seu Thaumaturgi (2) Gregorio . . . Thaumaturgo L 6 autorum
 erg. nomine (1) quid (2) Eutychiani L 23 IV L ändert Hrsg.

1–7 J. DAILLÉ, a.a.O., cap. III, S. 13. – Vgl. F. DE TORRES, a.a.O. – GREGORIUS THAUMATURGUS, MACARIUS AEGYPTIUS, BASILIUS SELEUCIAE, *Opera omnia, quae reperiri potuerunt, nunc primum graece et latine conjunctim edita*, hrsg. v. Gerhard Voss, Paris 1622. – LEONTIUS, *Adversus fraudem Apollinaristarum liber*, in M. DE LA BIGNE, *Magna bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*, 17 Bde, Paris 1644, Bd 4, Tl 2, Sp. 1027 u. 1032 (PG 86, 2, Sp. 1947 u. 1955 f.). 8–16 J. DAILLÉ, a.a.O., lib. I. 11–15 Vgl. CASSIODORUS, *De institutione divinarum scripturarum*, in *Opera*, Paris 1588, Bl. 231 r^o-v^o (PL 70, Sp. 1119). 17–S. 2531.2 J. DAILLÉ, a.a.O., cap. III, S. 18 f. – *Concilia generalia ecclesiae catholicae Pauli V. Pontificis auctoritate edita*, 4 Tle, Rom 1608.

c. 3. Et sane nihil tale hodie in editione Dionysii exigui circa ann. Chr. 525 collecta continetur. Hodie Apologistae Romanae sedis hoc comminiscuntur, illos pontifices Nicaenam et Sardicensem Synodos (in qua postrema habentur Canones ab iis citati) pro una habuisse. Quod tamen non excusat eorum Pontificum malam fidem, quis enim ipsos illi aevo tam vicinos, duas synodos annis 22 dissitas pro eadem habuisse credat; cum Nicaenos semper in tota Ecclesia receptos, Sardicenses in Oriente nec notos quidem fuisse constet. Non tamen accepta ab Africanis Patribus repulsa obstitit, quo minus aliquot post annis Leo Papa ad Theodosium Imperatorem scribens, eadem arte ipsum adoriretur, et Sardicensem pro vero Canone Nicaeno supponeret (Leo in Epist. ad Theodos. Imp. Tom. II. *Concil.* p. 25 C). Unde fit ut Valentinianus et Galla Placidia ad eundem Theodosium scribentes extra dubium ponant (Valent. in epist. ad Theodos. tom. 2. *Concil.* p. 31 A, Galla Placidia in Epist. ad Theodos. Tom. 2. *Concil.* p. 32 A) Veteres et Nicaenos Canones de fide et Praesulibus Ecclesiae judicandi jus Pontifici Romano concessisse. Autore scilicet Leone, a quo Sardicense decretum pro Canone Nicaeno acceperant. Atque ita porro perrectum est in fraude ista pia, ut maximae Christianorum parti persuasum sit Nicaeni Concilii decreto Romanum Primatum fuisse constitutum. (: Videtur mihi singulari Dei providentia factum, ut in ipsis Conciliis fraudis hujus vestigia, et erroris origo extarent. Nimirum si unus hic Concilii Africani locus non extaret, capti essemus, et Pontificii suum primatum pro traditione vetustissima venditarent. Unde etiam patet illustri exemplo quam facile pauci toti pene orbi imponere possint, ut quod novum et commentitium est pro indubitato, et vetusta traditione confirmato habeatur. :) Quid ab aliis Episcopis expectemus, si ipsi Romani in luce hominum et ipso Africano Concilio, sub conspectu magnorum virorum, Aurelii, Alypii, Augustini, sacro Nicaeni codicis, illustrissimi post verbum Dei inter Christianos monumenti, [nomine] abuti ausi sunt.

Insignis est versutia Hadriani I. Romani Pontificis qui ut suam de Sabbati jejunio traditionem Egilae Episcopo et caeteris Hispanis commendaret, non dubitavit Ambrosii auctoritate abuti. Hadrian. Ep. 95. quae est ad Egil. Tom. Franc. Chesn. p. 814 A. Jubet

21 traditione (1) certo (2) confirmato L 28 abuti. (1) Jubet enim Egilam B. Augustini opuscula (2) Hadrian. L

1 f. Vgl. DIONYSIUS Exiguus, *Codex canonum ecclesiasticorum* . . . *Item epistola synodica S. Cyrilli et concilii Alexandrini contra Nestorium, eodem Dionysio Exiguo interprete. Ed. altera, cui acc. collectio decretorum pontificum Lutetiae Romanorum*, hrsg. v. Chr. Justel, Paris 1643 (PL 67). 2–7 J. DAILLÉ, a.a.O., cap. III, S. 19 f.; S. 20: Canones . . . Nicaenos. 7–16 a.a.O., S. 21. 22–25 a.a.O., S. 22: Nicaeni Concilii . . . nomine. 26–S. 2532.10 a.a.O., S. 22 f. 28–S. 2532.4 A. DUCHESNE u. F. DUCHESNE, *Historiae Francorum scriptores*, 5 Bde, Paris 1636–1649, Bd 3, 1641, Appendix: *Epistolarum volumen, quas Romani Pontifices Gregor. III. Stephanus III. Zacharias I. Paulus I. Stephanus IV. Adrianus I. et Constantinus miserunt ad principes et reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum et Carolum Magnum* (PL 98, Sp. 335).

enim Egilam B. Augustini opuscula legere, *ubi* (inquit) *egregium praedivatorem ac doctorem suum Ambrosium meminit pro jejuniu Sabbati Sanctam Catholicam Apostolicam nostram Romanam nimis laudasse Ecclesiam*. Hoc vero nimis falsum est. Extat enim Augustini ad Casulanum epistola
 5 (August. ep. 86) ad quam respicit hoc loco Hadrianus, unde discere licet, Ambrosium neque Romanam quod Sabbato jejunaret, neque suam Mediolanensem, quod Sabbato non jejunaret, laudasse Ecclesiam, sed utrumque ritum observandum diversimode censuisse pro more Ecclesiae in quo versamur. *Quando hic* (id est Mediolani) *sum* (inquit epist. extr. p. 149 A, 1) *non jejuno Sabbato, quando Romae sum,*
 10 *jejuno Sabbato*. Hoccine est *pro jejuniu Sabbati Romanam Ecclesiam nimis laudare*.

Mira res est, quae olim integra Concilia fefellerant, hodie a doctis viris utriusque partis convicta fraudis esse. Coram Concil. V. Patribus (Concil. V. act. 5. Tom. 2. *Concil.* p. 574 D) lecta et totius Synodi silentio probata fuit supposititia Theodoreti de morte Cyrilli Epistola; tam evidenter falsa ut qui *Conciliarum Generalium* editioni Romae
 15 praefuere, eam falsitatis arguerint. Ejusdem furfuris est allata in Concilio VII totaque inserta sub nomine Athanasii de miraculo ab imagine Christi patrato in urbe Beryto narratio (Concil. VII. act. 4. tom. 3. *Concil.* p. 472); adeo inepta et indigna lepore et nitore magni illius ingenii, ut hodie sensu communi carere videri possit qui eam illi tribuat. Unde factum videmus, ut hodie Nannius (in *Operibus* Athanasii), Bellarminus de
 20 imaginibus lib. 2. c. 10 et *lib. de Script. Eccles.* in Athanasio, et Possevinus quoque eam Athanasii esse negare conantur. (: Ex his intelligi potest, quantopere jam tum illis temporibus gustus hominum circa has res fuerit depravatus, quantaque apud primarios etiam viros, qui fidei columnina esse debebant, invaluerit inepta credendi proclivitas. :)

Rufinus in pretio et fratris loco Hieronymo habitus ante exortam simultatem (epist.
 25 5. ad Flor. T. 1. p. 152 D et Epist. 41. ad Ruff. T. 1. p. 279 D). Augustinus eorum

8 (id est Mediolani) *erg.* L 16 f. Beryto (I) epistola (2) narratio; L 18 carere (I) oporteat judic
 (2) videri L 25 Augustinus (I) ejus < – > (2) eorum L

4–10 AUGUSTINUS, *Opera, tomis decem comprehensa: per Theologos Lovanienses . . . emendata . . .*, Paris 1586, Bd 2. – Bei Daillé: in qua versamur. 12–21 J. DAILLÉ, a.a.O., cap. III, S. 23: carere oporteat qui . . . tribuant. 19–21 ATHANASIUS, *Libellus de passione imaginis Domini nostri Jesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in urbe Beritho*, in *Opera*, lat. hrsg. v. P. Nannius, 1556; *Opera quae reperiuntur omnia*, hrsg. v. J. u. N. Bonutii, 2 Bde, Heidelberg 1600–1601, Bd 2, S. 11–15 u. 16–20; *Opera quae extant omnia*, Köln 1617, S. 351–353. – R. BELLARMINO, *Opera omnia*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl II, Controv. gen. IV, lib. II, cap. 10, Sp. 800 D. – Vgl. R. BELLARMINO, *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus*, Köln 1645, seculum quartum, S. 78 f. – Vgl. A. POSSEVINO, *Apparatus sacer*, 2 Bde, Köln 1608, Bd 1. 24–S. 2533.3 J. DAILLÉ, a.a.O., cap. IV, S. 65. – HIERONYMUS, *Epistolae et libri contra haereticos*, in *Opera*, hrsg. v. M. Victorius, 9 Tle in 3 Bdn, Paris 1578, Tl I, Epist. V, Sp. 52 C-D; Epist. XLI, Sp. 279 D–282 A; Tl II, Epist. XCIII, Sp. 545 B–546 A; Epist. XCVII, Sp. 550 D; Tl I, Gennadii illustrium virorum catalogus, Sp. [389] B-D.

discordiam aegerrime tulit in Epist. ad Hieron. quae est inter Epistolas Hieronymi 93. et iterum Ep. 97. T. 2. p. 545, 550. A Gennadio magno cum elogio Scriptoribus Ecclesiasticis insertus est in Catalogo inter Opera Hieronymi Tom. 1. p. 389.

Ludovici Vivis ad Augustini *de Civit. Dei* lib. 21. (cap. 24 Tom. V. August. fol. 292) annotatio: *Decem aut duodecim versus qui cap. XXIV habentur, et quibus diserte Purgatorium docetur in antiquis libris Brugensi et Coloniensi non legi, ut neque in exemplaribus Friburgi excusis, imo et carere iis exemplar Parisiense, ut testantur qui editioni anni 1531 praeferre.* (: Putat tamen Vives non abhorreere a stylo Augustini. :)

432.DE LOCIS TERTULLIANI CIRCA EUCHARISTIAM

[Herbst 1677 bis Sommer 1680 (?)]

10

Überlieferung: L Konzept: LH I 20 Bl. 110–111. 1 Bog. 2°. 4 S.

Die Datierung erfolgt aufgrund des für diesen Zeitraum häufig belegten Wasserzeichens.

Leibniz' eckige Klammern sind in Text und Varianten durch (: . . . :) wiedergegeben.

Disquisitio de Locis Tertulliani

contra Marcionem lib. IV. cap. 40.

15

ubi agitur de figura in Eucharistia

Marcionis haeresis erat alium esse Deum creatorem, autorem Legis, alium Deum optimum, autorem Evangelii cujus filius Jesus Christus. Ejusdem alia erit haeresis, corpus Christi phantasticum fuisse, nec eum revera passum esse. In has haereses fuse pugnat Tertullianus libris quinque contra Marcionem, sed maxime contra priorem, nam alterius obiter tantum, ita ferente occasione, meminisse solet, velut per digressionem.

14 de (I) Loco (2) Locis L 15 lib. IV. (I) ubi de Eucharistia (2) cap. 40. L
18 autorem (I) op (2) Evangelii L 19 Christi (I) esse (2) phantasticum L

Idque hoc loco facit lib. IV. cap. 40. ubi cum multis disseruisset, non posse subsistere duos illos aemulos Deos, legisque et Evangelii antitheses, Marcioni somnias, vel ideo quod legem et prophetas Christus in Evangelio implevit, tandem ita pergit:

Professus ergo (: Christus :) *se concupiscentia concupisse* (: id est valde concupisse
 5 :) *edere pascha ut suum* (: id est ut rem suo scopo, Evangelico scilicet, convenientem :) *indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus* (: indignum enim Deo, optimo scilicet, Evangelii autore, rem alienam, ab aemulo Deo profectam, pascha scilicet, sequi
 :) *acceptum panem et distributum discipulis corpus illum suum fecit* (: id est ut intra finxit, per figuram dixit :) , *hoc est corpus meum, dicendo, id est figura corporis mei* (: id
 10 est hoc est figura corporis mei :). *Figura autem* (: corporis :) *non fuisset* (: tunc panis :) *nisi veritatis esset corpus* (: nisi verum aliquod esset corpus Christi :). *Caeterum* (: alioqui enim :) *vacua res, quod est* (: qualis est :) *phantasma* (: corpus Christi phantasticum :) *figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit* (: *finxit* id est per figuram dixit :) quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere
 15 pro nobis. (: Sensus est, quod si objiceret Marcion, vel ideo Christum dixisse per figuram, quod panis sit corpus suum, quia nullum aliud revera habebat corpus, quam figuratum istud; Respondebimus ei, debuisse ergo etiam figuratum istud corpus, quod unicum ex Marcionis sententia habebat, pro nobis tradere. Caeterum hinc saltem notabimus, Tertullianum dicere, quod Christus panem sibi corpus finxerit, id est
 20 figuraverit, per figuram fecerit vel dixerit. Nam de figura toto contextu loquenti, non video quid aliud commode significare hic possit *fingere*, quam figurate dicere, neque enim hoc loco significat figmentum dicere; neque etiam effingere vel efformare, quia manifeste satis *fingendi* vox ad figuram toties nominatam alludit. :) *Faciebat ad vanitatem Marcionis* (: id est utile erat, opus erat, ad vanitatem Marcionis confirmandam
 25 :) *ut panis crucifigeretur*. (: Haec mihi saltem transsubstantiationi adversa videntur, nam dicit Tertullianus si panem corpus sibi finxit quia corporis carebat veritate, debuit panem tradere pro nobis, debebat panis crucifigi. Si crucifigi debebat panis, utique ex quo Christum eum corpus suum finxerat,

1 posse (*I*) fer (2) subsistere *L* 8 f. *fecit*, (*I*) id est figuram corporis sui (2) (: id . . . dixit :) *L*
 10 corporis (*I*) mei. Id enim postea satis dicit Tertullianus, panem jam tum olim corporis Christi figuram fuisse. :) (2) mei. :) *L* 10 *autem* (*I*) *non fuisset panis* (2) (: corporis :) *L* 10 *fuisset* (*I*) (: panis, (a) et olim (*b*) sive olim, sive tunc :) (2) (: tunc pacis :) *L* 11 aliquod *erg.* *L* 12 (: qualis est :) *erg.* *L*
 16 f. quam (*I*) vel phantasticum vel figuratum. (2) figuratum istud; *L* 17 f. quod (*I*) unicam habebat ex Marcionis sententia (2) unicum . . . habebat, *L* 18 tradere. (*I*) Est aculeus potius quam argumentum (2) Caeterum *L* 20 loquenti, (*I*) vid (2) non *L* 21 hic *erg.* *L* 24 *Marcionis* (*I*) *ut panis crucifi* (2) (: id *L* 26 corporis (*I*) debebat (2) v (3) carebat *L* 27 f. quo (*I*) corpus (2) Christum *L*

adhuc erat panis. :) *Cur autem panem corpus suum appellat* (: *appellat*, inquit, non fecit, ut significaret non re, sed appellatione fecisse; unde cum supra dixisset, fecisse panem corpus suum, statim explicuit sese, fecisse corpus suum, id est figuram corporis sui, et mox finxisse, id est figurate dixisse; et nunc, appellasse. Et certe panem revera esse, seu vere et proprie appellari corpus Christi, 5 etiam Romanis dogmatis hodie adversum est. Quod si ergo panis corpus Christi appellatur, hoc nisi tropice fieri non potest :) *et non magis peponem quem Marcion cordis loco habuit* (: proverbium est de stolido, eum, peponem, genus fructus insipidi, pro corde gestare :) *non intelligens veterem esse figuram corporis Christi* (: id est nihil novum esse, quod Christus panem per figuram corpus suum hic appellat. Unde iterum 10 confirmatur quod dixi ex sententia Tertulliani figuram esse cum dixit Christus *hoc est corpus meum* :) *dicentis per Hieremiam*: (: cum jam ante eodem modo sit locutus per os Hieremiae dicentis :) *adversus me cogitaverunt cogitatum* (: cogitationem :) *dicentes: venite conjiciamus lignum in panem ejus scilicet crucem in corpus ejus*. (: Hic iterum non pauca notanda, primum, quod Tertullianus studio dicit non Hieremiam dixisse, sed 15 Christum per Hieremiam dixisse: *panem pro corpore* ut ostendat, quod jam notavi, Christum non nunc nova, sed jam a se ipso usurpata figura uti; unde etiam infert contra Marcionem, quod idem sit ille veteris et novi Testamenti Deus, ex hoc ipso scilicet perfecto phrasium consensu. Scilicet a digressionem quam immiscuerat, de vero non phantastico corpore Christi; ad quaestionem primariam de eodem Legis et Evangelii Deo 20 paulatim rediens. Hoc erat unum, quod hic notari volebam; alterum hoc est, quod eorum interpretatio huc non quadrat, qui volunt Tertullianum hoc toto loco urgere, quod Christus figuram veteris testamenti implevit, faciendo quod panis qui tunc erat tantum figura corporis Christi, nunc fieret revera corpus Christi, nam si hoc volebat, textus ille Jeremiae nil facit ad rem, neque enim dici potest, Christum hunc locum per Sacramenti 25 constitutionem implevisse, quippe quem ipse Tertullianus non ad Eucharistiam sed ad crucem refert; verum hoc tantum, Christum hunc locum esse secutum, seu ad exemplum ejus locutum, et vetere figura usum, dum panem corpus suum dixit. :) *Sic et in calicis mentione* (: mentione

2 *fecit*, (1) ut intellig (2) quod (3) ut L 4 mox (1) dixit (2) finxisse, L 9 Christi (1) (: clare hic iterum (2) (: id L 10 hic erg. L 12 f. (: cum . . . dicentis :) erg. L 14 *corpus ejus*. (: Cum jam ante eodem modo per os Hieremiae sit locutus *gestr.* | Hic L 16 , quod jam notavi, erg. L 17 uti; (1) et a (2) unde L 17 etiam | obiter *gestr.* | infert L 18 f. Deus, (1) qui s (2) ex (a) hac ipsa (b) hoc ipso scilicet (aa) pulchro (bb) perfecto L 23 figuram (1) leg (2) veteris L 25 per (1) Eucharistiae (2) Sacramenti L

scilicet, ut ante appellatione, id est figurata :) *testamentum constituens sanguine suo obsignatum* (: nempe testamentum fuit calicis sive vini, institutum in coena, sed obsignatum sanguine, scilicet in cruce :). *Substantiam corporis confirmavit* (: id est probavit verum et substantiale non phantasticum sibi corpus esse :). *Nullius enim*
 5 *corporis sanguis esse potest, nisi carnis: nam et si qua qualitas corporis non carnea opponetur nobis, certe sanguinem nisi carnea non habebit* (: scilicet si Marcion opponeret, se non negare Christo corpus aliquod verum, negare tamen ei corpus humanum, ex carne et ossibus, confutabitur ex eo, quod sanguis nisi corpori carneo tribui non potest :). *Ita consistit probatio corporis de testimonio carnis, probatio carnis de*
 10 *testimonio sanguinis. Ut autem et sanguinis veterem figuram in vino recognoscas aderit Esaias* (: rursus innuit, non nunc primum hanc figuram adhiberi, qua vinum pro sanguine sumitur :). *Quis, inquit, qui advenit ex Edom, rubor vestimentorum ejus ex Bosor, sic decorus in stola vinolenta cum fortitudine? Quare rubra vestimenta tua et indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato. Spiritus enim propheticus velut jam*
 15 *contemplabundus dominum ad passionem venientem, carne scilicet vestitum ut in ea passum, cruentum habitum carnis in vestimentorum rubore designat, conculcatae et expressae vi passionis, tanquam de foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines de vini rubore descendant.* (: Hic iterum noto quod supra; non posse huc applicari eorum sententiam, qui arbitrantur, cum Tertullianus hic de figura loquitur, intelligere non
 20 figuram grammaticam, sed legalem, quod scilicet Christus fecerit ut panis et vinum quae sub lege significabant tantum corpus et sanguinem Christi, hic revera fiant. Nam ut illam Hieremiae, ita et hanc Esaias figuram non per Eucharistiam impletam esse dicit Tertullianus, sed per passionem. Tantum ergo ostendit figuram qua Christus panem pro corpore suo, et vinum pro sanguine adhibet, veterem esse. :) *Multo manifestius Genesis*
 25 *in benedictione Judae, ex cujus tribu carnis census Christi processurus jam tum Christum in Juda delineabat. Lavabit inquit in vino stolam suam, et in sanguine uvae amictum suum: stolam et amictum carnem demonstrans, et vinum sanguinem. Ita et nunc sanguinem suum in vino consecravit,* (: id est sub vino sanguinis sui sacramentum, mystice expressit :) *qui tunc vinum in sanguine*

2 vini, (1) obsignatio autem hujus testamenti sa (2) institutum L 3 obsignatum (1) in (2) sanguine L
 11 primum (1) Christu (2) hanc L 11 qua (1) sanguis (2) vinum L 20 fecerit (1) quod (2) ut L
 28 consecravit, (1) qui tunc vinum in sanguine figuravit (2) (: id L 29 , mystice gestr. u. erg. expressit :)
 (1) sacramentum enim nihil aliud (2) qui L 29 sanguine (1) figuravit (: ut olim sanguinem in vino
 figuravit. :) (2) figuravit. (: Ita explicandus est hic locus (3) (: cum L

(: cum dixit *sanguinem uvae* :) *figuravit*. (: Dicitur hic Christus vinum in sanguine figurasse, et sanguinem in vino consecrasse, captandae antitheseos elegantis causa, alioqui dicendum erat, sanguinem in vino olim figurasse et nunc consecrasse. Et consecrasse hic nihil aliud vult quam figurasse, in sacramento. Sacramentum enim est Symbolum sacrum solenne, ut aqua in baptismo, vinum et panis in Eucharistia. Qui vero 5 putant opponi hic consecrationem figurationi, ut realem transmutationem figuratae, prioribus refutantur, utrobique enim figuram esse, ex mente Tertulliani satis ostendimus. :)

Alius locus Tertulliani

lib. 3. cap. 19. contra Marcionem

10

Hoc lignum et Hieremias tibi insinuat, dicturis praedicans Judaeis, venite mittamus lignum in panem ejus, utique in corpus (: hunc locum Hieremiae in lib. IV. cap. 40. paulo fusius explicatur, quemadmodum audivimus :). *Sic enim Deus in Evangelio quoque vestro* (: id est quale Marcion admittit aut interpolavit :) *panem corpus suum appellans* (: rursus ecce, *appellans*, ut intelligamus, appellatione tantum esse corpus :) *ut 15 et hinc jam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse*, (: scilicet in sacramento :) *cujus retro* (: id est jam olim :) *corpus in panem prophetae figuravit* (: dominus scilicet, panem figuravit in corpus, seu corporis figuram id est significationem pani dedit, dicendo corpus, intelligendo panem, prophetae contra corpus figuravit in panem, dicendo panem quod est corpus :) *ipso Domino hoc sacramentum* (: id est hanc sacram figuram 20 prophetae :) *postea interpretaturo*. (: Egregie explicat hic locus sacramentum nihil aliud esse quam figuram sacram, quia jam prophetam hoc sacramentum fecisse dicit, id est hac sacra figura usum esse, quam Dominus postea solenniter stabilivit. :)

Eadem verba reperiuntur in libro Tertulliani contra Judaeos paucis omissis, nam ita habet:

25

Sic enim Christus in Evangelio revelavit panem corpus suum appellans, cujus retro corpus in panem prophetae figuravit. (: Omissis verbis: *ut hinc jam eum intelligas*

1 *figuravit*. (1) (: Ita explicandus est hic locus ne priora omnia ⟨praecipitat⟩, minime ergo (2) (: Cum dicitur Christum san (3) (: Consecrationis (4) (: Dicitur | hic *erg.* | L 3 olim *erg.* L 3 nunc *erg.* L 4 hic *erg.* L 4 enim (1) nihil aliud est quam (2) est L 5 solenne *erg.* L 5 aqua (1) symbolum (2) in L 12 Hieremiae *erg.* L 14 *vestro* (1) *co* (2) (: id est (a) qualem ⟨-⟩ (b) quale L 16 *eum* | (: id est jam abhinc, (1) id est jam a (2) seu jam a prophetae tempore :) *gestr.* | *intelligas* L 18 f. dedit, (1) prophetae corpus (2) dicendo L

corporis sui figuram pani dedisse etc. Haec jam loca efficiunt, ut credibile arbitror quod *repraesentare* in alio Tertulliani loco significet, figurare, tametsi alioqui sciam, idem etiam significare posse quod *exhibere*. Ita ergo ille lib. I. cap. 14. contra Marcionem. :) *Sed ille quidem* (: Christus quem Marcion a Deo creatore dissidere
 5 *finxerat* :) *nec aquam reprobavit creatoris qua suos pedes abluit, nec oleum quo suos unguat, nec mollis et lactis societatem qua suos infantat, nec panem quo ipsum corpus suum repraesentat, etiam in sacramentis propriis* (: id est symbolis sacris :) *egens mendicantibus Creatoris* (: id est a Deo creatore res suo instituto necessarias velut mendicare coactus :).

10 Alius est locus Tertulliani memorabilis *de resurrectione carnis* cap. 37. Disputat capite praecedenti contra eos qui ex eo quod Christus dixerat in coelo non nupturos, nec ducturos, sed fore angelis similes; intulerant in coelo carnem non resurrecturam. Nunc illis respondet, qui aiebant carnem in coelo esse inutilem, nam et Christum ipsum dixisse (Johannis cap. 6.), carnem nihil prodesse. His ita respondet Tertullianus:

15 *Sic et si* (: etiam cum :) *carnem ait nihil prodesse* (: Johann. 6. :) *ex materia dicti* (: ex occasione ac subjecto illius textus :) *dirigendus* (: sumendus :) *est sensus* (: interpretatio :). *Nam quia durum et intolerabilem existimaverunt sermonem ejus, quasi vere* (: non figurate :) *carnem suam illis* (: discipulis :) *edendam determinasset* (: ideo :) *ut in spiritum disponderet statum salutis* (: ut ad spiritum referret rationem salutis, non ad
 20 *carnem* :) *praemisit, spiritus est qui vivificat, atque ita subjunxit: caro nihil prodest, ad vivificandum scilicet. Exequitur etiam* (: explicare pergit :) *quid velit intelligi spiritum; verba quae locutus sum vobis, spiritus sunt, vita sunt* (: id est per spiritum intelligit, verbum suum :). *Sicut et supra: qui audit sermones meos, et credit in eum qui me misit, habet vitam et aeternam et in iudicium non veniet, sed transiet de morte ad vitam. Itaque*
 25 *sermonem constituens* (: dicens esse :) *vivificatorem quia spiritus et vita* (: est :) *sermo; eundem etiam carnem suam dixit, quia et sermo caro erat factus, proinde in causam vitae* (: vitae causa :) *appetendus, et devorandus auditu* (: figurate scilicet comedenda est caro Domini, id est sermo audiendus :) *et raminandus intellectu et fide digerendus. Nam et paulo ante carnem suam panem quoque coelestem appellabat urgens usque quaque*
 30 *per allegoriam necessariorum pabulorum memoriam patrum, qui panes et carnes*

1 f. arbitror (1) *repraesentare* in alio Tertulliani loco significare, (2) quod . . . significet, L

2 figurare, (1) nam (2) tametsi L 12 coelo (1) non fore (2) carnem L 18 illis (1) ed (2) (: discipulis
 :) L 19 *disponderet* (1) *causam* (2) *statum* L 19 *rationem* (1) *salutis* :) *praemisit* (2) *salutis*, L

21 *etiam* (1) *qui* (2) (: explicare L 22 *sunt*. (1) *Sicut et supra* (2) (: id L

Aegyptiorum praevertunt divinae vocationi. (: Ex pane ergo secundum Tertullianum (in hoc Johannis loco) Christus panem fecit per allegoriam tantum. Etiam Romanae Ecclesiae scriptores (ut Card. Perronius) ad hunc locum respondentes fassi sunt Tertulliano hanc quae Johannis VI. introducitur manducationem carnis Christi allegoricam tantum visam. Sed addunt eundem Tertullianum hunc locum non accepisse 5 de Eucharistia, cum tamen veteres plerique de ea acceperint, et ipsum Concilium Ephesinum. Quod sententiam eorum confirmat, qui pro figura pugnant, cui locus Johannis plus satis favet. :)

Tantum de locis Tertulliani circa Eucharistiam, locus Tertulliani lib. *de resurrect. carnis* cap. 8. *caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut anima Deo* 10 *saginetur* haud dubie ex tot aliis explicationem recipit, nec aliud dicit, quam quod ipsi scripturae textus, quos tamen ipsemet toties figuraliter explicat.

433. PERSONA. PARAPHRASIS AD VALLAM

[Herbst 1677 bis Sommer 1680 (?)]

Überlieferung:

15

L Auszug: LH I 20 Bl. 292. 1 Zettel (8,5 × 6,1 cm). 1 S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 558 f.

Die Datierung erfolgt aufgrund des für diesen Zeitraum häufig belegten Wasserzeichens.

3 scriptores (*I*) ad hu (2) (ut *L* 11 quod (*I*) ipse (2) ipsi *L*

3–7 Vgl. J. DU PERRON, *Traité du saint sacrement de l'eucharistie divisé en trois livres. Contenant la refutation du livre du sieur du Plessis Mornay contre la messe, et d'autres adversaires de l'église*, Paris 1622, liv. II, auth. VI, S. 213 f.

Persona

Persona significat eam qualitatem qua homo differt ab hominibus in anima tum in corpore tum in extra positus, ut Hector ad Priamum persona filii est, ad Astyanactem patris, ad Andromachen persona mariti, ad Paridem persona fratris, ad Sarpedonem
 5 persona amici, ad Achillem inimici. Sunt autem et personae in divinitate et quidem qualitates, non substantiae, si Vallae credimus, pater filius spiritus sanctus. Sed ita abjicienda falsa et graecula qualitatis definitio, quae possit abesse citra subjecti corruptionem, Lux enim et Calor a sole nunquam abest. Haec Valla *lib. 6. < – >*.

434.AUS UND ZU ROBERT BARCLAY, THEOLOGIAE CHRISTIANAE

10 APOLOGIA

[Winter 1677/78 bis Sommer 1680 (?)]

Aus Robert Barclays *Theologiae vere Christianae Apologia*, [Amsterdam 1676], hat Leibniz wohl zunächst ein ausführliches Exzerpt anfertigen wollen (N. 434₁), hat diese Arbeit aber abgebrochen, um aus den 15 Thesen, die Barclay jeweils in einer ausführlichen *Explicatio* erläutert, 42 ihm wichtige Punkte in
 15 prägnanter Kürze mit eigenen Worten zusammenzustellen (N. 434₂). Barclays Thesen erfuhren durch die Verteilung der Schrift an sämtliche Unterhändler des Friedens von Nimwegen 1678 und entsprechend auch an die Gesandten Hannovers eine größere Verbreitung. Dadurch könnte auch Leibniz Kenntnis von ihnen erlangt haben. Die Wasserzeichen der beiden Konzepte und der Reinschrift von N. 434₂ stützen eine entsprechende Datierung ab 1678.

20 Die Bezüge zu Barclay haben wir in eckigen Klammern ergänzt.

434₁. THEOLOGIAE VERE CHRISTIANAE APOLOGIA CAROLO II. MAGNAE
BRITANNIAE REGI A ROB. BARCLAJO SCOTO-BRITANNO OBLATA

Überlieferung: L Auszug: LH I 5, 3 Bl. 17–18. 1 Bog. 2°. 1 ²/₃ S. auf Bl. 18.

Theologiae vere Christianae Apologia Carolo II. Magnae Britanniae
Regi a Rob. Barclajo Scoto-Britanno oblata 5

Datum Epistolae dedicatoriae: ab Uria loco peregrinationis meae in nativa
mea Scotiae patria die 25 mensis, vulgo novembris anno 1675.

Complures ponit Theses easque explicat:

Thesis 1. Cum summa hominis felicitas posita sit in vera Dei cognitione, Joh.
XVII. v. 3, sequitur et fundamentum hujus cognitionis cognosci debere. 10

In explicatione citat Epicteti locum: *Scito, principium fundamentumque pietatis
hoc esse habere* ὁρθῶς [ὑπολήψεις] *rectas opiniones de Deo.*

Thesis 2. Nemo patrem novit nisi per filium. Matth. XI. 27, Luc. X. 22, Joh. XIV.
6. Revelatio autem filii est in et per Spiritum S. 1. Cor. II. 11. 12, 1. Cor. XII, 3. Ideo
testimonium Spiritus S. internum, mentem illuminans, est verum atque unicum 15
cognitionis Dei ac fidei vivificae principium. Quod omnibus seculis idem fuit: et ex hoc
principio revelationes prophetarum et Apostolorum profectae et postea in scripta
redactae sunt. Ideo etsi Testimonium hoc internum non pugnet cum verbo externo, imo
nec cum ratione, tamen ad verbum vel rationem, velut normam exigi non debet; cum
ipsum sit sua luce clarum quemadmodum notiones communes v.g. *totum esse sua parte* 20
majus et similes.

12 ὑπολείψεις L ändert Hrsg. 13 f. Matth. . . . 6. erg. L 14 1. Cor. . . . 3. erg. L 16 Dei (I)
principi (2) ac L 16 principium. (I) Haec fidei (2) ergo omnibus (3) Quod L 19 ad (I) eam (2)
verbum L

11 f. *Scito . . . Deo*: EPIKTET, *Enchiridion*, cap. 38, dort: *Religionis erga deos immortales praecipuum
illud esse scito, rectas de eis habere opiniones.*

Explicatio. Rom. VIII. 9. Olim Christiani qui Spiritum Christi habebant, et Dei filii qui Dei Spiritu acti v. 14. Hodie plerique Christiani ne cognoscunt quidem hoc Spiritus testimonium, et cum in se non experiantur, in aliis negant. [cap. 1] Interea ex omnibus Christianorum sectis quolibet seculo id agnovere et experti sunt. (Citat ut obiter
 5 dicam Tertulliani locum *de velandis virginibus* cap. 1, sed non observavit ibi Tertullianum per Paracletum intelligere Montanum.) Multa citat loca, sed parum apta, potuisset enim similia citare infinita; unus est notabilis locus Melanchthonis annot. 6. in [Johan.] Et Origenes: *divinum illud lumen animae quod luculentius est omni demonstratione*. [cap. 2] Christiani definitio est, qui habet Spiritum Christi eoque
 10 agitur. Multi docti omnium confessione damnantur, multi salvantur simplices. Non contemno externa auxilia, sed non de eo jam loquor quod utile Christiano, sed quod necessarium est. [cap. 3] Si absit Spiritus Christi scientia est qualis psittaci. [cap. 6] Dei immediata loquendi Methodus per Spiritum nulla aetate cessavit. Heb. XI. 7. Fides Noae ex eo quod Deus ei locutus erat. [cap. 7] Somnia, visiones, voces externae, non sunt
 15 proprie objectum formale fidei quia dubitationi obnoxia, et a diabolo imitabilia. [cap. 8] Calvinus locus notabilis *Instit.* lib. 3. cap. 2. Homo carnalis ex verbo externo intelligit fidem, ut caecus colores si ei liber optices praelegatur. Privilegium ovis Christi est, ut vocem pastoris audiat. [cap. 10]

Thesis 3. Scriptura Sacra [est] tantum origo fontis non ipse fons nec primaria
 20 regula fidei et morum. Credimus Scripturae quia a spiritu processit, multo magis Spiritui ipsi.

[Explicatio.] Scriptura Sacra de particulari cujusque vocatione instruere non potest sed opus est spiritu loquente. [cap. 2]

Thesis 4. Lapsu Adae privati sunt homines testimonio illo interno seu semine
 25 Dei, et subjecti potentiae naturae et semini Satanae. Hoc semen Diaboli infantibus non imputatur, quamdiu non actu peccaverunt.

[Explicatio.] Augustinus declinante jam aetate zelo contra Pelagium agitatus, omnium ex antiquitate primus peccatum originis commentus est, unde hodie non

2 acti | erant *gestr.* | v. *L* 4 seculo | aliqui *gestr.* | id *L* 5 non (*I*) sciebat (2) observavit *L* 8 in Matth. *L* ändert Hrsg. nach Barclay 10 multi (*I*) literati (2) salvantur *L* 19 sunt *L* ändert Hrsg. 22 de (*I*) particularibus (2) particulari *L*

8 PH. MELANCHTHON, *In Evangelium Ioannis annotationes*, Basel 1523. 8 f. *divinum . . . demonstratione*: bei Origenes nicht nachgewiesen. 16 J. CALVIN, *Institutionum christianae religionis libri quatuor. Editio postrema . . . Cui accesserunt Epistolae atque responsa tam ipsius Calvinus quam insignium aliorum in Ecclesia Dei virorum*, in *Opera omnia*, Amsterdam 1667–1671, Bd 9.

horrescunt affirmare innumeros infantes sempiternae damnatos esse. [cap. 1] Cum tamen ad Ephes. II dicantur *natura filii irae qui ambulant secundum principem aëris*. [cap. 4]

Thesis 5. *Deus ita dilexit Mundum, ut filium suum unigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum servetur*, qui illuminavit omnem hominem venientem in hunc mundum. Unde universalis est redemptio Christi. Hoc lumen non minus universale est quam semen 5 peccati.

Thesis 6. Non ergo opus est recurrere ad ministerium angelorum aliquosque modos miraculosos quibus ajunt Deum usum ad manifestandam doctrinam et historiam passionis Christi in omnibus orbis angulis apud illos qui prima et communi gratia bene 10 uti sunt. Sed contra hinc sequitur aliquos ex antiquis philosophis vitam aeternam consecutos, et nunc posse aliquos qui nomen et historiam Christi ignorant gratiae seu luminis illius supernaturalis participes fieri, si scilicet obtemperent semini et lumini ejus illucenti cordibus suis, in quo lumine communio habetur cum patre et filio, ita ut ex impiis sancti fiant, et amatores potentiae illius, cujus internis et secretis viribus se 15 converti sentiunt, et doceri, *quod sibi fieri nolint alteri non facere*, in quibus ipse Christus affirmat omnia includi. Itaque non satis abunde veritatem annuntiarunt, qui affirmantes Christum pro omnibus mortuum fuisse absolutam externae historiae cognitionis necessitatem addiderunt, ad assequendum salutiferum ejus effectum. Inter quos praecipue remonstrantes Belgici fuerunt, et alii complures universalis redemptionis affirmatores; eo quod non posuerunt salutis extensionem et exhibitionem in divino illo et 20 Evangelico principio luminis et vitae quo Christus illuminavit omnem hominem venientem in Mundum, quod praeclare et perspicue exhibetur Genes. VI. 3, Deut. XXX. 14, Joh. I. 7. 8. 9. 16, Rom. X. 8, Tit. II. 12.

[Explicatio.] Mors Christi non tantum pro omnibus contigit, sed et omnes attingit efficaciter, ita ut in proxima salutis sint positi. Unusquisque tenetur credere sibi Deum 25 misericordem. Ergo id est verum. Non vero unusquisque tenetur credere Historiam Christi, quam forte nec audivit. Multi ultra diem vivere possunt, post quem nulla ipsis est salutis possibilitas, sed obdurantur, et dantur in reprobum sensum. Semen illud Dei, in animis apparens est spirituale Christi corpus, quod omnes sancti concedunt, illud verbum aeternum immediate habitabat in sancto illo homine Jesu Christi, itaque ille velut caput, 30 nos ut membra. Putamus itaque Christum habuisse verum corpus et in corpore et anima glorificatum. [cap. 12] Hoc lumen non est accidens sed realis et spiritualis substantia

28 Dei, (1) est spirituale (2) in L 30 aeternum erg. L

3 f. *Deus . . . servetur*: Joh. 3, 16. 15 *quod . . . facere*: Matth. 7, 12, Luk. 6, 31.

quam anima hominis apprehendere et sentire potest. Nullum accidens in subjecto est quin subjectum ab eo denominetur, at hoc semen est in impiis, velut nudum granum in terra petrosa. Sanitas non est in corpore quin corpus denominetur sanum, sed medicamentum est in corpore etiam non sano vel non curato. [cap. 14] Omnes ad quos
 5 pervenit historia Christi credimus ad eam credendam teneri, et ab illo interno lumine ad credendum inclinari. Utilissima enim ejus scientia est. [cap. 15]

Antichristus sedet in templo Dei, quando ratio in homine se exaltat super lumen supernaturale. Semen illud in homine agit non quando homo vult, sed quando domino videtur bonum, uti lacus Bethsaidae non omnes qui se eo abluere sanavit, sed qui se
 10 abluere postquam angelus movit aquas.

Unicuique die visitationis ejus sol justitiae illucescit. [cap. 16]

Deus haud dubie magis amavit Johannem quam Judam proditorem, attamen unicuique eam gratiae mensuram dedit, qua salvari potuit. [cap. 18]

434₂. PRINCIPIA THEOLOGIAE EORUM QUOS VULGO QUACKEROS VOCANT
 15 EX THEOLOGIAE VERAE APOLOGIA ROBERTI BARCLAI SCOTO-BRITANNI

Überlieferung:

L Auszug: LH I 5, 3 Bl. 17–18. 1 Bog. 2°. 1 $\frac{3}{4}$ S. auf Bl. 17.

I verb. Reinschrift: LH I 5, 3 Bl. 19–20. 1 Bog. 2°. 2 $\frac{3}{4}$ S. Auf der Rückseite zwei nicht zum Stück gehörende Figuren. (Unsere Druckvorlage.)

4 Omnes (*I*) qui audiunt (2) ad *L*

9 f. lacus . . . aquas: vgl. Joh. 5, 4.

Principia Theologiae eorum quos vulgo Quackeros vocant ex
Theologiae verae Apologia Roberti Barclaii Scoto-Britanni

- 1) Summa hominis felicitas posita est in vera Dei cognitione. [thes. 1]
- 2) Deus recte cognosci non potest, nisi et cognitionis hujus fundamentum noscatur.
[thes. 1, explic. cap. 1] 5
- 3) Formale fidei objectum est testimonium Spiritus internum. [thes. 2]
- 4) Scriptura sacra est velut rivus hujus fontis. Nam et ipsa nihil aliud est quam liber
in quo consignata sunt ea quae Spiritus prophetis aut Apostolis dictavit. [thes. 3, explic.
cap. 2]
- 5) Non creditur Scripturae vel Ecclesiae, vel traditioni nisi ob testimonium Spiritus 10
internum. [thes. 3, explic. cap. 1]
- 6) Testimonium spiritus internum sibi ipsi criterium est sive ex eorum numero est,
quae sunt per se clara, ut notiones communes v.g. *totum est majus parte*. [thes. 2]
- 7) Somnia, visiones, voces, literae, miracula non sunt formale fidei objectum, quia
deceptioni diabolicae subjacent. [thes. 2, explic. cap. 8] 15
- 8) Testimonium spiritus internum nunquam pugnat Scripturae vel rationi. [thes. 2]
- 9) Per lapsum Adami in omnibus hominibus praevaluit semen quod Satanasevit.
[thes. 4]
- 10) Homo in statu corrupto sibi relictus nihil recte cognoscit agitque. [thes. 4]
- 11) Falsum est posse hominem in gratia Dei non constitutum, esse Evangelii minis- 20
trum et animabus prodesse. [thes. 4]
- 12) Nullum proprie loquendo est peccatum originis. [thes. 4, explic. cap. 4 f.]
- 13) Semen illud Satanae nemini imputatur nisi ei qui actu peccavit. [thes. 4]
- 14) Absurdum est infantes innocentes damnari. [thes. 4, explic. cap. 4]
- 15) Filius Dei ingenitus est lumen mentium. [thes. 5] 25
- 16) Lumen mentium hoc non minus universale est, quam semen peccati. [thes. 5]
- 17) Hoc lumen illuminavit omnem hominem venientem in hunc Mundum. [thes.
5–6]
- 18) Christus pro omnibus mortuus est cum effectu. [thes. 5–6, explic. cap. 6–8]

2 (1) Rob. Barclaii Scoto Britanni (2) Principia L 7 4) (1) Ipsi (2) Scriptura L
17 Satanasevit (1) sevit sive pecca (2) sevit. L 19 nihil (1) veri cogno (2) recte L 22 f. originis (1) , neque
semen illud Satanae unquam (2) 13. . . . nemini L 23 nisi (1) qui (2) ei (a) se actu pecca (b) qui L
26 mentium non L 29–S. 2546.1 effectu aliquo. 19) Deus L

19) Nam Deus omnes constituit in actu proximo salutis, ita ut possint salvari si velint. [thes. 5–6, explic. cap. 11]

20) Non est necessaria ad salutem historia passionis Christi et externa Evangelii praedicatio: sufficit lumen mentium quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. [thes. 6]

21) In omnibus seculis et gentibus multi salvati sunt etiam ex antiquis philosophis; qui scilicet lumini mentium in se agenti non restiterunt, et spiritum Dei loquentem audiverunt. [thes. 6]

22) Lumen mentium docet: *quod tibi fieri nolis alteri non esse faciendum*, quod omnia includit, ipso Christo teste. [thes. 6]

23) Lumen mentium est caro Christi spiritualis, quam qui manducabunt non gustabunt mortem. [thes. 5–6, explic. cap. 13]

24) Lumen mentium non est habitus, sed substantia vera in nobis. Nam res denominantur ab accidentibus in se existentibus, v.g. *albus* ab albedine, non vero a substantiis, v.g. qui in se habet lapidem non dicitur *Saxeus*. Eodem modo etiam impius in se habet lumen mentium etsi ei resistat, nec ideo dicitur illuminatus. [thes. 5–6, explic. cap. 14]

25) Cognitio Christi secundum carnem, seu historia vitae mortisque ejus etsi non necessaria utilis tamen est, et ipso spiritus intus testificante, ab illis qui eam consequi possunt, non negligenda. Mirifice enim docet, atque excitat. [thes. 5–6, explic. cap. 15–16]

26) Conversi ac justificati et in gratia constituti sunt, qui pietatem justitiam caritatem, puritatem aliosque Spiritus S. fructus habent. [thes. 7]

27) Datur possibilitas non peccandi, fatendum est tamen facile esse labi nonnihil, etiam regeneratis quando non vigilantissime attendunt: ideo perfectio eorum recipit incrementum. [thes. 8]

28) Gratia amitti potest. [thes. 9]

29) Datur in hac vita gradus perfectionis a quo nulla contingere potest Apostasia. [thes. 9]

15 modo (I) lumen me (2) etiam L 16 nec . . . illuminatus *erg. l* 18 25) (I) Scientia (2) Historia vitae mortisque Christi secu (3) Cognitio L 19 eam (I) assequi (2) consequi L 25 quando . . . attendunt *erg. L* 26 incrementum (I) ; quemadmodum gratia (2) . 28) Gratia L 28 perfectionis (I) ejusmodi, (2) a L

9 *quod . . . faciendum*: Matth. 7, 12, Luk. 6, 31.

30) Omnis illuminatus sive in gratia constitutus est verus Evangelii minister, pastor, doctor, sacerdos; nec alia vocatione aut scientia indiget. [thes. 10]

31) Quisquis gratiae lumine caret ministerii ac sacerdotii est incapax quantamcunque demum habeat eruditionem aut auctoritatem. [thes. 10]

32) Pastores donum Dei ut gratis acceperere, ita gratis dare debent. Quicquid contra 5
fit simonia est. [thes. 10]

33) Si quem Dominus avocaverit a negotio suo quo familiae panem comparare solitus est, ei permissum est ab aliis quae ad victum pertinent accipere, si ea ipsi libere dentur. [thes. 10]

34) Verus Dei cultus nec locis, nec temporibus nec personis praescriptis limitatur. 10
[thes. 11]

35) Omnes preces caeremoniales, quibus certum tempus locusque praescribitur et omnis cultus pro humana commoditate constitutus, est ἐθελοθησκεία et idololatria abominabilis in conspectu Dei. Sequendus est enim impulsus Spiritus S. [thes. 11]

36) Unum est tantum Baptisma, scilicet Spiritus S. et ignis. Baptisma infantum est 15
mera traditio humana. [thes. 12]

37) Fractio panis per Christum cum discipulis erat figura spiritualis communionis cum carne Christi, qua homo interior nutritur. Quae autem intelligatur caro Christi supra dictum est n. 23. [thes. 13]

38) Fractio panis non magis necessaria est, quam abstinere a sanguine et suffocato, 20
lavare invicem pedes, infirmos oleo ungere: talia cum sint tantum umbrae meliorum illis non sunt necessaria, qui substantiam assecuti sunt. [thes. 13]

39) Solus Deus conscientiarum est Dominus. Caedes, carceres, exilia, proscriptiones dissentientium, semper injustae. [thes. 14]

40) Nemini licet praetextu impellentis conscientiae turbas movere vel cuiquam 25
nocere; qui secus faciet juste punietur. [thes. 14]

41) Detectio capitis, flexio corporis caeteraeque stultae et superstitiosae formalitates non faciunt nisi ad fovendam humanam superbiam ideoque negligi debent. [thes. 15]

42) Ludi inutiles frivolaque nugae quas vocant recreationes non nisi ad pretiosum tempus perdendum inventae sunt, mentemque ab audiendo spiritu intus loquente, et 30
sensu

2 aut (I) doctrina (2) | scientia *erg.* | L 5 32) (I) Lumen (2) Pastores L 10 nec *erg.* temporibus I
12 praescribitur (I) sunt quasque (2) et L 13 f. idololatria (I) imm (2) abominabilis L 21 f. illis
cessant, qui L 24 dissentientium, (I) omnia | (2) semper *erg.* | injusta. L 28 ideoque (I) recte negligi
(2) negligi L 30 audiendo (I) interno (2) Dei (3) spiritu L 30 f. et (I) divini (2) sensu L

vivace timoris Dei divertunt, ideoque a vero Christiano damnari et vitari debent. [thes. 15]

435.MARII MERCATORIS OPERUM EDITIONES

[Juli 1678 bis April 1681 (?)]

- 5 **Überlieferung:** L Auszug mit Bemerkungen aus MARIUS MERCATOR, *Opera*, hrsg. v. J. Garnier, 2 Tle in 1 Bd, Paris 1673: LH I 3, 7h Bl. 13. 1 Bl. 2°. 2 S.

Die Datierung erfolgt aufgrund des für diesen Zeitraum häufig belegten Wasserzeichens.

Dem Text vorangestellt sind in eckigen Klammern die Seitenzahlen der Edition von Garnier und der Ausgabe der *Opera omnia* bei J.-P. MIGNE, *Patrologia Latina*, Bd 48, Paris 1862.

- 10 *Marii Mercatoris S. Augustino aequalis Opera quaecunque extant, prodeunt nunc primum studio Joannis Garnerii Societatis Jesu Presbyteri qui notas etiam ad dissertationes addidit. Parisiis apud Cramoisy 1673. fol.*

Praefatio generalis.

- [p. I sq. / 11] Marius Mercator a nullo recensitus inter scriptores Ecclesiasticos. Est
15 ille ad quem se scripsisse Epistolam Augustinus ait (*lib. de 8 quaest. ad Dulcit. qu. 3.*) cum de quibusdam Pelagianorum quaestionibus ab eo consultus esset. In indice operum Augustini quem vitae ejus inseruit Possidius nominatur eadem Epistola ad Mercatorem.

- [p. V-IX / 15–17] Videtur laicus fuisse, filium enim nominat Augustinus, non fratrem. Coelestium Pelagii discipulum videtur penitus novisse. Multa ex graeco vertit.
20 Historiam haereseon Nestorii et Pelagii illorum temporum mire illustrat.

14 nullo (1) nominatus (2) recensitus L 14 Ecclesiasticos. (1) Nominatus tamen (2) Est L 16 In (1) indiculo (2) indice L 17 Augustini (1) in vita ejus a P (2) quem L 20 Historiam (1) Ecclesiasticam (2) haereseon . . . Pelagii L

16 f. POSSIDIUS, *Vita beatissimi Patris, ac praecipui Doctoris, S. Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi*. – *Indiculus librorum Sancti Augustini Hipponensis Episcopi, editus*, cap. IV. Contra Pelagianistas.

Garnerius duos habuit Codices unum Bellovacensem, alterum Vaticanum.

[p. XIX / 27–29] De haeresi Pelagiana discitur, quod non aliunde, ejus autorem verum fuisse in Cilicia Theodorum Episcopum Mopsuestenum, Romam sub Anastasio invectam a Rufino quodam Syro (unde refellitur popularis opinio de Rufino Aquilejensi) traditamque [Pelagio] Coelestii magistro, et a Coelestio disseminatam, Juliano aliisque 5
Episcopis annitentibus, invaluisse in Italia. Hic Theodorus primus statuit Adamum non nisi sibi nocuisse, hunc convenit in Cilicia Julianus, et velut Magistrum laudavit. Scripsit vero Theodorus quinque libros contra Augustinum peccatum originale defendentem, atque hi sunt quinque libri Theodori Antiocheni *adversus eos qui asserunt homines*
natura peccare et non voluntate, quos a se lectos ait Photius. 10

[p. XXI / 29] Exhibentur et a Mercatore quatuor sermones a Nestorio habiti pene integri contra Julianum, pro morte Adami peccato retributa: latinitate a Mercatore donati.

[p. XXII–XXIV / 31–33] Tractatus Nestorii quem refutat Cassianus libris 7 *de incarnatione* inprimis ultimo fuit (ut ex Mercatore patet) primus ejus sermo de virgineo partu, omnis turbae causa. Multa quoque exhibet ex libris [1]5 de incarnatione, Theodori 15
Mopsuesteni. Patet etiam ex Mercatore Theodoretum fuisse plane Nestorio ὁμόψηφον etsi postea in Concilio Chalcedonensi jam reconciliatum. Legitur etiam in Mercatore fragmentum sermonis Eutherii Nestoriani, et ex eo patet autor operis 27 librorum, quod Theodoretum tribuit Photius, et cujus 21 libri reperiuntur in tomo 2. operum S. Athanasii. Nam ut priores sex libri sint Theodoreti, certe reliqui pertinent ad Eutherium. Epistola 20
Cyrilli ad Clericos Constantinopolitanos, quam exhibet Mercator multum differt ab editis.

[p. XXV / 33] *Commonitorium* Mercatoris a P. Possino Roma sibi missum Labbaeus tom. 2. Concil. ad ann. 412 inseruit. Garnerius cum Labbaeo deprehendit idem in 25

5 Pelagii *L ändert Hrsg.* 11 Mercatore | latin *erg. u. gestr.* | quatuor *L* 12 f. donati. (1) Liber (2) Tractatus *L* 17 etsi . . . reconciliatum *erg. L* 17 f. Mercatore (1) sermo (2) fragmentum *L* 18 patet (1) hunc Eutherium esse (2) autor *L* 23 Roma *erg. L*

10 PHOTIUS, *Myriobiblon sive Bibliotheca librorum quos Photius Patriarcha Constantinopolitanus legit et censuit*, hrsg. v. D. Hoeschel u. A. Schott, 2 Tle, Rouen 1653, cod. 177. 11 MARIUS MERCATOR, *Nestorii tractatus IV contra haeresim Pelagii* (PL 48, Sp. 183–205). 13 MARIUS MERCATOR, *Nestorii sermones XIII de incarnatione Christi*. 13 JOHANNES CASSIANUS, *De incarnatione Domini contra Nestorium*. 15 f. THEODOR von Mopsuestia, *De incarnatione Domini adversus Apollinaristas et Eunomianus libri XV*. 18 MARIUS MERCATOR, *Eutherii episcopi haeretici fragmenta* (PL 48, Sp. 1085–1088). 19 Vgl. ATHANASIUS, bei A. SCULTETUS, *Medullae theologiae*, 4 Tle, Amberg 1606–1619; TI 2 u. d. T.: *Theologia clarissimorum veteris ecclesiae doctorum, Athanasii Magni*. 23 MARIUS MERCATOR, *Commonitorium super nomine Caelestii* (PL 48, Sp. 67–108). 24 PH. LABBE, G. COSSART, *Sacrosancta concilia ad regiam editionem exacta*, Paris 1671–1672, Bd 2, S. 1512–1517.

Bellovacensi codice. Hoc intellecto Possinus scripsit Romanum codicem esse ex Bibliotheca Palatina Romam translata, ibique et alia contineri indicavit. Labbaeus editurus morte inventus est.

[p. 6–15 / 67–83] Apologia Papae Zosimi in causa Coelestii ab Afris condemnati
5 Romam appellantis et a Zosimo absoluti, ad cap. 1. *commonitorii* Mercatoris.

[p. 16 / 83] Commentarios in Epistolas Pauli Tom. VIII. operum Hieronymi editionis Victorii esse non tantum hominis Pelagiani, ut putat Bellarminus, sed ipsius Pelagii confirmat Mercator *commonitorii* cap. 2.

[p. 83 / 201] Extat sermo quidam Tom. 7. operum Chrysostomi a Savilio editorum.
10 Savilius post Frontonem Ducaeum sensit suppositum; Asterium autorem fecit Combefis. Tom. 2. *Biblioth. Concion.*: sed autorem esse Nestorium ostendit Marius.

Multa alia ad Historiam Pelagianam spectantia inseruit Garnerius, synodos Africanas, varias Epistolas, libellum Leporii Monachi (fol. 224), a Sirmondo editum.

[p. 319–323 / 508–526] Multa sunt inedita Pelagiana monumenta, inter alia libellus
15 Juliani Episcopi Pelagii sectatoris. *Libellus fidei* ad Papam missus, quem eruit Sirmondus, edidit nunc primum Garnerius.

[p. 336–392 / 535–630] Chronologiam quoque adjecit librorum contra Pelagianos compositorum, et inprimis scriptorum Augustini, quos non recenset tantum, sed et historiam eorum exponit.

20 [p. 362–364 / 579–582] Videtur sibi Garnerius invenisse verum autorem librorum Hypognosticōn qui inter Augustini opera editi habentur. Autorem autem putat esse Sixtum Presbyterum Romanum qui Coelestino successit in sedem Apostolicam eamque opinionem sibi admodum probabilem imo pene certam videri. Ejusdem Sixti sunt libri

5 Romam appellantis *erg. L* 8 f. cap. 2. (1) Sunt (a) qui (b) duo sermones (2) Extat sermo quidam *L*
10 sensit (1) suppositas (2) suppositum; *L* 14 Pelagiana (1) dogmat (2) monumenta, *L* 15 quem (1)
edidit (2) eruit *L* 18 inprimis (1) ope (2) scriptorum *L* 18 quos (1) breviter (2) non *L* 18 f. et (1)
breviter illustrat (2) historiam *L*

6 f. HIERONYMUS, *Opera*, hrsg. v. M. Victorius, 9 Tle in 3 Bdn, Paris 1578, TI VIII. 7 R.
BELLARMINO, *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus*, Köln 1645, S. 112. 9 f. JOHANNES
CHRYSOSTOMUS, *Opera*, hrsg. v. H. Savile, 8 Bde, Eaton 1613. 10 J. CHRYSOSTOMUS, *Opera*, hrsg. v.
Fronto Ducaeus, 12 Bde, Paris 1609–1633. 10 f. F. COMBEFIS, *Bibliotheca Patrum concionatoria*, 8 Bde,
Paris 1662. 13 LEPORIUS, *Liber emendationis (satisfactionis)*, in J. SIRMOND, *Concilia antiqua Galliae tres
in tomos ordine digesta*, Paris 1629, Bd 1, S. 52 (PL 31, Sp. 1221–1230). 14 f. JULIAN VON AECLANUM,
*Libellus fidei, missus ad sedem apostolicam nomine XVIII. episcoporum detrectantium subscribere damnationi
Pelagii atque Coelestii*. 20 f. AUGUSTINUS, *Hypognosticon (hypomnesticon) contra Pelagianos sive
Caelestianos haereticos*. 23–S. 2551.2 SIXTUS III., *Sancti Sixti tertii pontificis maximi, Liber de divitiis.
Eiusdem Liber de malis doctoribus. De operibus fidei, et de iudicio futuro. Eiusdem Liber de castitate. Sancti
Bracharii Epistola ad Januarium*, hrsg. v. Iac. Salvator Solanius, Antwerpen 1575.

tres *de divitiis, de operibus fidei, et castitate* a Salvatore [Solanio] ante annos fere 100 e Vaticana editi.

Tomus II^{us} operum Mercatoris continet varia acta pertinentia ad haeresin Nestorianam.

[p. 277 / 1085] Pag. 277 tomi 2^{di} notatur ex Mercatore nos certo discere, sermones 5 qui in secundo tomo operum Athanasii inscribuntur in varias haereses a Sculteto editi, ab aliis S. Athanasio, ab aliis Maximo martyri inscripti, esse Eutherii Tyanorum metropolitae Constantinopolitanae dioecesis Nestorii fautoris.

[p. 363 / 1217] Promiserat Garnerius dissertationem de his quae vivente Nestorio scripta sunt pro fide et contra fidem. Sed distulisse ad auctarium operum Theodreti mox 10 edendum, ne praeveniretur ab his qui intellecto consilio edendi curaverant ex Vaticano sibi jamque editionem moliebantur.

Et certe prodiit alia editio Marii Mercatoris Bruxellis minore forma; cum notis Rigberii Theologi francogermani 1673, 12^o, ibi titulus est: *Acta Marii Mercatoris S. Augustini Ecclesiae Doctoris discipuli cum notis Rigberii Theologi franco-germani*. 15 *Rigberii* nomen fictitium est. Caeterum Mercatorem sine ratione vocat Augustini discipulum, neque enim illum vidit vel audivit etsi aliquando per literas cum eo communicavit. Neque etiam ea est in notis ἀκρίβεια quam in Garnerio agnosco, exempli causa duos Rufinos quos distinxit Garnerius, iste confudit.

1 Salonio *L ändert Hrsg.* 2 f. editi (1) Tom. 2. pag. 277 (2) Tomus *L* 5 certo (1) scire (2) discere, *L* 6 haereses (1) ab al (2) a *L* 11 consilio (1) suo (2) edendi *L* 12 sibi (1) apographum (2) describi < – > (3) jamque *L* 13 prodiit (1) se(–) (2) alia *L* 14 ibi (1) appellatur Mercator S. Augusti (2) titulus *L*

5 f. ATHANASIUS, bei A. SCULTETUS, a.a.O. 10 THEODORETUS, *Opera*, hrsg. v. J. Sirmond, 4 Bde Paris 1642, Bd 5 u. d. T. *Auctarium* hrsg. v. J. Garnier, Paris 1684. 14–16 MARIUS Mercator, *Acta*, hrsg. v. Gabriel Gerberon, 2. Ausg. Brüssel 1673. 19 distinxit Garnerius: a.a.O., praef. gen., cap. IV, S. XIX f.; app. II, diss. I, cap. III, S. 130–133; Rigberius confudit: a.a.O., notae, S. 112–114.

436.MEMORABILIS LOCUS EPIPHANII DE IMAGINIBUS

November 1678

Überlieferung: L Konzept: LH I 20 Bl. 163–164. 1 Bog. 4°. 4 S.

Novembr. 1678

5

Memorabilis locus Epiphanii de imaginibus

S. Epiphanius Salaminae Cypri Episcopus scripsit Epistolam contra Johannem Episcopum Hierosolymitanum Origenis defensorem, quam S. Hieronymus suae contra eundem Johannem Epistolae latine versam, praemisit, alioqui haud dubie periisset: graece enim non extat. Extat in Operibus Hieronymi et Epiphanii. Nempe in Tomo [II.]

10 Operum Hieronymi pag. 220. editionis Parisinae Mariani Victorii anno 1578, et in Tom. II. *Operum* Epiphanii pag. 312. editionis Parisinae Dionysii Petavii, nec a quoquam in dubium vocatur.

Verba haec sunt sub finem

Praeterea audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad

15 *sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, et venissem ad villam quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem, et interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, et intrassem ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem Ecclesiae, et habens imaginem quasi Christi vel Sancti cujusdam. Non enim satis memini cujus imago fuerit.*

20 *Cum ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, et magis dedi consilium custodibus ejus loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent et efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt: si scindere voluerat,*

6 de (I) cultu imaginum (2) imaginibus L 9 Extat (I) inter (2) pariter (3) in L 9 I. L ändert Hrsg.

9 f. HIERONYMUS, *Epistolae et libri contra haereticos*, in *Opera*, hrsg. v. M. Victorius, 9 Tle in 3 Bdn, Paris 1578, Tl II, Sp. 220–227; Scholia, Sp. 228–230. 11 EPIPHANIUS, *Opera omnia in duos tomos distributa*, hrsg. v. D. Petavius, 2 Bde, Paris 1622, Bd 2, S. 312–317.

justum erat ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem me daturum esse pollicitus sum, et illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quaero optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire et precor ut jubeas presbyteros ejusdem loci suscipere velum a latore, quod a nobis missum est: et deinceps praecipere, in Ecclesia Christi, ejusmodi vela quae contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quae indigna est Ecclesia Christi, et populis qui crediti sunt. 5

Hic locus mire torsit autores. Thom. Waldensis tom. 3. tit. 19. c. 157. dixit: Epiphanium propter haeresin Anthropomorphitarum tunc vigentium (qui Deo formam humanam tribuebant) velum hoc sustulisse sed illo loco ac tempore insigniter viguisse Anthropomorphitas non apparet; et verba Epiphanii generalia sunt (velum quod sustulit fuisse contra auctoritatem scripturarum, et indignum Ecclesia Christi), quod non dixisset, si ad abusum aliquem tantum particularem qui inde nasci poterat, et peculiare scandalum respexisset. Praesertim cum non de Dei, sed Christi aut sancti cujusdam imagine loquatur. 10 15

Alphonsus de Castro in Catal. haeret. verb. *imago*, fatetur Epiphanium errasse; sed excusat eum ab haeresi quia tunc nihil fuerit ab Ecclesia de hac re definitum. Sed hac responsione causam tradit. Nam si tunc receptae in Ecclesiis fuere imagines, satis eas probabat usus Ecclesiae; itaque vel tunc nondum frequentes fuere in templis publiceque approbatae, vel Epiphanius se publicae Ecclesiarum consuetudini opposuit. 20

Marianus Victorius editor Hieronymi in notis ad hanc Epistolam, putat Epiphanium loqui de imagine hominis profani quae in illo velo fuerit depicta. Hanc explicationem Bellarminus loco mox citando deserere coactus est, cum verba repugnare

9 torsit (1) imaginum defensores (2) autores L 10 f. (qui . . . tribuebant) *erg.* (1) hoc fecisse; sed tunc et in illis locis (a) prae caete (b) insigniter viguisse (2) velum L 12 Anthropomorphitas (1) nullum est vestigium (2) non L 12 et (1) ratio (2) verba L 12 sunt, (1) ait enim id | de quo agitur *erg.* | esse contra auctoritatem scripturarum, (2) (velum L 14 particularem *erg.* L 15 f. Praesertim . . . sed (1) sa (2) Christi aut (a) sanctorum (b) sancti . . . loquatur *erg.* L 19 tunc (1) passim (2) receptae L 20 templis (1) imagines, vel (2) publiceque L 21 f. opposuit. | Quorum posterius vel ideo suspicari non licet, quia utique adversarii quos in ea Epistola refutat, factum ejus reprehendissent *gestr.* | Marianus L 24–S. 2554.5 Bellarminus (1) deserere coactus est, cum verba ipsi repugnare viderentur, (a) itaque ad ultimum remedium s (b) maluitque dicere haec saltem verba esse supposititia, de quo mox. (c) Rationes tamen pro Mariano hae adduci possunt. (d) Epiphanii in (2) loco . . . noto, (a) ex sententia Epi (b) si . . . consuetudinem, (aa) ubi imagi (bb) in quibus . . . | et *erg.* | quod . . . Paulini (aaa) ab (bbb) a (ccc) Epist. . . . Bellarmino (aaaa) dic (bbbb) (loco mox citando) (cccc) hic . . . ac (aaaaa) profa (bbbbb) proinde profanorum (ccccc) proinde . . . crescente. L

viderentur. Illud praeterea noto, si vera esset Mariani interpretatio, saltem hodiernam Ecclesiarum consuetudinem, in quibus hominum imagines et statuæ reperiuntur, ab Epiphania damnari, adeoque et quod ex loco Paulini Epist. 12. ad Severum a Bellarmino hic allato, patet vivorum quoque hominum ac proinde non sanctorum imagines in Ecclesiis paulatim poni coepisse, abusu semper crescente. Ultimum ergo remedium est, quod verba hæc sint supposititia. Ad hoc confugere coactus est Bellarminus, Tomo II. *Operum*, libro 2. de imag. Sanct. cap. 9.

Rationes ejus sunt, primo quod narratio hæc sub finem Epistolæ assuta videtur, quæ ipsa omissa jam finita apparebit. Verum hæc ratio hoc tantum probat: si aliis rationibus evinci queat supposititiam esse, textum non magnopere repugnaturum, non vero ideo locum suspectum facit. Alioqui enim omnes periodi exemtiles quales in autoribus infiniti sunt, essent suspecti. Exemtiles voco qui licet eximantur, sensus nihilominus sibi constat.

Secunda ratio Bellarmini, quod iconomachi hoc loco non sunt usi. Ergo illorum tempore in Epiphania scriptis non extabat. Facilis responsio est et res ipsa docet Epiphania Epistolam non extitisse amplius graece, sed tantum latine inter opera Hieronymi qui eam verterat fuisse conservatam, itaque iconomachos, quippe Graecos, ea non usos mirum non est. Latinos autem hoc loco usos satis ex Waldensis scriptis contra Hussitas patet.

Tertia ratio Bellarmini, quod in VII. synodo act. 6. contra Iconomachos convincitur duo alia similia loca fuisse Epiphania locis inserta. Respondeo ea alias excutiam, nunc enim non sunt ad manum. Et fortasse ne ipsa quidem supposititia sunt, sed nec ex uno loco corrupto sequitur alios omnes similes esse corruptos.

Quarta ratio, est, quod dicto loco VII^{mae} synodi dicitur discipulos Epiphania ipsius Epiphania imaginem in templo collocasse. Verum nec septima synodus pro se ipsa loquens magnæ fidei est, et possunt solentque discipuli abire a doctrina magistri.

8 quod (1) historia (2) narratio L 8 sub finem *erg.* L 9 finita (1) erat (2) apparebit L
10 queat (1) supposititiam (2) hæc verba supposititia (3) supposititiam L 10 f. non . . . facit *erg.* (1) .
Secundo (2) . Alioqui L 14 quod (1) haeretici (2) iconomachi L 18 f. Latinos . . . patet *erg.* L
25 f. ipsa (1) testimoni (2) loquens L 26 et (1) er (2) possunt (a) discipuli abire (b) solentque L

3 f. Vgl. PAULINUS VON NOLA, *Opera*, hrsg. v. H. Rosweyde, Antwerpen 1622, Epistolæ, XII, S. 140–142; Poemata, Natales Sancti Felicis, XXV, Natalis decimus, S. 622 (PL 61, Epist. XXXII, Sp. 330 f.) – R. BELLARMINO, *Opera omnia*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl II, Controv. gen. IV, lib. II, cap. 9, Sp. 795 C-D. 6 f. Vgl. a.a.O., Sp. 799 D – 800 B.

Quinta ratio, quod tempore Epiphanii Basilius, Nyssenus et alii imagines in templis probabant. Haec ratio non contemnenda est. Videtur tamen illud responderi posse: satis adhuc raras fuisse videri, Epiphanium fuisse adhuc prisci instituti retinentiorem, alios nonnullos passim et paulatim inclinationi animorum ad haec sensibilia, indulsisse. Et non est hoc exemplum primum et unicum dissensus inter Patres, 5 ut unus damnet, quae alius probat.

Sexta ratio est, quod sententia hic expressa (imagines in templis esse contra Scripturam) sit manifeste absurda, nec ideo Epiphanio tribuenda. Verum esse usque adeo absurdam non concedent iconomachi, nec Concilium Eliberinum nec perpetua Iudaeorum antiquissimorum traditio. Cherubini in templo fuere speciali Dei jussu. 10

Septima ratio, quod Gregorius lib. IX. epist. 9. dicit nullum Episcopum fregisse imagines Christi et Sanctorum ante Serenum Episcopum Massiliensem ad quem scribit. Verum potuit Gregorius causae servire, potuit hic locus Epiphanii praesertim cum non inter opera ejus extaret, Gregorium fugisse. Et credibile est imagines non fuisse antea fractas, quod nondum ita increbuisent. 15

Octava ratio, quod Hieronymus in Epistola ad Pammachium contra eundem Joannem Hierosolymitanum, totam fere hanc Epistolam Epiphanii a se latinam factam recitat, et tamen non meminit hujus veli. Sed haec ratio nulla est. Hieronymus hanc de velo historiam quae nihil cum quaestione de Origene commune habebat, non nisi inepte in Epistolam ad Pammachium transferre potuisset. 20

Nona ratio, quod stylus hujus partis, non convenit cum reliqua Epistola, vellem hoc docuisset Bellarminus, mihi secus videtur.

His omnibus rationibus unam oppono, quae ni fallor satis probat locum hunc Epiphanii esse genuinum. Nimirum nemo est qui fingere eum potuerit. Non utique graeci iconomachi, nam non sunt eo usi: nec latini tempore concilii Francfordiensis, nam nec 25 ipsi usi sunt, et hi libri semper fuere in manu Romanae Ecclesiae, quare Francos aliquid potuisse in SS. patribus supponere non est credibile: statim enim eos coarguissent Itali Manuscriptis melius instructi. In Italia nemo fuit qui fingere aliquid voluerit contra imagines, et si voluisset ut in omnia Hieronymi Epistolarum Manuscripta manaret

3 videri *erg. L* 4 nonnullos *erg. passim | et erg. | paulatim (I) hominum (2) inclinationi L*
 5 indulsisse. (I) Sexta (2) Et *L* 8 Verum (I) fuisse (2) esse *L* 10 antiquissimorum *erg. L*
 10 f. jussu (I), (praesertim cum non essent oculis expositi) (2). Septima *L* 12 ante (I) ipsum (2)
 Serenum *L* 13 causae (I) suae (2) servire, *L* 14 f. Et . . . increbuisent *erg. L* 24 Nimirum (I) non
 apparet quis quo temp (2) nemo (a) < - >, (b) est qui *L* 24 eum *erg. L* 25 usi: (I) multo minus (2)
 nec *L* 28 Msis . . . instructi *erg. L*

figmentum, efficere non poterat. Hussitas non finxisse patet, hoc enim Thomas Waldensis statim detexisset. Sapuit Dionysius Petavius qui in editione Epiphanii locum hunc non omisit, sed nihil tamen ad eum annotare ausus est.

437.AUS UND ZU BELLARMIN, TOMI CONTROVERSIARUM

5 [1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung:

LiH An- und Unterstreichungen in R. BELLARMINO, *Disputationes de controversiis christianae fidei, adversus huius temporis haereticos. Editio ultima, ab ipso auctore aucta, et recognita*, in *Opera omnia . . . nunc postremo ab ipso authore recognita, et in septem tomos distributa*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620; TI I, II u. IV, 1620 u. 1619. HANNOVER, Niedersächs. Landesbibl. Sign. TA–10048.

L Auszug: LH I 20 Bl. 337–341 u. 343. 2 Bog. u. 1 Bl. 2^o u. 1 Bl. 4^o. 11 S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 292–298 (Teildruck).

15 Zur Datierung dieses Stückes können wir den Verweis heranziehen, den Leibniz in N. 273 gibt, ein Stück, dessen Wasserzeichen für den Zeitraum von Sommer 1680 bis 1684 belegt ist.

Diesen Auszug hat Leibniz durch An- und Unterstreichungen in seinem Handexemplar vorbereitet. Vier weitere angestrichene, aber nicht exzerpierte Passagen haben wir durch Kleindruck und Sperrung kenntlich gemacht mitgeteilt.

[Tomus primus. *Controversia prima, De verbo Dei. Quatuor libris explicata*]

20 [Sp. 31 B–34 D] Tom. I. libri IV *de verbo Dei*. Fatetur c. 10 de quibusdam libris canonicis olim non fuisse satis certum ideo subinde Augustinum et maxime Hieron. vacillasse.

[Sp. 34 C–D] Hieron. in prologo ad proverb. *Tobiam, Judith et Machabaeorum libros legit quidem Ecclesia sed eos inter canonicos non recipit, ita et haec duo volumina Sapientiam et Ecclesiasticum legat ad aedificationem plebis non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam* ubi Bellarminus: admitto Hieron. fuisse in ea

opinione, quia nondum generale Concilium de his libris aliquid statuerat, excepto libro Judith, quem testimonium habere in synodo Nicaena I. testatur Hieron. praef. in Judith, et eum ipse videtur recipere.

[Sp. 19 A-D] Cap. 6. disputat contra eos qui leves errores putant inesse, ut Erasm. ad Matth. 27. Augustinum citans lib. 3. *de consens. Evangelist.* cap. 7. Qui fatetur 5 Matthaeum pro Zacharia Hieremiam nominasse non per errorem sed ipsi dirigente Spiritu S. quia ob consensum prophetarum dicta Zachariae etiam sint Jeremiae. Dormivisse aliquando scriptores sacros fuit error Anomoeorum apud Epiphan. *haeresi* 76.

[Sp. 64 C–65 D] Apocryphi qui extant hi sunt: oratio regis Manasse quae solet 10 annecti libris Paralipom. quia non est pars ullius ex libris qui nominantur a Conciliis. Idem Psalm. 151 cuius meminit Athanasius in *synopsi* et invenitur in Graecis Psalteriis, sed Concil. Laodicenum can. 59, Concil. Romanum sub Gelasio et Tridentinum sess. 4 nominatim ponunt 150 Psalmos. Item Apocrypha Appendix libri Job, quae est in graecis Codicibus. Concil. Trid. enim eos videtur solum habendos canonicos, qui extant in 15 vulgata. Apocrypha etiam praefatiuncula Threnium Jeremiae, tertius et quartus Machabaeorum, tertius et quartus Esdrae.

[Sp. 71 D–77 B] Esse quaedam corrupta in Hebraeo fonte lib. 2. *de verb. Dei* cap. 2 non tamen a Judaeis sed casu, ut solent veteres librum corrigendum alicubi ex 70 interpp. 20 et vulgata.

[Sp. 81 D–86 A] Cum Apostoli LXX versione crebro utuntur, credendum cum Hieron. et aliis veteribus Spiritum S. ipsis assensisse. Sed valde vitiata extabat jam tempore Hieronymi ut ipse ait. Quaedam sed ⟨pauca⟩ et in Graeco codice corrupta.

[Sp. 90 A–91 B] Testamentum Nov. ex antiqua versione habemus, quam tamen Hieronymus emendavit. Pleraque tamen V. T. ab Hieronymo versa ex Hebraeo, ideo non 25 consentiunt cum Graeco.

[Sp. 96 C–97 C] Lib. 2. c. 10. Mendacium est decrevisse Tridentinos patres non esse audiendos eos qui ex ipso fonte purum liquorem proferunt. Nec enim patres fontium ullam mentionem fecere, sed solum ex tot latinis versionibus elegere quam caeteris anteponeret, at ait in quarto argumento in rebus gravibus posse fidi huic editioni 30 (+ hoc satis ad authenticum, itaque aliud est authenticum, aliud infallibile +).

[Sp. 129 B–130 B] Versio vulgaris permissa tertio ordinario facultatem concedente, refert Aeneas Sylv. lib. *de orig. Bohemorum* cap. 13. Moravis concessum ab Apostolica sede, ut officium divinum lingua vulgata fieret, ante annos 600.

[Sp. 131 A–135 B] Multa esse in scriptura difficilia et controversiis obnoxia negari non potest.

[Sp. 176 B–C] Lib. 4. *de verbo Dei non scripto* fatentur Brentius et Kemnitius hanc unam traditionem non scriptam de ipsa scriptura esse retinendam.

5 [Sp. 176 D–177 A] Mariam esse semper virginem ex traditione Ecclesiae. Item Baptismus infantum. Dies dominica.

[Sp. 196 B] Discissio mandati de sanguine et suffocato.

[Tomus primus. *Secunda controversia generalis: De Christo capite totius Ecclesiae. Quinque libris explicata*]

10 Libri IV *de Christo* ubi agit prius de Trinitate lib. 1. 2.

[Sp. 329 B–D] Lib. 2. cap. 6 ad arg. 5. Notandum inquit cum Theodoro lib. 2 *ad Graecos* Deum in testamento veteri noluisse proponere mysterium Trinitatis expresse quia Judaei incapaces erant, et ne recentes ex Aegypto putarent, sibi tres deos proponi colendos, voluisse tamen Deum id adumbrare multis modis ut cum in Testamento novo
15 praedicaretur, videretur omnino novum vel repugnans Testamento veteri.

[Sp. 337 B] Lib. 2. cap. 12. ait multiplicantur supposita in divinis non ad conservationem speciei nec ad perficiendum unum ex alio, sed quia id postulat natura rei intelligentis quae duos habet modos producendi aliquid intra seipsum, videlicet cognitionem et amorem

20 (+ intellectum et voluntatem +)

quae etiam ratio est cur sint tres personae tantum et non plures nec pauciores, una enim esse debet produciens non producta, alia producta per cognitionem alia producta per amorem.

[Sp. 379 A–428 D] Lib. tertius agit de incarnatione.

25 [Sp. 399 D] Similitudine unionis animae et corporis utuntur Athanasius in *symbolo*, Augustinus epist. 3. *ad Volusianum*.

[Sp. 400 B–401 A] Augustin. *ep.* 99. ait propositionem *Deus est mortuus* esse similem propositioni *Philosophus est mortuus*. Eamque similitudinem prae caeteris probat Scotus in 3. distinct. 1. q. 1. In similitudine animae et corporis hoc desiderat

30 Bellarminus lib. 3. cap. 8. Quod anima et corpus sunt naturae imperfectae (+ $\mathfrak{A}$ +), quod faciunt unam naturam (+ $\mathfrak{A}$ +), quod neutrum trahit alterum ad suam subsistentiam, sed subsistunt

subsistentia compositi. In hoc autem Mysterio verbum perfecte subsistens per se, trahit ad se humanam naturam.

(+ Idem puto dici posse de anima, et tandem esse personam animae separatae et hominis. +)

Ibid. ut tres sunt in trinitate personae ejusdem naturae, pater filius et Spiritus S. Ita tres sunt in incarnatione naturae unius personae, nempe deitas anima et caro. Augustin. lib. 13. *Trinitatis* cap. 17. Bernardus *serm.* 3. *in vigilia natalis*, et Damascen. lib. 3. cap. 5.

[Sp. 402 B-C] Quia solus filius incarnatus est, necesse est unionem factam per communionem eius quod est proprium filii nempe subsistentiae

(+ non omnipotentiae vel ubiquitatis quae omnibus communis +). 10

Hoc argumentum est Concilii Toletani 6. cap. 1. quod plane convincit.

[Sp. 409 A–411 A] Cap. 11 posset Deus facere ut corpus Christi esset in toto mundo, sed non ideo esset ubique quomodo est Deus, et quomodo ubiquitarii intelligunt de corpore Christi, nam Deus est tantae immensitatis ut possit replere infinitos Mundos, sed quicquid fit de eo quod potest fieri sufficit nulli creaturae esse creatam. 15

[Sp. 415 D] Ex ubiquitate sequitur Calvinismus lib. 3. c. 13. Sequitur enim nihil nos recipere in coena, quod non extra coenam excepta efficacia.

[Sp. 433 B] Lib. 4. *de Anima Christi*. Ait cap. 3. S. Gregor. lib. [8.] Ep. 42 *ad Eulogium*, Agnoitae dicti haeretici

(+ ubi ⟨tamen⟩ plures alias adhuc solutiones affert +). 20

[Sp. 435 D] Certo est expositio communis patrum supra citatorum Gregorii Naz., Cyrilli, Damas., Theophyl., Bedae, Anselmi, Bernardi, quod Christus profecerit [sapientia] et gratia opinione hominum ⟨seu effectū⟩.

[Sp. 436 D–437 A] Ambros. lib. 5. *de fide* c. 8. Hieron., Chrysost., Theophyl. in c. 24 Matth. Basil. lib. 4. *in Eunom.* et Augustin. lib. 1. *de Genesi contra Manich.* c. 22. et lib. 1. *Trin.* c. 12. quod filius dicebat se nescire, quia non sciebat ad dicendum aliis. Epiphan. in *Ancorato*, Chrysost. Homil. *de Trin.* tom. 3. et Bernardus lib. *de 12 gradibus humilitatis* quod dicebatur nescire quia non sciebat practice, quomodo Adam ante peccatum dicebatur non scire bonum et malum.

18 lib. 4 *L ändert Hrsg.*
Gregorius (2) Epiphan. *L*

23 opinione *L ändert Hrsg. nach Bellarmin*

26 f. aliis. (1) Idem

7 JOHANNES DAMASCENUS, *Expositio orthodoxae fidei*, Paris 1512. 18–20 GREGOR der Große, *Epistolae variae*, Paris 1636, lib. VIII, ep. 42 (MGH Epistolae, Bd 2, S. 256–258).

[Sp. 440 B–441 A] Quoad descensum Christi ad inferos Calvinus putat Christum pertulisse poenas damnatorum, incoepisse autem eas sentire in horto. Timuisse Deum iratum.

[Sp. 445 A] Caeteri timent vincente infirmitate.

- 5 [Sp. 445 C-D] Christus quia voluit, Matth. 26 assumsit Petrum et Johannem, etc. et coepit moestus esse. Cur tunc coepit, quia voluit. (Imo) Augustin. tract. 49 in *Johannem* non animi infirmitate sed potestate turbatum.

[Sp. 442 C-D] Patres volunt Christum descendisse in infernum ut triumphantem, vid. Ambrosius *de Paschate*, Calvinus vult ut reum.

- 10 [Sp. 447 D] Certo multum in eo laborant Theologi ut ostendant non omnino negatos ab Hilario Christi dolores.

[Sp. 448 C–451 B] Lib. 4. *de Christo* c. 10 et Scriptura S. et patres sanciant, ut locum beatorum esse coelum ita locum damnatorum esse subterraneum.

- [Sp. 455 D–456 B] S. Augustinus Ep. 99 ad *Euodium* quem sequitur Beda per
15 spiritus in carcere constitutos quibus praedicavit Christus apud Petrum intelligit homines tempore Noe, quorum et ibi mentio, nempe in carcere fuisse, id est animas in corporibus praedicasse ipsos per deitatem seu per inspirationem. Sed alii patres intelligunt de animabus in loco aliquo subterraneo.

- [Sp. 458 A] Adde ibi Augustinus sinum Abrahae esse ab inferno remotissimum, sed
20 tamen ipse Augustinus alibi cognovit sinum Abrahae fuisse in inferno loco, tract. in Psalm. 85. et lib. 20. de *C. D.* cap. 15.

[Sp. 463 B-C] C. 15 Error Durandi qui putavit in 3. d. 22. q. 3. Christi animam effectum non substantia descendisse ad infernos, quia illuminavit et beatificavit S. patres qui ibi erant.

- 25 [Sp. 464 C-D] Fundamentum ejus est quod animae non possint esse in loco nisi per operationem, non autem operentur, nisi per corpus. Ergo dicendum patrum animas esse in limbo per deputationem, impiorum in inferno eodem modo quod scilicet in eo futurae sunt, aut futurae fuissent nisi Christus venisset.

- [Sp. 465 A] D. Thomae sententia est naturaliter animas non esse in certo loco nisi
30 per operationem, quae sententia est et Nysseni lib. *de an.* c. 11. nec operari posse extra suum corpus, sed supernaturaliter posse utrumque Thom. I. p. q. 117.

[Sp. 466 B–470 B] C. 16. D. Thomas vult Christi animam praesentia sua descendisse ad limbum patrum, per effectum autem ad omnia loca inferni. Putet Bellarminus

esse probabilius quod descenderit ad omnia loca inferni, sed in retractationibus redit ad sententiam D. Thomae.

[Sp. 467 D–468 D] Augustin. in Ep. *ad Euod.* quae est 99. putat animas patrum jam fuisse beatas in sinu Abrahae. Contraria sententia est communior. Philastrius in lib. *de haeresi* cap. *de descensu ad impios*, et Aug. lib. *de haeresi* c. 79 dicunt haeresin esse si 5 quis asserat ullos impios in inferno Christo praedicante conversos. Nam Eccl. 4. *illuminabo omnes sperantes in me*. At ibi nulla spes.

Fabulis an numeranda narratio quam Nicetas in comm. ad secundam *orat. Gregorii Nazianzeni de Paschate* in historiis patrum circumferri ait, quod Christiano cuidam maledictis insectanti memoriam Platonis, apparuerit Plato per quietem et dixerit, cum 10 Christus in infernum descendit nemo ante me ad fidem accessit.

[Sp. 469 A] Ibidem addit Nicetas Chrysostomum dixisse nullos in inferno a Christo descendente ad ea loca liberatos, nisi qui digni erant salute cum hinc descenderent.

[Sp. 471 A–474 C] Lib. V. *de Christo Mediatore*. Christus est mediator et Deus et homo, seu totum suppositum, contra Stancarium alioqui inducetur error Nestorii et recte 15 patres eo ipso Christum esse mediatorem quia utriusque naturae participatus.

[Sp. 474 B–C] Aug. *C. D.* IX. 17. mediatoris tamen officium exercuit secundum naturam humanam, ita Mag. Sent. 3. d. 19.

[Sp. 477 A] August. tr. 82. in *Johann.* Mediator Dei et hominum non in quantum Deus sed in quantum homo est. 20

[Sp. 484 D] Christus quaedam sibi meruit, non majora illa, quibus consentaneum non erat unquam carere, sed illa minora quae ad tempus non habuit, ut corporis gloriam nominis exaltationem.

[Sp. 486 C] Chrysost. *homil. 7. Ep. ad Philipp.* extremam Christus praestitit obedientiam ideo et meruit supremum honorem. 25

[Tomus primus. *Tertia controversia generalis: De summo pontifice, quinque libris explicata*]

10 per quietem *erg. L*

6 f. Eccl. 4: vielmehr Jesus Sirach 24, 45.

De pontifice maximo

[Sp. 499 D] Nunquam protestantes synodum universalem habuere, nunquam Graeci schismatici, inde a separatione.

[Sp. 501 D] Episcopus Const. qui ante ne patriarcha quidem erat, antepositus tribus
5 Patriarchis Orientis videatur Concil. Gen. II.

(+ id est Const. I. +)

can. 5. Et in synodo Chalced. act. 16 definiunt Graeci patres non tamen sine fraude et in absentia legatorum Romani pontificis Constantinopolitanum ita debere esse secundum a Romano, ut tamen habeat aequalia privilegia.

10 [Sp. 505 A] Monarchia optima forma

(+ notandum quod nondum error fidei in sede Romana +).

[Sp. 528 A] Concilium Ariminense fuit 600, at Constantinopolitanum tantum 150 Episcoporum, hoc probatur non illud, quia a papa probatum.

[Sp. 548 C–550 A] De loco *super hanc petram*, utrum intelligatur Petrus an ejus
15 confessio diversa loca patrum etiam eorundem.

[Sp. 556 D] De clavibus Petro datis: Cyprianus *lib. de unitate Ecclesiae*

(+ videndum an ipsius +)

hoc erant utique et caeteri Apostoli quod fuit et Petrus pari consortio praediti et honoris et potestatis sed exordium ab unitate proficiscitur et primatus Petro datur, ut Ecclesia una
20 monstretur

(+ verba potius contraria +).

[Sp. 557 A] Hieron. lib. I. *in Jovin.*, videtur dicere caeteros Apostolos Petro submissos.

[Sp. 557 D–558 A] Cyprian. lib. I. *Ep. 3. ad Cornel. Navigare audent ad Petri*
25 *Cathedram et Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est.* Et lib. 4. *Ep. 8*
ad Cornel. Nam Petro primum Dominus super quem aedificavit Ecclesiam, et unde unitatis originem instituit et ostendit, potestatem istam dedit.

[Sp. 558 C] August. tract. ult. *in Joh.* Ecclesiae Petrus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam.

30 [Sp. 576 C] [Cyrillus] ad Joh. 6. per eum qui praeerat omnes respondent.

30 Cyprian. *L ändert Hrsg.*

14 Matth. 16, 18.

[Sp. 590 D–591 A] Cyprian. [Epistolam] ad V. [scil. Quintum] significat, Petrum cum a Paulo reprehenderetur non respondisse se primum tenere et obtemperari a novellis et posteris sibi potius debere, locum hunc August. lib. 2. *de bapt.* cap. 1. citat et sequitur.

[Sp. 592 D] S. Prosper, *sedes Roma Petri quae pastoralis honoris facta caput mundo, quicquid non possidet armis, religione tenet.* 5

[Sp. 722] Calvinus lib. 4. *Inst.* c. 6. propter scriptorum consensum, non dubito quin illic

(+ Romae +)

mortuus fuerit, sed Episcopum fuisse praesertim longo tempore persuaderi nequeo. 10

[Sp. 606 C] Papias, Apostolorum discipulus, Babylonem unde Petrus scribit de Roma intelligit.

[Sp. 639 D–640B] VI. Canon Concilii Nicaeni sic habet in Tomis Conciliorum extantibus: *mos antiquus perduret in Aegypto vel Lybia et Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem quoniam quidem et Episcopo Romano parilis mos est.* Sed deest in vulgatis initium Canonis quod tale est: *Ecclesia Romana semper habuit primum, mos autem perduret* etc. Sic enim canon hoc citatur in Concilio Chalced. act. 16. a Paschasi[n]o Episcopo, sic enim vertit ex Graeco ante annos circiter 1000 Dionysius quidam Abbas 15

(+ hoc mihi suspectum, puto loqui de Dionysio exiguo +). 20

In eodem Concil. Chalced. act. 16. post lectum hunc Can. 6. Nicaeni Concilii iudices dixere: *perpendimus omnem primum et honorem praecipuum secundum Canones, antiquae Romae Deo Amantissimo Archiepiscopo conservari.* Rufinus explicat de suburbanis Ecclesiis Romae.

[Sp. 641 D–642 A] Concilium Chalcedonense vocat Leonem *universalis Ecclesiae Pontificem* act. 1. 2. 3. Synodus Constantinopolitana quae ante quintam synodum congregabatur, in causa Antimi act. 4. per Menam Patriarcham concilii praesidem: *nos Apostolicam sedem sequimur, et obedimus, et ipsius communicatores, communicatores habemus, et condemnatos ab ipsa et nos condemnamus.* 25

(+ Necessesse est magnam semper Romae auctoritatem fuisse, quod ante imperatores quod < – > non statim < – > a Graecis tantopere honoratum. +) 30

5 f. PROSPER VON AQUITANIEN, *Carmen de ingratis. translata et continuata*, lib. X, cap. 6.

24 RUFINUS, *Eusebii historia ecclesiastica*

[Sp. 653 C] Ambrosius Damasum Ecclesiae totius Rectorem dicit in c. 3. primo *ad Tim.*

[Sp. 665 A] Cyprian. lib. [3.] *Ep.* 13 scribit Stephano papae, ubi eum hortatur ut jubeat deponi Episcopum Arelatensem.

5 [Sp. 665 B–670 B] Synodus Chalcedonensis act. 16.
(+ in nostro Cod. +)

dicit Romanam Ecclesiam a patribus habuisse primatum eo quod illa civitas imperium orbis terrae eo tempore potiretur.

Notandum decretum hoc absentibus legatis Apostolicis factum, hoc enim posteri
10 apertissime reclamarunt. Intelligunt a patribus Nicaenis, sed antiquior Romanae sedis autoritas.

[Sp. 649 A-B] Athanas. lib. *de sententia Dionysii Alexandrini*, narrat hunc Episcopum coram Dionysio Episcopo Romano accusatum nec judicem defugisse.

[Sp. 673 D] Concil. Sardicense potest haberi pro generali. Ita Sulpit. et Socrates
15 quidam in eo Arianus; dubium est concilium hoc. Fuere in eo ultra 300 Episcopi.

[Sp. 674 B] In Can. 7. et quarto manifeste appellationes Romam probatae.

[Sp. 676 B-D] Videtur lib. 1. *Ep.* Cyprianus impugnare appellationes, sed forte magis earum abusum.

[Sp. 677 D] Concil. Milevit. can. 22. non vult presbyteros posse Romam appellare,
20 aliud de Episcopis. Scite Augustin. *Ep.* 162 licere Episcopis appellare ultra mare.

[Sp. 887 A-B] Hostiensis putabat per Christi adventum omne dominium principum infidelium translatum esse in Ecclesiam, in cap. quod super his de voto et voti redemptione

(+ Campanella lib. *de regno Messiae* +).

25 [Sp. 888 A-B] De potestate pontificis indirecta Hugo de S. Victore lib. 2 *de sacram.* p. 2. c. 4., Durandus, Biel, etc.

[Sp. 899 C] Bonaventura putat papam posse imp. deponere lib. *de Ecclesiastica Hierarch.*

[Sp. 904 B] Male Bellarminus lib. V. *de Rom. pont.* cap. 7, si Christiani olim non
30 deposuerunt Neronem et Diocletianum et Julianum Apostatam ac Valentem Arianum et similes, id fuit quia deerant vires temporales Christianis.

(+ Haec ille, sed longe aliter loquuntur patres tempore persecutionum. +)

[Tomus secundus. *Prima controversia generalis: De conciliis, et ecclesia militante. Quatuor libris comprehensa*]

[Sp. 12 D–13 A] Concil. Constant. quoad primas sessiones ubi decernit Concil. esse supra papam reprobatum in Concil. Flor. et Lateranensi ultimo.

[Sp. 16 B] S. Augustinus lib. I. *de bapt. contra Donatist.* c. 7. videtur innuere 5
Episcopos

(+ ut Romanos et Africanos +)
inter se disceptasse de rebaptismorum haeresi: *ut diu conciliorum in suis quibusque regionibus diversa statuta mutaverint donec plenario totius orbis concilio quod saluberrime sentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur.* 10

[Sp. 16 C–17 A] Respondit Bellarmin. lib. I. *de Concil.* cap. 10 fortasse non est verum quod subit Augustinus eam quaestionem non potuisse finiri ante Concilii Generalis sententiam.

(+ Loquitur de facto, et putat omnes jam ante seculos pontificem. +)

[Sp. 53 A–C] Bellarm. *de Concil.* lib. 2. cap. 1. fide Catholica tenendum est, 15
concilia generalia a pontifice confirmata non posse errare nec in fide nec in moribus

(+ cum dicunt Apostoli in Concilio Hieros. necessaria haec: sang. suff. puto intelligi necessaria pro tempore +).

[Sp. 62–64] Concilia posse errare in rebus facti, statuit Bellarminus, ita enim lib. [2.] *de Concil.* cap. 8. his verbis: Si dicas ergo saltem Concilium Francofordiense quod 20
frequentissimum fuit et legitimum, errare potuit, respondeo potuit errare et erravit non in juris sed in facti quaestione.

[Sp. 81 B–82 D] Conciliis particularibus etiam non confirmatis temeramus non acquiescere licet non faciunt certam fidem. Bellarm. *Concil.* lib. 2. cap. 10.

[Sp. 87 A–B] Idem Bellarm. lib. 2. cap. 12 hoc notat discrimen inter scripturam 25
sacram et concilia, quod in scripturis nullus potest esse error, sive agatur de fide sive de moribus, sive affirmetur aliquid generale, sive aliquid particulare, at concilia in judiciis particularibus errare possunt.

[Sp. 97 B–C] N.B. Concilium Lateranense ult. sub Leone X. expresse dicit: *solum Romanum pontificem tanquam super omnia concilia auctoritatem habentem, conciliorum 30
indicendorum transferendorum et dissolvendorum plenum jus et potestatem habere.*
Respondet Bellarminus lib. 2. *de Concil.* cap. 17: quod Concilium hoc rem istam non

17 sang. suff.: vgl. Apg. 15, 20: ut abstineant se a . . . suffocatis et sanguine.

definivit proprie ut decretum fide Catholica tenendum dubium est, et ideo non sunt proprie haeretici, qui contrarium sentiunt sed a temeritate magna excusari non possunt.

[Tomus quartus. *Controversia tertia generalis: De reparatione gratiae.*
Controversia prima principalis. De gratia et libero arbitrio, quae sex libris explicatur]

5 [Sp. 471 B–474 B] Gratia est vel naturalis vel supernaturalis. Utraque vel permanens, vel temporaria; illa ut facultas intelligendi, gratia infusa; haec ut concursus Dei cum creaturis seu auxilium generale, et auxilium supernaturale seu speciale. Auxilium speciale vel excitans, vel adjuvans. Rursus auxilium speciale est vel sufficiens vel efficax. Auxilium efficax est

10 (+ verba sunt Bellarmini lib. 1. cap. 2 +)
quo Deus ita hominem vocat et excitat et juvare dirigendo, protegendo, cooperando paratus est, ut INFALLIBILITER reipsa velit ille qui sic excitatur, vocatur, et reipsa credat, convertatur, bonum faciat. Gratia permanens est qualitas quaedam supernaturaliter infusa menti inhaerens; et gratia
15 permanens gratum faciens (quae distinguitur a gratis datis nempe aliis donis ut sapientia linguarum) est revera ipsa caritas, quae voluntatem promptam facit ad Deum super omnia diligendum.

[Sp. 484 D] Augustin. *lib. de nat. et gratia* c. 42. Caritas est verissima perfectissima plenissimaque justitia.

20 [Sp. 501 A–B] Quod ad priorem quaestionem attinet, eam partitionem haeretici nostri temporis omnino repudiare coguntur, cum apud eos, qui a Deo moventur, necessario bene agant; qui non moventur, non possint bene agere; ac per hoc omnis Dei motio sit efficax, nulla sufficiens Calvinus libro secundo *Institutionum*, capite tertio, § 10.

[Sp. 503 A] Et ibidem asserit, Pharaonem, antequam induraretur, fuisse vocatum, et
25 potuisse venire; sed quia noluit, meruisse obdurationem.

[Sp. 503 A–504 A] Gratia sufficiens seu necessaria data est iis de quibus Deus queritur alioqui de iis queri non posset. Primus homo haud dubie habuit gratiam sufficientem, item justificati cum gratia excidunt, alioqui Deus desereret amicos suos antequam ab eis desereretur.

30 [Sp. 504 D] Verba Bellarm. lib. 1. cap. XI fine: novit Deus quaedam esse beneficia quibus aliquis infallibiliter liberabitur, et ea praeparat si is ad numerum pertinet

Electorum, illa autem est gratia efficax per quam aliquis infallibiliter liberabitur.

(+ Haec ille. Hinc sequitur etiam eos qui damnantur infallibiliter damnari, eo ipso quia ipsis non datur gratia efficax; et nemo sine gratia efficaci salvatur. Hinc colligeret aliquis, quomodo ergo gratia dicitur sufficiens, si nunquam sufficit sine efficaci? +)

5

[Sp. 505 B] Idem cap. XII initio Aug. *lib. de spir. et litera* c. 34. quaerens cur Deus uni ita suadeat ut persuadeat alteri non ita; non respondet, quia unus consentit alter non consentit, sed exclamat: *o altitudo divitiarum.*

(+ Haec Bellarminus. +)

[Sp. 506 B] Quidam volunt gratiam efficacem physice praedeterminare ad eligendum bonum, producendo actum volendi. Sed sufficit hoc fieri per illustrationem, et delectando seu voluptatem quandam in animo excitando qua veritati adhaeret.

10

[Sp. 510 A-C] Et sub fin. c. 12 Augustini sententia Deus trahit homines inspiratione externa quam scit aptam esse ut ab eis non respuatur,

(+ et post +)

15

Deum iis quos efficaciter et infallibiliter detrahere decrevit eam suasionem adhibere, quam videt congruere ingenio eorum, et quam certo novit ab iis non contemnendam.

(+ Hinc colligo semper certo ex mentis statu scire posse Deum, quod mens sit factura. +)

[Sp. 511 A] Idem Bellarmin. cap. 13: gratia interna non solum excitat per illustrationem et aspirationem boni desiderii sed etiam adjuvat voluntatem eique cooperatur etiam physice ad eliciendum actum voluntatis deliberativum, quanquam gratia magis dicitur efficax ex illa excitatione quae proprie vocatio dici solet quam cooperatione physica.

25

[Sp. 509 D] Augustinus lib. 2. *de dono perseverantiae* c. 14. ex quo, inquit apparet habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiae quo moveantur ad fidem si congrua suis mentibus audiant verba vel signa conspiciant. Et tametsi Dei altiori iudicio a perditionis massa non sunt gratiae praedestinatione discreti nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina vel facta, per quae possent credere si audirent utique talia vel viderent.

30

[Sp. 511 B–512 A] Bellarm. lib. 1. c. 13. Certum est vocari a Deo multos
..... eo tempore quo Deus videt illos non secutores, et non vocari eo
tempore quo praevidentur secuturi si vocarentur. Nam Dominus
Matth. XI. dicit: Tyrios et Sidonios poenitentiam acturos fuisse si ea
5 signa vidissent. Et post: nec omnino causam ignoramus ut ex Aug.
colligi potest in Ep. 106. vocat autem quando videt non secuturos
tum ut ostendatur vis liberi arbitrii, tum propter electos, ut in
perditione aliorum intelligant, quam gratiam acceperint Neque
reprobi culpam ullam suae inobedientiae in Deum referre possunt, cum
10 non praescientia Dei sed ipsorum voluntas causa fuerit ut vocationi
non acquiescerent.

[Sp. 512 D–513 A] Et Bellarm. ibid. sub finem capitis: si ponamus id quod
ponit Aug. lib. 12. *de C. D.* c. 6. duos videlicet in omnibus pares tentatos
eadem tentatione eodem modo loco et tempore et aequae affectos, et
15 tamen unus resistat alter cadat Respondeo causam diversitatis
referendam esse in liberum arbitrium, ut Augustinus eo loco recte
probat, sed non primam causam, nam prima causa fuit, quia Deus uni
dedit inspirationem, quam praevidit ab illo per liberum arbitrium
amplectendam, alteri dedit eandem, sed quam praevidit ab eo per
20 liberum arbitrium rejiciendam.

(+ Casus non est dabilis, mea sententia. +)

[Sp. 513 B] Augustini locus difficilis: *lib. de grat. et lib. arb.* c. 17. ut velimus
sine nobis operatur, cum autem volumus et sicut volumus ut faciamus,
nobiscum cooperatur.

25 [Sp. 514 C] Idem tamen lib. 1. *ad Simplicianum* quaest. 2. ut velimus et
suum esse voluit et nostrum suum vocando nostrum sequendo.

(+ Distinguit Bellarminus Deum ut causam moralem agere sine nobis, ut
causam physicam cum nobis. +)

[Sp. 516 B] S. Thomas I. 2. *quaest.* III. art. 2. retulit gratiam operantem ad actum
30 internum, cooperantem ad externum.

(+ Operantem ad velle, cooperantem ad facere +)

[Sp. 518 B] Bellarm. lib. secundo *de Grat. et lib. arb.* Cap. 2. ponit has
propositiones contra Pelagianos et Semipelagianos: auxilium gratiae praevenit

voluntatem bonam ut invocationem. Ita concil. Arausican. can. 3. et 4. ubi dicitur: ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis.

[Sp. 518 D–519 A] Auxilium gratiae non aequaliter omnibus adest. Matth. XI. Matth. XIII.

[Sp. 522 D] Cap. 4: Nulla esset in Deo iniquitas, etiamsi omnibus 5
hominibus sufficiens auxilium ad salutem negaret.

[Sp. 523 C] Cap. 5: Auxilium sufficiens ad salutem pro loco et tempore, mediate vel immediate omnibus datur, aliud est de auxilio sufficiente ad non peccandum pro loco et tempore.

(+ Licet non semper quovis loco mediate, intellige de infantibus, quin parentibus auxilium datur ut possint baptisari curare. +) 10

[Sp. 528 A] Cap. 6. Auxilium Dei sufficiens et necessarium ad resurgendum a peccato non adest omnibus momentis.

(+ Hoc Bellarminus ex eo postea probat, quod alioqui semper actu bona cogitaremus et vellemus. 15

[Sp. 530 D–532 A] Cap. 7. Auxilium ad novum peccatum evitandum semper omnibus adest quia tunc non opus est interna inspiratione. Et semper possumus divina mandata non transgredi et resistere tentationi quia vero non possumus ei resistere viribus propriis, sequitur semper adesse auxilium Dei.

[Sp. 533 A–535 B] Aug. lib. 3. *de lib. arb.* c. 19. ea quae volumus recte facere et ob 20
ignorantiam aut difficultatem ex peccato originali natam non possumus, non dici peccata nisi improprie. Et hinc Bellarminus putat ob talia hominem non puniri poena sensus sed solum poena damni.

[Sp. 536 D–537 A] Bellarm.¹ lib. 2. *de grat. et lib. arb.* cap. 8: Possunt gentiles quibus nondum est Evangelium praedicatum cognoscere per creaturas Deum esse, et 25
proinde possunt a Deo per gratiam praevientem excitari ad credendum de Deo quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit, et ex tali fide excitari possunt eodem dirigente et adjuvante Deo ad orandum et Eleemosynas faciendas, et eo modo impetrandum a Deo maius fidei lumen quod Deus per se vel per angelos vel per homines facile
communicabit. Et dicit ita respondere D. Thomam in quaest. 14. *de verit.* art. 11. et 30
afferre exemplum Cornelii.

¹ Der folgende Absatz ist am Rande angestrichen.

[Sp. 539 B–540 A] Deus primo homini dedit adjutorium perseverandi seu gratiam, qua posset vitare omnia peccata, hominibus vero hodie tantum gratiam ad vitanda singula. Ita explicat Bellarm. lib. 2. c. 8. ad com. August. *de correptione et gratia* c. 2. (+ mihi hoc difficile +).

5 Necessitas inquit aliquando cadendi in nobis est poena peccati.

[Sp. 542 A-D] Bellarm. d. 1. c. 9. Quamvis gratia sufficiens omnibus detur tamen praedestinationis divinae nulla ratio ex parte nostri assignari potest Ex parte Dei assignari potest causa in genere ut ostendatur misericordia, et justitia ipsius. In particulari quoque
 10 dubitari non potest quin Deo non desit sua ratio, cur istum potius quam illum praedestinare voluerit ad vitam Et in *Enchirid.* Aug. 95. ait id in aeterna beatitudine manifestum nobis futurum.

Praedestinationem ita sibi definit Bellarminus: est providentia Dei, qua certi homines ex massa perditionis misericorditer selecti per
 15 infallibilia media in vitam diriguntur aeternam.

[Sp. 548 A] S. Bonaventura dicit in I. *Sent.* dist. 41. q. 2. Deum praedestinare homines ob certas causas soli sibi notas, et non ob solam voluntatem suam. Addit Bellarm. c. XI. sed eas causas non dicit esse ex parte operum praevisorum. Intelligit autem voluntatem Dei non esse irrationalem sed cum sapientia et consilio
 20 conjunctam, ut etiam loquitur Augustinus *Enchiridio* c. [9]5.

[Sp. 550 A-B] Semipelagiani sunt qui dicunt fidem daturum Deum, quos praevidit per bonum usum liberi arbitrii dispositos fore ad illud donum recipiendum, seu qui fecerint ante quod in se est ex viribus naturae.

[Sp. 558 D–559 C] Bellarm. lib. 2. *de grat. et lib. arb.* cap. 13. post allegatum
 25 locum Matth. XXV ubi paterfamilias distribuit unicuique talenta secundum propriam virtutem, subjicit haec: sed esto nomine propriae virtutis intelligatur dispositio naturae, quis quaeso disposuit naturam nisi qui fecit naturam, ille igitur, qui facit ut praedestinatis omnia cooperentur in bonum, ille inquam electis suis non solum gratiam tribuit, sed etiam naturam disposuit, atque ita praedestinatio radix et origo est omnium bonorum.
 30 Deus enim ut supra diximus antequam absolute aliquid vellet, vidit omnia, quae accidere poterant quibuscunque modis rerum ordo constitueretur atque ita cum eum praedestinavit simul constituit ut cum natura tum gratia et quicquid illi unquam accidere posset ei

5 difficile (1) , quia qui potest vitare (a) singulum (b) singula et (2) . Necessitas L 20 35. L ändert Hrsg. nach Bellarmin

cooperaretur in bonum

(+ et mox +)

constituit in praedestinatione regnum coelorum dare certis hominibus quos absque ulla operum praevisione dilexit, tamen simul constituit, ut quoad executionem via perveniendi ad regnum essent bona opera.

5

[Sp. 563 C-D]

(+ N.B. +)

Bellarmin. c. 14. *liber de praedestinatione et gratia* non judicatur ab hominibus doctis opus Augustini, cum nulla ejus fiat mentio in *retractationibus* neque in *indiculo* Possidii.

[Sp. 567 D–568 C] Bellarm. c. 15. Objectio: si Deus absque operum nostrorum praevisione praedestinaret sine dubio aut omnes aut majorem partem hominum praedestinaret ad vitam Respondeo hoc argumentum aliquid forte concluderet si praedestinatio non praesupponeret originale peccatum. Nam in angelis ita factum videmus, ut major pars ad vitam destinata fuerit Cur autem Deus cum posset etiam post peccatum omnes liberare minorem partem liberandam decreverit, rationem esse dicit S. Aug. in ep. 157, ut intelligeremus quod omnibus deberetur.

10

15

Tantum abest ut haec sententia de praedestinatione correptiones, exhortationes, orationes, industriam diligentiam et spem bonam impediat, ut potius haec omnia ponat atque confirmet. Deus enim praedestinavit homines, sed ita praedestinavit, ut per haec media pertingant ad finem; neque verum est reprobum quicquid egerit damnandum, et praedestinatum quicquid egerit praedestinandum; non enim damnabuntur nisi mali nec salvabuntur nisi boni. Sed hoc tamen est verum omnes reprobos malos et omnes electos bonos aliquando futuros; et quoniam dum hic vivimus incerta est tum electio tum reprobatio, sicut nemo salutem desperare, ita etiam nemo certo debet de sua felicitate praesumere, sed cum metu et tremore salutem suam opinari.

20

25

[Sp. 568 C–572 A] Bellarm. lib. 2. c. 16. Reprobatio quam S. Aug. praedestinationem ad interitum vocat duos actus comprehendit, alterum negativum, cuius nulla est causa ex parte hominum alterum positivum, cuius causa est peccati originalis actualisve praevisio. Notat ibi Bellarminus praedestinos usu scholarum dici de solis electis, praescitos de solis reprobis

30

30 hominum (1) sed tantum voluntas Dei (2) alterum L

8 f. *liber* . . . Augustini: vielmehr PSEUDO-FULGENTIUS RUSPENSIS, *De praedestinatione et gratia*.

Deus unum liberat quia sic placet, alterum non liberat docet Aug. in *ep.* 105. et tract. 53. in *Joh.* et lib. 1. *ad Simplic.* q. 2. nihil aliud esse quam indurare quam non misereri.

Sed pergit Bellarminus: alterius actus quo vult Deus reprobos aeternis
5 peccatis addicere, causam esse peccata hominum.

(+ Haec omnia recte. Deus intendit omnium perfectionem, ergo quantum per naturam creaturae potest, eo promovet, permittit tamen aliquos non eo promoveri, ob naturam creaturae; hinc tandem sequitur ut etiam permittat aliquos fieri miseros. Est ergo haec permissio damnationis posterior
10 permissione peccati, ut procuratio felicitatis est prior procuratio bonorum operum. Ratio quia semper Deus perfectissimum primo imperfectissimum ultimo respicit. Ne quis putet inepte et affectate tantum inter reprobationem et electionem distingui. +)

Augustinus lib. 3. *advers. Julian.* c. 18. Bonus est Deus, justus est Deus. Potest sine
15 bonis meritis liberare quia bonus est, non potest sine malis meritis damnare quia justus est

(+ non sufficit. Ut effugio utamur de massa corrupta, sed altius ascendendum patet ex electione et reprobatione angelorum +).

[Sp. 573 A-C] Bell. c. 17. Sancti angeli gratis ante bonorum operum praevisionem
20 electi fuere. Antequam Deus angelos absolute creare vel praedeterminare vellet, sine dubio cognovit eos bene usuros libero arbitrio et gratia et tandem salvandos, si eam gratiam illis praeberet quam re ipsa praebuit, haec enim cognitio necessaria est in Deo ac per hoc prior est quam absoluta voluntas creandi vel praedestinandi Angelos quae non est necessaria sed libera, necessaria enim sunt priora liberis secundum nostrum modum
25 intelligendi. Igitur cum Deus voluit angelos creare, et eam gratiam illis praebere quam praebuit, sine dubio voluit etiam illos infallibiliter salvare, nam si id non voluisset, eam gratiam non dedisset per quam illos infallibiliter salvandos esse praeviderat. Prius autem est velle gratiam angelis praebere quam videre opera ex illa gratia procedentia cum causa sit prior effectu, igitur prius voluit absolute Deus angelos salvare quam eorum opera
30 futura praeviderit. Eadem ratione patet reprobationem Angelorum negativam non pendere ex praevisione peccati, nam praevidit Deus angelos qui perierunt infallibiliter perituros, si eam solam gratiam illis daret, quam re ipsa illis dedit, ergo cum eam solam gratiam illis dare voluit, simul voluit eos non praedestinare ad gloriam, sed permittere ut exciderent a salute, nam si eos Deus absolute salvare voluisset, non defuisset eius
35 sapientiae ratio qua id faceret. Nulla igitur causa reddi potest cur Deus aliis angelis dare voluerit gratiam per quam videbat infallibiliter salvandos, aliis vero per quam videbat infallibiliter non salvandos, quia voluit illos salvare, istos non voluit salvare. Cur autem voluerit angelos malos positive damnare, sine dubio causa fuit peccatum eorum praevisum.

[Sp. 577 B] Ex recentioribus, qui proprie contra haereticos nostri temporis, pro liberi arbitrii defensione scripserunt, multi numerari possunt. . . . Christophorus a capite fontium, in lib. de libero arbitrio.

[Sp. 582 A] Bellarm. Lib. III. cap. 5

(+ Eadem libertas a necessitate homini ante lapsum et post lapsum. +) 5

Decretum Pii V. a Gregorio XIII. rursus innovatum in quo damnantur sententiae illae: quod voluit aut fit etiamsi necessario fiat, libere fit. Et: sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

[Sp. 582 C] Voluntas habet poenam, necessitas veniam. S. Optatus Milevitanus lib. 7. *adversus Parmenianum*. 10

(+ Istaque necessitas hic ea intelligitur quae hominem redderet excusabilem, quam sola rejicit Ecclesia moralis scilicet. +) si quaereretur solum libertas a coactione nulla esset quaestio de liberi arbitrii conciliatione cum gratia.

[Sp. 583 A-B] Lombardus in 2. *Sent.* dist. 25. lit. C. quaerit quomodo in Deo sit liberum arbitrium cum ille non possit nisi bene agere et liberum arbitrium requirat 15 potestatem in opposita, et lit. D. respondet in Deo esse liberum arbitrium quia licet non possit male agere, tamen non necessitate agit quod agit, et potuisset illud non agere.

[Sp. 583 C] Si libertas a coactione sufficeret, etiam bruta esse libera quae sponte agunt. Deus libere genuisset filium.

[Sp. 583 D–584 A] Bellarminus ait dicto cap. 5. circa finem[:] pugnancia docere, qui 20 affirmat liberum arbitrium a coactione non vero a necessitate esse solutum, quia potestas electiva non videtur intelligi posse cum determinatione ad unum et necessitate. Electio enim est inter multa et ideo electionem praecedat consultatio. At si necesse habeo unum aliquid velle aut facere, ubi est consultatio ubi electio.

[Sp. 589 C–594 D] Bellarm. *de grat. et lib. arb.* lib. 3. c. 8 constat electionem non 25 rationis esse sed voluntatis.

Ibid. nemo consultat utrum debeat veritati cognitae assentiri, nec ne sed simpliciter eo accedit quo argumenti vis ducit. Hinc fides catholica requirit pium voluntatis affectum. Quod ratio nunc exerceat actum speculandi vel judicandi, nunc vero quiescat non potest referri in ipsam rationem sed in appetitum totius suppositi, qui non 30 est alius nisi voluntas.

Voluntas necessario eligit id quod ultimum iudicium practicum determinavit esse eligendum dict. l. 8. Addit: ille etiam qui dixit *sit pro ratione voluntas* non exclusit iudicium ab electione, sed iudicavit bonum

12 scilicet | non *str.* *Hrsg.* *physica gestr.* | . +) si *L*

sibi esse contra rationem agere. Pergit: dices illum qui contra determinationem ultimi judicii practici aliquid eliget, posse reddere rationem electionis suae, quod videlicet id fecerit ut ostenderet suam libertatem. Respondeo hoc ipsum tunc futurum ultimum judicium practicum omnibus consideratis bonum mihi est nunc contra rationem
5 agere, ut me liberum esse demonstrem.

(+ Voluntatem nunquam agere sine ratione majore, colligo ex his verbis
Bellarmini ibidem: +)

si voluntas tunc eligeret aliquid aliud

(+ quam quod ultimum judicium practicum dictavit esse utilissimum +)

10 haberet quidem rationem cur eligeret illud tale medium quia est utile, sed non haberet rationem quare omitteret illud aliud quod hic et nunc et simpliciter est judicatum melius. Accedat

(+ pergit +)

quod si posset fieri ut quis eligeret contra dictamen ultimi judicii

15 practici posset etiam fieri ut in voluntate esset peccatum sine ullo errore vel defectu in ratione sive intelligentia. Quod quidem adversarii coguntur admittere. Sed certe videtur esse contra illud Salomonis, Proverb. 14. *errant qui operantur malum.*

(+ Pergit: +)

20 Voluntas ideo est libera quia est appetitus rationalis sicut e contrario appetitus in bestiis ideo non est liber, quia non est rationalis. Igitur causa libertatis est ipsa ratio.

(+Pergit:+)

Igitur si potentia cognoscens sit determinata ad unum id est non proponat nisi

25 unum sive bonum sive malum appetitus necessario tendet in illud aut ab eo refugiet ut videmus in bestiis quorum cognitio est per sensum, et per hoc determinata ad unum, at si potentia cognoscens sit indeterminata et proponat varia objecta, ostendens singulis esse rationem boni et rationem mali ac denique viam aperiat ad opposita qualis est ratio nostra respectu mediorum quae non habent necessariam connexionem cum fine tunc appetitus
30 erit liber et poterit inclinari in varias partes.

[Sp. 596 C–597 A] Bell. lib. 3. *de grat. et lib. arb.* cap. 9. Voluntas in eligendo libera est, non quod non determinetur necessario a judicio ultimo et practico rationis, sed quoniam istud ipsum judicium ultimum et practicum in potestate voluntatis est.

Sciendum est enim post cognitionem boni in universum mox existere in voluntate

35 inclinationem aliquam in illud non tamen plenam electionem, deinde cum proponuntur a

ratione varia media et ostenditur quid boni et quid mali sit in unoquoque voluntatem inclinari, modo in unam partem modo in aliam, et in ejus potestate esse ut sinat se moveri vel resistat non quidem actu positivo sed negativo, non sinendo videlicet se moveri

(+ cur non forte quia habitu aliquo praeoccupata +).

5

Per hoc enim quod voluntas sinit se moveri ab una ratione proposita fit ut mens omissa alia inquisitione pergat et concludat judicium particulare, ad quod continuo sequitur electio. Itaque libertas voluntatis in eo proprie sita esse videtur, quod propositis variis rationibus non necessariis sinat se moveri ab una et non ab alia

(+ sed non sinit se moveri nisi ab ea quae apparet fortior +).

10

Hinc est quod boni vel mali habitus multum confert ad bonam vel malam actionem.

[Sp. 597 C] Saepe enim homines ex rebus non necessariis eligunt minus bonum, remoto etiam omni errore, et Deus ipse, in quem error cadere non potest, eligit et facit minus bonum, cum maius aliquid eligere et facere posset.

[Sp. 598 B-C] Bellarm. d. 1. 9. Minus bonum absolute potest eligi remoto errore, si 15 in particulari propter aliquam circumstantiam ratio judicet hoc tempore illud esse optimum. Quomodo Deus cum aliquid agit, non ideo illud agit, quia nesciat se posse facere aliquid melius, sed quia judicat tunc illud maxime expedire. Duobus bonis aequalibus simul propositis potest alterum eligi, quia vel propter aliquam circumstantiam voluntas inclinabit in alterum, vel certe ut res aliquando finiatur, voluntas sinet se moveri 20 ab altero et tunc judicium ultimum concludetur, et electio consequetur. Nam experientia docet cum non possumus per rationem unum alteri praeponere, judicari ab omnibus utile, ut potius forte eligatur unum, quam utrumque relinquatur.

[Sp. 612 D] Bell. lib. 3 cap. 15 Potentia suprema quae est in bestiis 25 corporalis ac materialis est, proinde pertingere non potest ad cognitionem universalem quae fundamentum est ratiocinationis neque potest reflecti ipsa in se et judicare de suo judicio quod est fundamentum libertatis.

[Sp. 613 D] Petrus Abaelardus dixit Deum non posse facere nisi ea quae facit.

(+ Hoc falsum, alioqui nihil esset possibile nisi quod actu produceretur. +)

[Sp. 619 A] Bell. lib. 3 c. 1 [7]. Voluntas divina non potest non esse conformis 30 sapientiae divinae. Sapientia divina non potest non judicare id esse melius et faciendum quod reipsa est melius et faciendum. Igitur voluntas divina non potest eligere nisi id quod reipsa est melius et faciendum, ac proinde non est libera cum non possit eligere nisi

unum, respondeo: sapientia divina iudicat nihil esse absolute bonum et faciendum extra Deum, nisi quod ipse Deus facere voluerit et id esse melius quod ei magis placet.

(+ Deus agit gloriae suae causa, seu ut perfectionem suam quam maxime ostendat seu perfectissimo modo +)

5 [Sp. 620 A–62 D] Cap. 18 Bellarminus non ineleganter dicit de rationibus cur Deus liberum arbitrium hominibus dederit.

[Sp. 575 A–576 B] Bellarminus lib. 3. cap. 1 ait: sunt sex praecipue quaestiones obscurissimae in tractatione de libero arbitrio

Prima est de concordia liberi arbitrii cum determinatione iudicii practici. Nam si
10 voluntas pendet in electione a iudicio rationis practico cum nihil possit voluntas eligere, nisi quod ratio iudicaverit omnibus consideratis hoc loco et tempore esse bonum et expetendum, ratio autem non sit in iudicando libera sed necessario pendeat ab objecto, nec possit aliter iudicare quam res se habeat remota ignorantia et perturbatione, quae sine dubio ad libertatem non necessario requiruntur, ubi quaeso est arbitrium voluntatis?

15 Altera quaestio est de concordia liberi arbitrii cum praescientia Dei, nam si Deus omnia novit antequam fiant, nec potest eius cognitio falli non poterit aliquid pro arbitrio hominis fieri aut non fieri sed necessario id fiet quod Deus futurum esse praenovit.

Tertia de concordia liberi arbitrii cum determinatone divinae voluntatis. Nam si liberum arbitrium, ut omnes aliae secundae causae nihil agere potest sine concursu
20 primae causae, prima vero causa quae est divina voluntas prius natura operatur et applicat secundas causas ad operandum, nec ulla ratione efficientia eius impediri potest; ubinam est ea libertas quae voluntati relinqui dicitur et a qua liberum arbitrium nominatur. Quarta de concordia liberi arbitrii cum depravatione naturae quae ex peccato primi parentis in homine reperitur, nam quemadmodum curva tibia non potest
25 non semper claudicare, sic etiam humana voluntas per peccatum perversa et curva effecta non videtur posse in ullo opere vitare peccatum. Quinta de concordia liberi arbitrii cum praedestinatione divina, nam si praedestinatio certissima est, nec a nostris operibus, sed a divina voluntate dependet, certe nec praedestinati videntur posse non bene agere, nec non praedestinati bene agere. Proinde tollitur libertas ad bona et mala, nisi ratio inveniat
30 qua praedestinatio cum libertate concilietur. Sexta de concordia liberi arbitrii cum gratia efficaci. Nam si gratia efficax facit hominem credere sperare diligere poenitentiam agere bene operari, quoniam alioqui non vere gratia efficax diceretur, et ut Augustinus alicubi dicit ipsa facit ne rejiciatur; nullae videntur esse partes liberi arbitrii in his operibus quae ad salutem et pietatem pertinent.

Ex his quaestionibus prima solvetur in hoc 3. lib. cap. 8 et 9. Secunda et tertia in 4. lib. c. 13. 14. 15. 16. Quarta in lib. 5. c. 10. 11. 12. Quinta et sexta in libro 6. c. 14. 15. (+ NB. Necessitas consequentiae est, cum quid ex alio necessaria consequentia sequitur, necessitas absoluta est, cum contrarium rei implicat contradictionem. Ex Dei Essentia seu summa perfectione certo et si ita loqui placet necessaria 5 consequentia sequitur Deum eligere optimum, tamen libere eligit optimum, quia in ipso optimo nulla est necessitas absoluta, alioqui contrarium ejus implicaret contradictionem, et solum optimum esset possibile, caetera vero essent impossibilia contra hypothesin. Itaque circulo aut triangulo inter se concurrentibus circulum libere eligit (ita fingamus) licet ob rationem majoris 10 pulchritudinis eligat, at inter circulum uniformis et difformis circumferentiae non eligit, sed posito circulum esse creandum, necessario creabit uniformem, et absolute dici potest, circulum difformem a Deo non posse eligi, quia est sua natura impossibile, itaque absolute necessarium est ut rejiciatur. +)

(+ Radix libertatis in Deo est rerum possibilitas sive contingentia, qua fit ut 15 innumera reperiantur quae neque sunt necessaria neque impossibilia, ex quibus Deus illa eligit quae ad gloriam suam testandam maxime faciunt. Radix libertatis in homine est imago divina, quod Deus scilicet eum voluit creare liberum et fecit ut non nisi a boni proprii qua talis consideratione moveretur, quemadmodum Deus in eligendo non nisi gloriae suae rationem habet, hoc 20 tantum discrimen est, quod homo ex defectu originali creaturae cujuscunque falli potest, Deus non potest. +)

3 est, (I) quod ex aliquo (2) cum . . . alio L 4 necessitas (I) consequentiae (2) absoluta est, cum (a) quid (b) contrarium L 4 f. contradictionem. (I) Dei decretum (2) Ex Dei (a) natura (b) Essentia L 5 f. placet (I) necessarie (2) necessaria consequentia L 7 est (I) existendi (2) necessitas. L 9 hypothesin. (I) Non vero libere eligit (2) Itaque L 10 f. licet . . . eligat erg. L 11 circulum (I) uniformem (2) uniformis L 15 Radix (I) potest (2) libertatis in Deo (a) a parte objecti (b) est L 19 ut (I) bono (2) non nisi a (a) bono approbato (b) boni | proprii erg. | L 21 ex (I) natura (2) defectu L

438.AUS UND ZU BARTHOLOMAEUS CARRANZA, SUMMA CONCILIORUM
[1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung:

L Auszüge mit Bemerkungen aus B. CARRANZA, *Summa conciliorum*, Douai 1659: LH I 20
Bl. 345. 1 Bl. 2^o. 1 $\frac{5}{8}$ S.

Carranzas Werk war Leibniz spätestens seit Anfang 1677 vertraut, wie seine Bemerkung in N. 386 erkennen läßt. Der vorliegende Auszug ist durch äußere Kriterien wie Wasserzeichen nicht näher zu bestimmen, könnte aber im selben Umfeld wie die Exzerpte zu Bellarmin (N. 437), Bonartes (N. 440), Baronius (N. 441) oder Fabri (N. 442) entstanden sein.

10 [p. 599 sq.] Concilium Lateranense secundum sub Innoc. III. Cap. 1. Omnes
mortales cum suis propriis corporibus resurgent, quae nunc gestant. Cap. 2. Rejicitur
Abbas Joachim, qui Petrum Lombardum haereticum dixerat, quod scripsisset in
sententiis quaedam summa res est pater filius et spiritus sanctus, et illa non est generans
neque genita nec procedens. Contra Joach. Abbas infert hinc secuturam quaternitatem
15 manifeste protestans quod nulla res est pater et filius et spiritus sanctus. At Concilium
Lombardum defendens ait: nos autem sacro et universali Concilio approbante credimus
et confitemur, quod una quaedam res est quae veraciter est pater filius et spiritus
sanctus tres simul personae et sigillatim quaelibet illarum quaelibet trium personarum
est illa res, et illa res non est generans neque genita neque procedens,¹ sed
20 est pater qui generat, filius qui gignitur et spiritus sanctus qui procedit.

(+ Nota: non Joachimum ibi sed tantum librum damnari, quin se Apostolicae
sedis iudicio dum vixisset submisisset. +)

[p. 616 sq.] Concilium Viennense generale sub Clemente V. doctrinam omnem seu
positionem temere asserentem aut vertentem in dubium quod substantia animae rationalis
25 seu intellectualis vere ac perfecte corporis humani non sit forma, velut erroneam ac
veritati Catholicae inimicam fidei hoc sacro approbante Concilio reprobamus, definientes
..... quod quisquis deinceps tenere pertinaciter praesumserit, quod anima rationalis
seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter tanquam haereticus
sit censendus. Clem. *de summa Trin. et fid. Cathol.*

30 ¹ *Am Rande*: N.B.

Quia quantum ad effectum baptismi in parvulis reperiuntur doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuisse quibusdam ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis e contra asserentibus quod et culpa eisdem in baptismo remittitur et virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum etsi non pro illo tempore quoad usum. Nos attendentes 5
generalem efficaciam mortis Christi quae per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis opinionem secundam (quae dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes), tanquam probabilior, et dictis sanctorum et doctorum modernorum Theologiae magis consonam et concordem sacro approbante concilio duximus eligendam. Ex eod. Concil. vid. in Clem. *de summ. Trin. et fid. Cathol.* 10

(+ Quaeri posset an hoc fit definitione tanquam de fide. +)

[p. 619] In eod. Concilio dicitur: Si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare praesumat exercere usuras non esse peccatum, decernimus eum velut haereticum puniendum. Cap. *Sane* Clem. de usuris.

[p. 621] Concilium Constantiense dicit synodum potestatem immediate a Christo 15
habere cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etsi papalis existat obedire tenetur.

(+ Haec mihi non videntur significare concilium esse supra papam, utique enim papa est membrum Ecclesiae Catholicae, eique debet obedire. Synodus autem intelligitur regulariter cum papa. +)

Deinde intelligi poterat denuo de illa synodo et dubiis papis. 20

[p. 623] Concilium Constantiense damnat errores Wiclefi dicentis: [1.] Substantia panis materialis et vini materialis manent in sacramento altaris. [2.] Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento. [3.] Christus non est in eodem sacramento identice et realiter propria praesentia corporali. [24.] Fratres tenentur per labores manuum victum quaerere et non per mendicitatem. [27.] Omnia de necessitate absoluta 25
eveniunt. [33.] Sylvester papa et Constantinus erraverunt Ecclesiam dotando

(+ videntur patres concilio praesupposuisse in hoc articulo damnando donationem Constantini +).

[p. 647 sq.] In Concilio Florentino sub Eugenio definitur: Spiritum Sanctum a patre ex patre simul et filio tanquam ab uno principio unica spiratione procedere; filium esse 30
secundum graecos quidem causam secundum latinos vero principium subsistentiae Spiritus S., sicut et patrem, et omnia quae patris sunt ipse pater unigenito filio suo gignendo dedit, praeter esse patrem.

Animas quae post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contracta peccati maculam vel in suis corporibus vel iisdem exutae corporibus sunt purgatae in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est; meritorum tamen diversitate alium alio perfectius.

- 5 [p. 650 sq.] Est postea in decretis super unione Jacobinorum et Armeniorum. Per Baptismum spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia et roboramur in fide, renati autem et roborati nutrimur divina Eucharistiae alimonia. Quod si per peccatum aegritudinem incurrimus animae per poenitentiam spiritualiter sanaimur, spiritualiter etiam et corporaliter (prout animae expedit) per extremam unctionem; per
10 ordinem vero Ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter, per matrimonium corporaliter augetur. Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: quorum si aliquid desit non perficitur sacramentum. Inter haec sacramenta tria sunt: Baptismum Confirmatio et ordo quae
15 characterem id est spirituale quoddam signum a caeteris distinctum imprimunt in anima indelebile, unde in eadem persona non reiterantur. Breviter in illo Concilio Florentino multa alia fidei dogmata Armenis explicantur.

- [p. 660] Sub Sixto IV. anno 1490 quidam Petrus Oxomensis professor Theologiae Salmanticae docuit in libro *confessionis* scripto peccata mortalia quantum ad culpam et
20 poenam alterius saeculi deleri per solam contritionem sine ordine ad claves. Confessionem de peccatis in specie esse ex statuto Ecclesiae universalis et non jure divino. Quod papa non potest alicui vivo indulgere poenam purgatorii. Quod sacramentum poenitentiae quoad collationem gratiae sacramentum naturae est. Has propositiones ArchiEpiscopus Toletanus in congregatione doctorum autore pontificis
25 damnavit.

- [p. 665] Concil. Lateranense 2. sub Leone X. sess. 8. 19 Xbris ann. 1513. Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animae rationalis quod mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus et alii temere philosophantes (secundum saltem philosophiam) verum esse asseverant S. approbante Concilio damnamus et reprobamus
30 omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse aut unicam in cunctis hominibus, et haec in dubium vertentes. Cum illa non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat sicut in can. Clem. papae 5. in generali Viennensi Concilio edito continetur, verum et immortalis, et pro corporum quibus infunditur multitudo multiplicabilis

4 f. perfectius. | Si intentio desit | faciendi quod facit Ecclesia *erg.* | non perficitur sacramentum.
Baptismus, confirmatio et ordo characterem imprimunt et ideo non reiterantur. *gestr.* | Est . . . Armeniorum.
erg. L

et multiplicata et multiplicanda sit Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus et ut aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus, omnesque hujusmodi erroneis assertionibus inhaerentes tanquam haereticos vitandos et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in universalibus studiorum generalium et alibi publice legentibus distincte praecipimus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones in quibus a recta via deviare noscuntur autoribus suis legerint seu explicaverint (quale hoc de immortalitate animae aut unitate aut mundi aeternitate ac alia hujusmodi) teneantur ejusdem veritatem religionis.²

439.BEMERKUNG ZU THOMAS ANGLUS, STATERAE AEQUILIBRIUM
[1680 bis 1684 (?)]

10

Überlieferung: LiH Marginalie in Leibn. Marg. 29.

Wir datieren diese Bemerkung wegen des Verweises auf Thomas Bonartes' Schrift *Concordia scientiae cum fide* analog zu N. 440 auf 1680 bis 1684, müssen jedoch einschränken, daß ebenso wie für Bonartes eine frühe Beschäftigung mit Schriften von Thomas Anglus in der Mainzer Zeit vorliegt, besonders mit der letzten in diesem Sammelband vorhandenen Schrift (VI, 1 N. 15₁).

Dieser Sammelband enthält unter dem Einbandtitel *Th. Angl. Statera appensa ei. iustit. perip.* folgende Schriften: 1. JOHN SERGEANT, *Statera appensa quoad salutis assequendae facilitatem Authore I. S.*, Londini MDCLXI. 2. *Apologia pro Doctrina Sua Adversus calumniatores. Authore Thoma Albio.* Londini MDCLXI. 3. *Sterae aequilibrium, Quoad Salutis assequendae facilitatem. Authore Thoma Anglo ex Albiis.* Londini MDCLXI 4. *Institutionum peripateticarum ad mentem summi viri, clarissimique Philosophi Kenelmi Equitis Digbaei, Pars Theorica. Item Appendix Theologica De Origine Mundi. Authore Thoma Anglo, ex Albiis East-Saxonum.* Lyon 1646.

[TH. ANGLUS, *Sterae aequilibrium*, p. 22]: Primum, ad quem te animat Logica, repello, confessus Genericam hominis rationem in Animalitate positam esse; quam utrum admissurus sit, etsi omnium doctorum consensu firmatam, Author¹ *Concordiae fidei cum scientia* ignoro.

² Am Rande: ¶

¹ Leibniz notierte auf dem Vorsatzblatt des Sammelbandes: *Concordia scientiae cum fide* p. 22

30

440.AUS UND ZU BONARTES, CONCORDIA SCIENTIAE CUM FIDE
[1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung: *LiH* Marginalien, An- und Unterstreichungen in THOMAS BONARTES,
Concordia scientiae cum fide, Köln 1664: Leibn. Marg. 183.

- 5 Die im Jahre 1664 unter dem Pseudonym Thomas Bonartes publizierte *Concordia scientiae cum fide* war Leibniz bereits in seiner Mainzer Zeit bekannt, wie aus frühen Äußerungen in Schriften (VI, 1 N. 15₁, S. 507; N. 15₂, S. 512; N. 15₄, S. 516; N. 21, S. 547; VI, 2 N. 41, S. 274; N. 53, S. 395) und Briefen (besonders an Johann Friedrich, 2. Hälfte Oktober (?) 1671, II, 1 N. 84, S. 163 und Antoine Arnauld, Anfang November 1671, N. 87, S. 176) hervorgeht. Das Interesse, das Leibniz dieser Schrift und ihrem Autor Zeit seines Lebens
10 entgegenbringt, findet seinen Ausdruck in späteren Jahren ebenso im Briefwechsel mit Bartholomaeus des Bosses (vgl. dabei besonders die Briefe von Leibniz vom 21. Juli, 29. November, 19. und 24. Dezember 1707, 2. Februar, 14. Juni und 13. Juli 1708 sowie zwei Antwortbriefe auf die von Leibniz mehrfach dringlich gestellte Frage nach der Auflösung des Pseudonyms und der Lebensdaten durch des Bosses am 16. Januar und 10. August 1708) wie in der *Theodizee* (Vorrede und § 86).
- 15 Im vorliegenden Marginalienexemplar von Leibniz, das sich in seinem persönlichen Besitz befand, finden sich neben einigen wenigen Bemerkungen zum Text zahlreiche An- und Unterstreichungen, die aufgrund der intensiven Beschäftigung mit den Argumenten von Bonartes zu verschiedenen Zeiten entstanden sein können. Von besonderem Interesse ist dabei das am Rande zu S. 164 unterstrichene *Herice*, das eine Entsprechung nur in N. 271 (Datierung erschlossen für 1680 bis 1684) findet. Wir datieren daher N. 440
20 analog, jedoch mit der Einschränkung, daß Leibniz bereits in seiner Mainzer Zeit Einträge in sein Handexemplar vorgenommen haben kann.

Marginalien und Anstreichungen sind in Fußnoten wiedergegeben, Unterstreichungen durch Sperrung im Text.

- [p. 8] §. 6. Confer nunc cum istis extensi figurati, et mobilis notionem. Quam
25 quidem licet absque sensibus habere non liceat, non tamen ad sensum reflexa mens in affectione quam patimur haeret attonita; sed cum extensum figuratum, et motum cogito, rem ipsam intima mente contueor, nec quale sit illud quod extensionis figuratae, et motae vocabulis indicatur interrogo, cum eam ipse clarius cogitando exprimam, quam ut
30 amplio rem ab ullius sermone claritatem expectem. Neque fieri posset, ut tam multa de figura Geometrae, de motu Statici manifesta demonstratione in qua lectoris animus acquiescit ostenderent, si utriusque notio, quae reliquorum est origo, involuta tenebris delitesceret. Quare¹ licet neminem mihi reperire contigerit qui figuram, et motum a re figurata et mobili apte discerneret, ea tamen re non efficitur, evidentiam quae ad quam

¹ *Anstreichung von Quare bis efficitur*

plurima demonstranda sufficiat, defuisse, Tum quia demonstrata cernimus, tum quia non omnia requirimus clare cognosci, sed illius tantummodo aperta cognitio deposcitur, quae par sit iis, quae quaerimus, demonstrandis. Quocunque enim modo distinguenda sit a figurato, et mobili, figura vel motus, id plane cognoscimus, aliis, atque aliis figuris, et motibus aliter impelli, scindi, disponi corpora.

5

[p. 26] De extensione, figura, motu, quiete nemo dubitat. Quid incerta, et inania commenta prensamus, cum certa et comperta manibus teneamus? Ecquid autem absurdus, atque ab intelligentia communi remotius cogitari potest, quam ut ea inter se corpora distare quis asserat, quibus distantiam interjectam auferat? Quis corporum distantiam vel manu, vel mente, aliter quam linea, aut longitudine mensus est? Quibus 10 autem nihil interjectum est, ea nil habent quo vel cogitando distantiam metiri liceat. Num decem pedam Nihilo applicabis, ut quantum extensionis id habeat, quod, cum Nihil sit, neque extensionem, neque aliam proprietatem ullam habet, intelligas? At ubicationes habent dissimiles? cogitationes perinde, aut colores dixeris. Nam nisi distantiam, intervallum, intercapedinem notione propria, ac natura contineat ubicatio, corpora haud 15 magis ubicatione dissimili, quam colore distabunt. Distantia porro inter binos parietes spatium indicat, spatium nullum ponis nisi imaginarium, quodque proinde Nihil omnino esse haud dubitanter affirmas, nihil autem si longum, et latum fingere libet, etiam durum, et molle, grave, leve, calidum et frigidum fingere liceat. Ergo² extracto e lagena liquore nisi aër liquoris loco subeat latera jungentur. Ita prorsus. Quis etenim disjuncta cogitet 20 quibus nihil quo separentur interjacet. Jungere certe nihil aliud est, quam distantiam tollere, distantia spatium aut extensionem significat interceptam, corpore omni sublato extensio nulla remanet, nulla igitur distantia, neque disjunctio. Quare laterum folliis conjunctio non ex aeris expulsionem sequitur, sed in ipsa consistit, cum conjunctio sit distantiae, seu extensi disjungentis ablatio, Unde vacuum, seu spatium corporis expers 25 tam aperte id esse quod non est, ac proinde ex iis esse quae nulla vi possint existere comprobatur, ut gregem Chimaericum merito ducat. Si spatium est, latera circumjecta disjungit, haec autem non quod Nihil est, sed extensum medium, seu corpus separat.

[p. 36] Ecquid enim absurdum magis, ac ineptum, quam rotunditatem a rotundo, sessionem a sedente, ambulationem ab ambulante vel mente praecisam in seipsa 30 spectare? Quamvis enim formarum instar animo obversentur, et vocibus abstractis efferantur, non tamen idcirco ut formae a seipsis suspensae atque a subjectis divulsae considerantur.

² *Anstreichung von Ergo bis jungentur.*

Eodem enim argumento a Deo sapiente distinguas sapientiam, quae ad similitudinem formae et menti objicitur, et voce profertur. Sane. D. Thomas ex sua, et Aristotelis sententia sic loquitur: *Forma non dicitur Ens quasi ipsa sit, sed sicut quo aliquid est*, id quod de Modis, saltem quae nisi Formae sint, esse non possunt, interpretandum. Idem
 5 alibi accidens Ens esse dicit, quia eo aliquid est; rursus alio loco *est Ens, verum, bonum, ut quo, non ut quod*. Tum recentiores etiam passim pronunciatum hoc vetus, et verum asciscunt; *Accidentis esse est inesse*. Cujus autem Esse est inesse, id non magis ab Inesse, quam Essentia propria praescinditur. Accidens igitur vel re, vel cogitatione Esse, et non inesse, haud aliud est, quam absque Essentia cogitari, vel esse. Iam vero si non est
 10 aliquid *ut Quod*, sed tantum *ut Quo*, non est id quod in se cogitando signetur, sed quo aliquid ita est, ut quo modo sit cognosci queat. Sepone tantisper Eucharistiae mysterium, et quid ratio, quid communis intelligentia, quid veterum sensus de accidente nos doceat intueri. Iam tibi praedico nihil inde periculi imminere, ne fides a ratione dissentiat. Quo³ metu si D. Thomas et alii caruissent, nunquam haec tam clara, et Antiquorum sententiae
 15 consentanea restrictis, et confictis interpretationibus obscurassent. Ex his itaque satis apparet formas accidentarias ne notione quidem, nedum reipsa a subjectis posse abstrahi: immo si notione possunt, cur reipsa non possent causam nullam invenies. Quid enim vetat, quod suum *Esse* ab altero distinctione interiore, ac proinde vera, non ficta, discriminatum habeat, quin aliqua saltem praepotente virtute separatim ab alio sustentari
 20 queat. Nemo vero unquam in mentem venit ut motionem sejunctam a mobili existere posse censeret.

[p. 64] Quoniam vero corpus est extensum, incorporeum utique inextensum esse debet. Non ea tamen ratione qua Punctum in Geometria Inextensum diminutive, quasi extenso minus dicitur, sed exaggerative, veluti extensi naturam nobiliore quodam
 25 amplitudinis genere supergrediens, ideoque superextensum melius vocari possit, vel Inextensum Metaphysicum ut ab altero Geometrico distinguatur nomine, a quo longissime natura disjungitur.

§. 2. Porro cum in corporibus partes subtiliores, quarum motu crassiores agitantur, spiritus dici soleant; idcirco incorporea movendorum corporum virtute
 30 praedita, Metaphora accommodata appellantur spiritus, Corpus igitur mobile spiritum motivum arguit, quippe quod sibi motum imprimere nequeat.

³ *Anstreichung von Quo bis* obscurassent.

[p. 65 sq.] §. 5. Praeterea si Extensi naturam, vel ex claris cognitionibus, vel certis experientiis perscrutari velimus, nihil ei praeter figuram, quietem et motum tribuimus. Mens itaque si Extensa sit, quicquid cognoscit, id extensione figura, quiete, vel motu, simul aut seorsim sumptis exprimit. Age nunc, qua figura, quiete, quo motu, qua extensionis magnitudine, rei cuiuspiam figurae motus, extensionis expertis notionem 5 efformes? Si rem talem neges, cognitionem illius negare non poteris, cognoscendo enim negas, nisi forte quid neges, ac proinde cur neges ipse nescias.⁴ Dixerit forte quispiam, si mente nec extensa, nec figurata, nec mobili res extensas, figuratas, et motas exprimimus, cur non e contra extensio inextensi imaginem referat? eadem enim reciproce dissimilitudo est. Est quidem haec haud gravis 10 objectio, sed non leviter nos tangit qui cognitionem in similitudine quadam, et repraesentatione, seu conformitate cum cognito statuendam putant. Nullam etenim cognitionem futuram ostendit, nisi omnia vel simul extensa, vel simul inextensa ponantur, ecquae enim inextensi, informis, immobilis, cum extenso, figurato, moto conformitas? Quo factum est ut veterum nonnulli apud Aristotelem ex rebus omnibus 15 conflarent Animam, quippe quibus et animum cuncta cognoscere, et simile simili cognosci persuasum fuerat. Recentioribus autem Philosophis non fuit satis cum Antuquis errare, nisi etiam secum ipsi aperte pugnarent. Similitudinem enim quandam (quam quia explicare nequeunt, *intentionalem*, ignoto vocabulo pro more nuncupant) cognitionis cum cognito servant, quamvis similitudinis omnia fundamenta subvertant; quippe qui 20 cognitioni extensionis omnis, figurae, et motus experti, cum extensione, figura, motu cognitis nescio quam similitudinis speciem affingant. Mihi vero, qui cognitionem in nullius similitudinis repraesentatione, sed in sola directione constituam, nil officit argumentum allatum. Non enim inquiri, ecqua effigie Extensum Notionem exprimat Inextensi? Sed ecqua via ad illud dirigat cognoscentem? sane vel figura, vel 25 motu, vel nullo modo dirigit.

[p. 76 sq.] Atque ut de corpore nil sciri posse docuerim, quod Extensi figuram, quietem, motum excedat, eo quod haud alia sint de eo liquida notione comperta, ita quae de incorporeis declaranda sunt, ad nosse et velle revocanda sunt omnia, cum praeterea nihil in natura incorporea perscrutanda detexerim. Quam proinde cognitione vel volitione 30 vel utraque corpori seu praesentia, seu unione, seu actione conjunctam statuatur necesse est,

⁴ *Am Rande*: σοφισμα

qui e notis notitiam fabricare suscipiat; neque quispiam mentis compos alia aut penitus ignota, aut nomine tantum nota adhibere suaserit, quoad his quae sunt notissima uti liceat. Actio vero praeter cognitionem dirigentem, et volitionem applicantem originem nullam postulat. Ecquam enim aliam agendi vim in re cognoscente et volente requiras, 5 vel ut maxime quaeras invenias. Haec quid ad agendum conferant clare perspicimus, neque cum nos ipsi agimus, aliud quam scire quid, et quomodo agendum, et agere velle experiendo sentimus, neque si quam aliam facultatem fingimus, quid, vel quale sit intelligimus. Porro incorporeum in aliud seu incorporeum, seu corpus agendo, eidem praesens dicitur. Ita Deum aut Angelos cum adesse nobis 10 precibus obsecramus, eorundem auxilium postulamus.

[p. 86] Sane rem ullam, aut substantiam quae pereat, omnia undique circumspectando nusquam reperi, neque a veteribus repertam accepi. *Didici*, inquit sapiens, *quod omnia opera quae fecit Deus perseverent in aeternum*. Nam formas illas substantiales ignis, metalli, arboris, quarum strage continuata Philosophi structuram 15 universi concutiunt, ab iisdem confictas, non autem a natura factas invenio. Animalium autem formas non desitione sed dissipatione, uti domus, aut corpus aliud in hoc mundi statu destrui, postea docebimus. Neque enim orbis architectum tanti operis contemplatione detectum, tam imperitum fuisse videbimus, ut substantias, id est, aedificii pulcherrimi membra, subductis aliis, aliisque suppositis, 20 momentis singulis permutaret.

[p. 88] §. 25. Proferamus igitur aliquid et notum, et obvium, tum omni et soli cognitioni conveniens. Eam igitur neque in similitudine, effigie, aut repraesentatione, sed in directione constituo: omnis enim cognitio tam sensus, quam mentis seu humanae, seu angelicae, seu divinae cognoscentem dirigit, atque e directione velut e prima stirpe 25 cognitionum omnis varietas, proprietatesque multiplices propagantur, eaque res omnes carent quae cognitionis expertes esse censentur.

[p. 97 sq.] Ac si quas in animam tempus seu corporis motio vires haberet, in eam potius conjunctam quam disjunctam extereret, id est applicatam facilius quam separatam extereret. Neque enim alio modo *tempus edax rerum* intelligitur. Nam quae lue occulta, 30 ideoque errore vulgi innata tabescunt, ea corporis alicujus, quae sub sensum haud cadit arcana motio, veluti lima surda consumit. At incorporeum ab externo tempore intactum, fortasse proprio paulatim arroditur. Ei porro praeter existentiae ipsius fluxionem, aut cognitionum, et volitionum aliarum ex aliis propagationem assignari quid potest quod temporis, aut aevi vocabulis designetur? At ab his quid timendum? neque minus innoxius 35 quicunque durationis Modus affingitur.

[p. 98 sq.] Sed quid vetat, inquires, quin esse illud animae, quod supra descripsimus, modum quendam corporeum complectatur? Nititur enimvero in vetitum, qui talia quaerendo, quid ratio, quid communis intelligentia vetet, aut jubeat flocci a se fieri plane demonstrat. Motune, figura, vel quiete quispiam rem ullam ad ea quae a loco, tempore, atque omni proprietate corporea, non ut abstracta tantum, sed ut aliena noscuntur, dirigi 5 et inclinari; atque insuper ab iis quae corpori consentanea sunt deflecti, averti, avelli cogitet? At anima forte partibus conflata dividuis dissoluto corpore dissipatur, dum singulae singulis corporis dissipati particulis adhaerescunt. Verum in quo Esse quoddam tam sublime, tam liberum experientia teste comperias, illud corporis veluti carceris aeterni vinculis nullo jure constringis. Num animam eo magis ingenio, et virtute 10 vigentem, quo magis in seipsam collectam, et a corpore abstractam, in frusta scindendam putas, ne pulvisculis, aut Atomis abjungatur? Quae sibi tot, et tanta cogitando, et cupiendo proposuit, tantillis et talibus non carebit? Animalia⁵ quidem cum haud alia quam quae corpori consentanea, et connexa sint intueantur, eorum animas, quamvis ut sentiendi vi praeditas incorporeis ascribam, tamen ut nullum Esse non corpori infixum, et 15 immensum ostendant, ita nihil est quod ab eo disjunctas existere posse suadeat, eo igitur dissipato dissilient, dum dissoluti particulis adhaerescunt. Namque incorporeum corpori naturae legibus prorsus astrictum, illius extensioni virtute sua respondet; itaque prout divisa, vel distincta fuerit corporis extensio, incorporei pariter dividere, et distinguere virtutem cogimur, cum 20 virtutem alteri addictam, neque e seipsa sola ullo modo, vel tempore aptam metimur. . . . Forte quis facilius formas incorporeas corporis dissolutione desinere, quam dividi patiatur. Sed qui Mundum ita condidit, ut non tantum materiae, verum etiam et motuum stabilitati consuleret; adeone parum nobiliori parti totius structurae providit, ut aedificio bene materiato formas caducas et fluxas astrueret, minimamque de maximis curam 25 gereret? Neque si quid aliis rebus inspersione agant, quid utilitatis afferant divinare non liceat; idcirco velut inutiles, et quae conserventur indignas damnari capite aequum fuerit. Suas quaeque vices collectae denuo ut rerum vicissitudo retulerit, obtinebunt, neque naves mari tempestate vel glacie clauso comburimus, nec pace facta arma contundimus, sed bello futuro condimus. Atque opifex hodie 30 instrumento uno contentus plurima in posterum tempus reponit. Ubi mundus sempiterna quiete steterit, quod aliquando futurum infra docebimus, tum formas quae sine motu neque

⁵ *Anstreichung von Animalia bis adhaerescunt.*

actione ulla fungi, nec cognitione deinceps frui poterunt, e rerum natura optimo jure proscribas, veluti si quis congelato in marmor Oceano navigia servari, et nautis stipendia solvi vetaret.

[p. 114 sq.] Audi Aristotelem. *Sentire est quoddam pati*, inferius autem, Actum
 5 coloris in visu receptum visionem appellat. Alibi vero Intelligere etiam in quodam Pati constituit. Augustinus autem saepius speciem ipsam sensationem vocat. Audi D. Thomam. *In parte nutritiva omnes potentiae sunt activae, in parte autem sensitiva omnes passivae*, alibi intellectionem sola informatione, in qua *nulla ratio originis*, comprehendit. Aristoteli consentiunt interpretes Graeci Themistius, Theophrastus et alii fatente Suario,
 10 eademque Alberto, Godefredo, et Gabrieli, aliisque non paucis tribuuntur. Autores abunde habes etiam inter Scholasticos, quibus Mysticos apponere, et vero etiam praeponere haud injuria possis.

[p. 120] §. 51. Unde quod tantopere recentiores exercet, atque inter se diuturna, et nondum decisa lite committit, Ens illud celebre, quod impossibile, et Rationis dicitur,
 15 paucissimis verbis e medio tollitur. Hoc etenim fundamento solo nititur: Cum aliquid id esse, quod esse non potest, ut Hircum esse Cervum seu falso affirmem, seu vere negem, seu suspenso judicio cogitem, aliquid hunc actum terminat; non possibile, ergo impossibile. Hic quasi contestata lite, num mens possibilia tantum adstruat possibilibus, an operi identitatis cujusdam, impossibilis caementum immisceat magnis clamoribus
 20 disceptatur. Dic terminum nullum habere, et confestim *Hi motus animorum, et haec certamina tanta, Pulveris exigui jactu compressa quiescunt*. Quare Nostrates proprietate majore loqui, quam vulgus soleat, de re impossibili didicerunt. Nam, it is a meere notion, notionem meram esse pronunciant. Qua locutione cognitionem quidem afferunt, aliquid autem ei respondere posse negant, et pura puta notione contenti
 25 objectum omne respuunt.

[p. 132] §. 61. Duratio porro cum sit existentia aliquoties producta, momentum erit, ejusdem una productio. Pariterque de Momentis in tempore, ac de punctis in corpore censendum est. Quare si additione puncti penitus inextensi, linea nihilo magis extenditur; neque per momenta quae nullo modo protensa sint, in posterum protendi quicquam

4 *Sentire est quoddam pati*: ARISTOTELES, *De anima*, II, 11, 423 b 31 – 424 a 1. 4 f. Actum . . . appellat: vgl. aber ARISTOTELES, *De anima*, III, 2, 426 a 13–14: »actus enim visus visio dicitur, coloris innominatum est«. 5 f. Intelligere . . . constituit: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, III, 4, 429 a 13–14 u. 429 b 24–25. 6 AUGUSTINUS, *De Trinitate libri XV*, XI, 2. 6 f. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, I, qu. 79, art. 3, ad 1. 8 THOMAS VON AQUIN, a.a.O., I, qu. 34, art. 1, ad 3. 20 f. *Hi . . . quiescunt*: VERGIL, *Georgica*, IV, 86 f.

poterit. Namque universim cujusque generis incrementum, ex illius, cui aliquid generis ejusdem insit, additione fieri infra docebimus. Quo igitur jure postea Atomo cuique minimae extensionem, sine partium vel divisione, vel distinctione daturi sumus, eodem nunc itidem momento cuique brevissimo protensionem quandam in prius et posterius, ratione, non re distinctam damus. Atque adeo punctum corporis, aut temporis nec a mente dividuum, notioni tribuimus non naturae; Ens enim nullum tam minutum existere docturus sum, quin Mens in eo capacitatem quandam, et amplitudinem, atque, ut ita dicam distensionem, inveniatur. 5

[p. 139] Quinimo tempus et motus neque a tempore, et motu velut ab origine prima fluentia, neque ad tempus, et motum velut ad finem ultimum tendentia cogitari queunt; in notione quorum intima prius et posterius inclusum est; similiter neque e Contingentia contingens ut a causa prima nascitur. Nam Contingentia potest non existere, atque idcirco non existentem fingere licet, ut sic autem nihil est, ideoque nec alterius nec sui causa est. Neque etiam Compositio, composito velut ima stirpe nititur, ad aliud enim quod compositi membra compingat, eundum esset. Neque Multitudo a multis, sed uno deducitur. Nam quod primum est, a se est; unde interminatum esse, atque hinc et unum, et insuper simplex esse sequente libro probabitur, ad quem veluti muniendo viam ista jacimus. Obstat enim de causae primae excellentia speculanti vulgaris ignorantia, qua mirantur haud pauci a stante fluentia, ab Incorporeo corpora, a summo bono non optima derivari. Nam e causis effecta, velut aquam e fonte, ideoque similia manare autumant. Atque errorem vulgi, Philosophia vulgaris quem extirpare debuerat, dum causam introduxit Univocam, stabilivit; nam si forma ignis alios sibi similes et pares efficiat, effectis causae non excellunt. 15 20

[p. 164] Itaque res ipsas a voluntate Dei necessaria proxime emanare, libere tamen, non necessario contendunt, haud secus atque ipsae volitiones, non aliae actiones a voluntate nostra procedunt. Deus igitur non est indifferens ad volendum, sed tantum ad agendum.⁶ Hoc quoque non nemo concedit. Sed primo sine causa, nam velle, et agere inter se confundere potuisset. deinde sine fructu. extraneorum enim productio effectus est libertatis, non exercitium. De nobis e nobis ipsis experientia intima, de Deo e sacris literis interpretatione propria et clara colligimus. Omnia quaecunque voluit, fecit. 25 30

[p. 182 sq.] Adverte nunc animum aliorum, ut quid generatio sit capere possis. Et primo loco, viventium, ac proinde animantium tantummodo actio censetur; nam in his

⁶ *Am Rande unterstrichen: Herice*

solis facultas incorporea, motionis intraneae operatrix, inhabitat, atque idcirco motiones illae solae, quae ab ea facultate procedunt, vitales proprie dicendae sunt. . . . *Principium* igitur *conjectum* in generatione animantium, et hominum, haud exakte mari congruit; neque actio foeminae, quippe quae neque unionis, aut formae productione agat, ut ex iis
5 quae late diximus facile constat; neque etiam seminis proprii in uterum, aut locum ullum qui conceptionem adjuvet, immo nonnunquam absque illius immissione, aut emissione, eaque proinde nunquam necessaria, eodem Herveo Anatomicorum peritissimo, verique studiosissimo testante, concipiat. Quamvis autem actio omnis haud absit, ea tamen haud tanta est, quin foemina toto conceptionis ordine sit patienti quam agenti similior. In
10 partus autem effusione, musculorum connisu contra accidit; pariendi nihilo secius enixus, aut actio ad foetus prolationem potius quam generationem attinet. Haec enim potissimum semini maris ascribitur; quod quia e sanguine factum est, qui corpus undequaque circumiendo, et membra singula, vel perfectus, ut pleraque; vel nonnulla cum necdum plene coctus, et tinctus est, nutriendo; omnium in se uno particulas
15 collectas habere noscitur; et ipsum proinde semen e cujusque generis partibus constare liquet, ideoque totius corporis, ut Chymici loquuntur, Quintessentia, id est Essentia pura et contracta, vel pars totius instar, quod alterius totius causa sit, dici poterit. Id autem translatum in corpus faemineum, in matrice quidem subito non recipitur, nedum receptum mox in coagulum constipatur, cum eo pervenire non posse in quibusdam
20 evidentissime, in reliquis probabilissime Herveus idem ostenderit. Quoniam autem seu intromissum seu secus, paulo post evanuisse compertum sit, in partes vicinas agili, spiritosa, et ignea subtilitate penetrasse putandum est; easque dum permeat, atque percurrit, corpuscula suis similia, ideoque ad similem motum accincta, aliaque his annexa; et rursus alia quoque procul continuatione sequentia, in uterum congregat,
25 convocatque; eaque cum illis quae postea affluunt in faetum utrique parenti similem, utpote ex utriusque delibata substantia coagmentatum, motu artifice fingit, et format. Et quia e sententia nostra in hoc opere, ut in aliis alibi, res nulla producit; partium vero congeries ex universo utriusque parentis corpore decerpta, totiusque vi praedita, ejusdemque vicaria communicatur, faecunditatem hic substantiae quasi totius
30 communicatione vides exercitam; eoque magis in Animantibus quae animam una cum corpore seu facultatulas incorporeas corpusculis affixas tribuunt.

[p. 191] Quare⁷ nihil ineptius excogitari potuit, quam ea re Deum Omnipotentem dicere quod Omne, quod antequam existat, Essentiam nulla proprietatum pugna

⁷ *Anstreichung von Quare bis efficere.*

distractam habeat, possit efficere. Propius rem attingit Augustinus, *Non ob aliud*, inquit, *Vocatur Omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest*.

[p. 211] Nihil⁸ igitur de Mundo deliberanti putandum est occurrisse, a quo huic Homini vel Angelo periculum nisi perleve futurum esse ullo unquam tempore videretur.

[p. 222] Porro Deum factum Hominem Christum vocamus; quoniam vero unus, et 5
idem est Deus et homo, Divinitatem inter et Humanitatem unionem, qua unitas innitatur ponere necesse est; quae si naturas coniungendo confunderet, ut divina in humanam, vel haec in illam, vel utraque in aliam ab utraque diversam, et ex utriusque refractae atque a priore conditione deflexae, ut in iis quae ex elementis fiunt accidit, permixtione concretam versa putetur; neque ipsa Divinitas, nedum Humanitas illibata, integra, et 10
inconcussa persisteret, neque ipse Christus, vere, et proprie, vel Homo, vel Deus dici posset, quippe cui neutrius vera et integra natura suppeteret. Ut Eutychetis errorem, et Dioscori non minus a ratione quam fide abhorrere cognoscas. Monothelitarum quoque pariter, seu volitionem in Christo unam, seu voluntatem ponentium, neque enim una volitio cum voluntate duplici, nec voluntas una cum duplici natura volendi 15
compote ullo modo cohaeret.

[p. 223 sq.] Quare cum audias unus, et idem est Deus, et homo, Tu es filius hominis, et Filius Dei, ego sum Deus, et homo, Non alius, sed aliud in Salvatore est Deus ab homine, personam unam significatam vel ex usu Grammatico discas. Deum autem et hominem Esse quid unum, vel Divinitatem ab humana natura non distingui nusquam 20
legitur, neque ratione ulla intelligitur. Unam autem esse utriusque Personam non modo legendo comperias, sed intelligendo cognoscas. Propone tibi Christum eo modo agentem, quicquid agat humanitas, id simul agat opera conjuncta divinitas, ut ab utraque proxime et simul actio procedat. Haec autem cogitantem si quispiam interpellet, et roget, Quis agit? Respondebis utique, Deus agit, Homo agit, sed ita ut uterque sit unum agendi 25
principium, sed enim agendi principio actio tribuitur, cui vero actio tribuitur, id Suppositum, vel Hypostasis nominatur: unum igitur agendi principium, suppositum unum, ideoque hoc loco personam unam denotat, namque a persona suppositum in natura rationali non differt. Quod si utraque natura constanter operam hoc pacto conferat, unum ex utraque operandi principium, sive una persona constabit. Tum actio quaelibet 30

⁸ *Anstreichung von Nihil bis videretur.*

erit illustris, eximia, admirabilis, in summa talis erit qualem a Deo praestari deceat, qualemque sibi non pudeat assignari, atque illius insuper dignitatis et pretii aestimabitur, qua aestimatione censi divinae debeant actiones. Erit etiam Theandrica seu Deivirilis actio quam Patres ubique postulant, eamque licet Humanitas simul cum Divinitate
5 depromat, si tamen efficientiam humanam cum divina conferas, cum Oceano guttam aquae componis, Hypostasis autem ad efficiendi principium refertur. Itaque cum efficientia humana Divinae composita velut absorpta et obruta videatur, haud obscura est ratio quae Patribus persuasit, ut divinam tantum Hypostasim Christo tribuerent, et naturam humanam personalitate propria spoliata dicerent. Illi quippe
10 principio tanquam Hypostasi actio ex usu sermonis communis ascribitur, in quo et dignitatis et efficacitatis amplius cernitur. Unde subsistentiam illam, quam vocant Positivam antiquis et Patribus et Philosophis ignotam, fideique probrosam abjicias.

§. 2. Lege Cyrillum Nestorii errorem debellantem, lege Rusticum Diaconum accurate sane et subtiliter de Christi persona disputantem, nihil occurret quod de invento
15 novitio suspicionem afferat, a Damasceno vero et Leone palam exploditur.

[p. 246] Ego carnem et sanguinem ex elementis quae consecranda ponuntur, facta, discrimine tam manifesto distinguo, quam inter se aquae, oleique substantia distinguatur. Extensum etenim ea partium figura, magnitudine, connexione praeditum, ut aptum sit agere et pati, ac speciatim sensum certo modo percellere, id ego substantialiter carnem
20 appello; alio quodam modo constitutum sanguis est, itidemque de peculiari et specifica corporis cujusque natura censendum. Jam quia ea panis et vini mutatio facta est, ut ex singulis cujusque particulis sanguinis guttula, carnisque portiuncula sit constructa; vel si necesse sit, corpusculum omni membrorum varietate formatum, palam est Christum parte qualibet totum contineri, non modo quoad divinitatem, et
25 animam singulis copulatam; verum etiam quoad carnem, et sanguinem ad substantiae modum, vel naturae considerata; nam aqua e notione substantiae, non quantitatis accepta in gutta minutissima tota consistit.

[p. 250] Theodoretus enim si accidentium cumulum vocat substantiam, cur figuram adjungit quam tu accidentium acervo semper accumulas? Gelasius autem Papa e
30 Sacramento velut imagine, duas in Christo naturas distinctas eruit. Sin autem substantia panis sola accidentia in Sacramento significat, haud amplius Christo extra Sacramentum, quam humanae naturae accidentia, ex hoc similitudinis argumento tribuit. Papam appellavi Gelasium, licet Baronius renuat, Bellarminus dubitet, quia hunc ei Librum S.

30 GELASIUS, *De duabus naturis in Christo*. 33 C. BARONIUS, *Annales ecclesiastici*, Bd 6, Antwerpen 1658, S. 516–520. 33 R. BELLARMINO, *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus*, Köln 1645, S. 157–159.

Fulgentius coaevus adjudicat, neque quicquam tanto Pontifice indignum continet. Qui cum Christum in Sacramento similitudinem esse et imaginem Christi extra Sacramentum, veluti rem notam et concessam assumat, utrobique corpus idem ipsissimum non esse demonstrat; itidemque Hieronymus cum carnem spirituales, et divinam in Eucharistia a crucifixa distinguit, Augustinus etiam, *Non hoc corpus* inquit, 5 *quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigent*. Alibi vero aliter loquens citatur. *Hoc accipite in pane quod pendit in cruce*. Sed omnia facillime conciliantur. Corpus est idem quia eidem animae, et Divinitati unitum, non est idem ipsissimum quia ex alia corporea massa constructum. 10

[p. 251] Pani, et vino transmutatis conjungatur Divinitas, ex iisdem Christi corpus et sanguis efficitur, non autem corpus quod in coelis est eorundem loco subjicitur; dumque corpus illius in nostrum, facultate nutrice vertitur, haud paulo majore sermonis proprietate concorpores Christi dicimur, quam si mox corruptis in ventriculo accidentibus, e corpore nostro quod neque ingressu quidem 15 tetigit, evanescat.

[p. 253 sq.] Longe vero absurdissimum est, sensum potius quam rationem cum fide conciliatam velle. Sic enim argumentantur Haeretici. In Eucharistia Panem sensus ostendit, Christum fides; simul ergo sunt Panis et Christus; cum ratio duo corpora simul esse non posse demonstret: Neque ipsi quicquam afferant quo id fieri 20 posse ullo modo persuadeant, neque vel minimum subtilitatis aut probabilitatis exhibeant, quo corpus aliud in aliud penetrare, vel etiam idem contrahi aut laxari queat.


[p. 255] §. 25. Sed juvat audire sectam saginae corporis mortalis intentam, de immortalis gloria disserentem? Agite viri subiles, ingenii quo polletis acumen expromite; Philosophiae vos, non modo fidei Reformatores ostendite. Vestra quidem 25 sententia hebes est Aquinas, obtusus Scotus, nihil aculeatum in Ochamo, nervosum in Halense, in Durando reconditum; nostri tantum loquaces, vos soli sagaces, horum scilicet inficeta volumina, ubique spernenda, alicubi etiam in publico comburenda putastis.

[p. 261] Namque ubi imperiosa voluntas sibi, potestatem imperii prope totam 30 arrogat, confestim velut ex edicto praetorio, *sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas*, agitur; atque ignorantia coeci, ab iis quos excaecavit ambitio, in angustias, et angores maximos, praecipites aguntur. Hoc loco nimirum *latet anguis in herba*, qui non unam

1 FULGENTIUS RUSPENSIS, *Epistolae*, XIV, 19. 4 f. HIERONYMUS, *Commentarii in IV epistolas Pauli*, in Eph. I, 7 (PL 26, Sp. 480). 5–7 *Non . . . crucifigent*: AUGUSTINUS, *Enarrationes in Psalmos*, 98, 9. 7 f. *Hoc . . . cruce*: AUGUSTINUS, *Sermones*, serm. 228 B. 31 *sic . . . voluntas*: JUVENAL, *Satirae*, 6, 233. 33 *latet . . . herba*: VERGIL, *Eclogae*, III, 93.

Eurydicen, sed animas innumerabiles demisit ad inferos. Incredibile dictu est quantum calamitatis et stragis, opinio una fecerit, quae legem voluntate potius quam ratione metitur; quam Deus invalescere Mortalibus iratus quando permisit, de eo tunc si unquam dici poterat, *Induxisti nos in laqueum,*
 5 *posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.*

[p. 315–317] §. 38. Atque ut argumentum hoc licet clarissimum, si fieri possit clarius, aut saltem quorundam captui accommodatius evadat. Ponatur recta *AB* in



infinitum extensa, cum qua altera infinita *AC* tertiam partem anguli recti constituat, ut facilitatis tantum, non necessitatis causa triacula nascentur aequilatera; ubi extrema singulorum, qui infiniti sunt, palmorum singulae rectae conjunxerint, quae proinde se mutuo palmo superant, erit enim prima *ED* palmaris, secunda bipalmaris, atque ita deinceps incrementum accidet. Ex his igitur aliae quidem palmos finitos, aliae⁹ continent

15 infinitos, seque invicem ordine nec confuso, nec interrupto sequuntur. Deo igitur, a quo figuram hanc factam ponimus, quippe omne quod facit scientia dirigente, hoc est singula distinguente, ordinante, et definiente perficit, nihil hic confusionis aut obscuritatis apparet; videt itaque finitam ultimam, et quia ad singulos laterum palmos transversam annexuit, unius tantum palmi interjecto spatio, aliam utique inveniet,
 20 quippe quam ipse posuerat, quae finitam maximam unico palmo superet, ideoque fit finita pariter et infinita. Hanc Deo scientiam tollere, stolidissimae impietatis est. Neque opus est ut triangulum ad Geometriae normam exigatur: nihil enim huic demonstrationi obest exigua Physicae et Geometricae figurae diversitas. Quare non pudet nonnullos Infiniti patronos demonstrationi tam clarae manus dare; sed sententiam haud deserunt,
 25 quod haud leviora Adversarii in rebus, quae esse possunt, rerumque negationibus patiantur incommoda. Neque quenquam reperio, etiam inter eos qui quamcunque opinionem casu, vel consilio, vel etiam, ut saepe fit, solo contradicendi studio arreptam mordicus tenent, qui Infinitum non penitus profligatum agnosceret; nisi contra, densa opinionum passim in scholis receptarum acies invaderet, quae quamdiu steterit, tamdiu
 30 Infiniti propugnatores vinci nequeunt, Nullum enim telum hostile recipiunt, quod pari vi in hostes non retorqueant, praeter ea quae ex

⁹ *Darüber*: imo nullae

armamentario proprio depromunt. Quare si quae objici soleant argumenta, opinionibus falsis, nulloque fundamento subnixis deducta monstravero; id omne in quo numerus infinitus existat, e rerum consortio, omnium suffragiis relegabitur. Neque necesse erit ut in numero infinito, totum parte non esse majus ostendam, eo quod infiniti semissis, vel alia pars certa infinita sit, et quodlibet infinitum infinities infinita contineat, 5 quo nihil majus fingi queat; ac proinde in exercitu infinito, qui ex Centimanis Gigantibus conflatus esset, haud plures manus quam Milites numerandae; aliaque permulta quae in eandem sententiam eidem argumento non roborando, sed ostendendo tantummodo proponantur ad pompam, consulto praetereo; nam vel axioma totius et partis ad finita restringent, vel toties infinities infinitum aliud alio magis, aut minus infinities infinitum 10 repetent,¹⁰ ut periculum sit ne hac verborum caligine, veluti periclitantes apud Homerum Heroes circumfusi nebulo subterfugiant. Quae vero supra attulimus tam clara sunt atque perspicua, ut nec quenquam lateant, nec cuiquam in illis latibulum pateat.

[p. 318] §. 40. Restat eas nubes dispellere, quae repugnantiae Infiniti sua luce clarissimae, obscuritatem summam, et tenebras offundant. Ac primo loco occurrit 15 tenebricosum illud Entium genus, quod Negationes appellant objectivas; quorum quia tanta est, quanta rerum quae non sunt, esse tamen possunt, multitudo; haec autem ex opinione communi, nullo fine claudatur, sit ut etiamnum, non modo ante mundum conditum, earum infinitus existat numerus, ac proinde haud minus in negativis, quam positivis, Infiniti numeri laqueis impliceris. Non enim ex mole, sed multitudine 20 argumenta ducuntur. At negatio numeri, inquis, non est numerus, sed contra non-numerus, fateor. At negatio Elephantis una cognitone distinguitur, negatio Cameli altera, itidemque deinceps; quae vero Numerum numerantem seu cognitiones singulas sigillatim terminant, ea sane Numerum numeratum constituunt. Meminisse debueras ea praecipue ratione Negationes inventas, ne cognitionibus quibusdam objecta deessent: habent igitur 25 esse quod vocant objectivum, id autem perinde Numerantem distinet, ac si in summo Entis positivi gradu consisterent. At esse Negationum, est Non esse rerum, quorum autem esse, est Non esse, ea Nullum esse possunt habere, Recte mea quidem sententia, sed qui Negationes tuentur, Esse negativum, ajunt, Positivorum non esse ita censendum, ut ipsis suum quoddam Esse Negativum constet, quod non sit solum cognitionibus 30 terminandis, sed rebus majoribus praestandis idoneum.

¹⁰ *Am Rande*: infinitum non est unum totum

[p. 334] At si in partem alteram cogitando deflectas, quaeque adversus fidem Philosophia vulgaris argumenta suppeditet, quae plura locis pluribus indicata sunt, in mentem revocando consideres, vereor ne lucem priorem a posteriore non leviter obscurantem existimes: immo ne quispiam ex Epicuri grege, quem voluptas a Pietate
5 reddiderit alienum, rationibus quae fidei adversentur, Evidentiam plusquam Moralem adjudicet. Namque, ut alia sileam, si¹¹ Pronunciatum hoc, *Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, non rebus tantum, sed et rerum Modis, uti solet, accomodetur; deque distinctione, more communi e verbis contradicentibus judicetur; eademque, sensu vulgo recepto, velut axiomata claritate Metaphysica, id est summa, aut certe longe plus quam
10 Morali, conspicua venditentur; haec autem Deo Trino et libero non nisi misere truncata et distorta perspexerit applicari: eccui obscurum est in quantum discrimen, hoc hominum genus, id est, generis humani partem maximam, Philosophia communis adducat, ne infidelitatem fidei non modo ut licentiae magis indulgentem, verum etiam ut potiore subnixam ratione praeferant.

[p. 335] §. 52. At firmitus rebus a fide propositis adhaeremus, quam aliis quibus Evidentiam Moralem haud minorem inesse cernimus. Id quod a ratione cuiuspiam alienum videri queat. Et mihi quidem ne fieri quidem posse videtur, si adhaesionis firmitas, quod multi sentiunt, in ipsius intellectus assensione ponatur. Fingunt enim intellectum ex apprehensionibus primis, veluti partis utriusque testimoniis auditis, ad exemplum iudicis
20 ferre sententiam, et nutu quodam alteram alteri praeferre; adeo ut iudicium ab apprehensione prima non amplius videndo sed annuendo discrepet: quare cum nutus ille claritatis augmentum non contineat, ei voluntatis imperio firmitatis plurimum, et soliditatis accedere posse non dubitant. Caeterum isti rerum notiones, quo nihil in Philosophia turpius, hoc loco, ut alibi, faede permiscent, animaeque volentis
25 caecitatem intelligenti, seu videnti tribuunt. Quid nam est intelligere rem sic esse, nisi videre sic esse? vides autem sic esse si hoc tibi magis quam illud apparet; si paulo magis, vocatur assensio parum firma; si multo, firmior; si prope nihil in opposita parte cernitur, firmissima appellatur. Nihil igitur opus caeco nutu iudicium a primis apprehensionibus internoscere.

[p. 344 sq.] Ego vero sicut Euangelio non crederem, nisi me Catholicae Ecclesiae commoveret autoritas; ita nec Ecclesiae ipsi Catholicae, licet haud obscuris veritatis indiciis illustratae, fidem tam addictam, tam mancipatam haberem, nisi me prudens, et

¹¹ *Anstreichung von Quae sunt bis praeferant.*

pia de divina veritate persuasio confirmaret. Movent quidem praedictiones, atque prodigia; movet doctrinae antiquitas, puritas, unitas, efficacitas, multorum etiam sanctitas excellens, et explorata commovet. In his quidpiam apparet quod Deum Authorem deceat, quodque artem et industriam humanam superet, et singularem ejus de hac Ecclesia prae caeteris curam ostendat. Caeterum nisi eum non modo ab erroris periculo, sed et a fraudis ullius specie alienum putarem, nisi veracitatem illius cum bonitate commixtam esse censerem, ut neque falli per ignorantiam ipse posset, neque genus humanum per incuriam falli vellet, nihil in Ecclesiae signis, licet in seipsis spectata probabilitatem haud vulgarem prae se ferant, tam clarum, tam necessarium, tam indubitatum cernerem, in quo animo sedato, et securo conquiescerem. Sed tenet et firmat divina veracitas, quae non modo falsum testari nequeat, sed neque errorem iis veritatis insignibus ornatum spectare velit, ut passim homines vel in maximis rebus errare, vel impie et insipienter agere debeant. Neque enim pius aut sapiens religionem, quam tam illustria pietatis et veritatis argumenta commendunt, aspernabitur.

[p. 354 sq.] §. 64. Id vero quod de errore pronuncias, ex Amphibologiis humanis, haud indecorum esse nunquam evinces. In his etenim, in quibus nonnulli turpissima docent, et agunt; quicquid honestum, et rectum est, id omne ad defensionem necessariam revocatur. Deque iisdem quod de Mendacio Origenes cum Platone statuit, dicendum est. *Deo quidem indecens, et inutile, mendacium, hominibus vero quandoque utile, et necessarium, ut eo tanquam medicamento utantur*, vel Abbas Joseph apud Cassianum *Mendacio utendum tanquam Elleboro, quod sumitur eminente aliquo exitiali morbo*. Qui quidem licet errent, si forte mendacium proprie sumptum aliquando licitum esse sentiant, quod reipsa nunquam necessarium est; in eo tamen recte judicant, quod quae ad deceptionem spectare videntur, lege solius necessitatis excusent, ideoque a Deo magis quam homine aliena declarant. Quod si Christus qui Deus est. *Ego non ascendam ad diem festum hunc*, ascensurus tamen dixerit; non ideo ne Deus animo habitum fallentem ingerat, aut fallaces Ecclesiae notas aspergat timendum est; erat enim Christus et Homo, atque ut alia facere, etiam ei pericula, hominum more, vitare, nosque remedium exemplo docere placuit. Nihil autem a Deo versute, et subdole Prophetis dictum invenies; nam quod obscurum, aut ambiguum videri potest, illud vel celatum voluit, vel explanandum Ecclesiae decretis, aut rerum eventis tradidit. Nec quae Scriptura a quibusdam facta, vel dicta narrat, eadem nobis facienda vel dicenda

20 f. *Deo . . . utantur*: vgl. ORIGENES, *Commentarii in Epistolam ad Romanos*, III, 1 (PG 14, Sp. 923–926); PLATON, *De republica*, 382c–d. 22 f. *Mendacio . . . morbo*: vgl. JOHANNES CASSIANUS, *Collationes*, XVII, capitula u. cap. 17 (CSEL 13, S. 464 u. 475). 26 f. *Ego . . . hunc*: Joh. 7, 8.

praescribit. Sed de arte ista veteratoria copiose alias disserendum; quamque a prudentia Christiana, verum etiam Civili remota sit exponendum; quam probrosa, quam perniciosa, quam plena tum malitiae, tum stultitiae sit, declarandum; quid fallaces inter, et mendaces intersit, mendaci virus intimum perscrutando, docendum; atque hominum inter homines
5 societati, fideique Catholicae dignitati, omni ope, atque studio consulendum. Quod ad calamitatem arcendam aliquando conceditur, illud aliqui ad utilitatem humanam procurandam, et quod turpius est, ad gloriam divinam propagandam, haud minus frequenter, quam impudenter adhibent. E re communi, vel gloria Dei foret hunc civem alibi vitam degere; fraudibus ergo, fictisque
10 promissis, et minis, ut in exilium ipse proficiscatur inducam? Quid enim? Error est tantummodo Malum physicum. Perinde alius dixerit Bonum est uxorem, et filias domi manere, illis igitur crura suffringam. Claudicare quidem malum est, sed tamen physicum, et genere quoque minus, corporis enim non animi malum est. An tibi juris amplius in animum, quam corpus est? Hoc distortere non licet, illum licebit?
15 Magisne os ictu confractum, quam ratio dolo perversa dedecet? nisi forte decorum, visu potius quam intellectu metiendum putes. Si quis tibi mentis aut domus arcana per metum, aut fraudem injuste rimetur, illum fas est silentio semper, et nonnunquam occulta arte frustrari, velut alium qui ferro viscera scrutari velit, tum fuga declinare, tum etiam aperto Marte repellere: Quempiam vero tam fraude, quam ferro
20 aggredi nefas est.

[p. 355 sq.] §. 65. Habitum, ais, ab actu falso, maloque relictum, conservat Deus, et solus quidem, quia actus producens evanuit, eum igitur solus producere potest. Consecutionem immerito quidam negant, eo quod res producta conservationem a causa universali exigit, ad quam pertinet rerum exigentiae non deesse; propter
25 quam etiam, ex illorum sententia, ad actum malum operam conferre potest, et debet. Nihil est tam avium, atque ab omni probabilitate semotum, quo incautos principia falsa non ducant. . . . Quod corpus humanum ad malum, et falsum inclinet, primis parentibus, qui illud veneno prohibito corruerunt, imputes. Nihil enim Deus agere decrevit, sed neque futurum praevidit ante decretum, quod tam pravam corporis structuram
30 efficeret. . . . Principium vero alterum, quod falso statuitur, est falsa Modorum Notio, quos velut Entia subjectis affixa cogitant; unde factum est ut iisdem, tum producendis, tum conservandis operam divinam flagitent: sin autem quid inter rem, reique affectionem intersit didicissent, nunquam habitum, nedum actum malum, aut falsum, Deo vel soli, vel simul cum anima producendum, aut conservandum dedissent; neque Modum ullum, nisi
35 generis omnino excellentis, ab eo immediate fieri, vel necessarium, vel decorum censuissent, neque de ullius interitu, priusquam contrarius invaderet, timuissent. Modos anima,

quos vi sua facit, aut recipit, ipsa custodit. Nam si quam a peccato nunc puram, conservatam a Deo finxeris, paulo vero post ab eadem actum malum vi sua citra cooperationem, uti fit, divinam elicitum, nihil opus est actionis conservantis augere virtutem; neque magis si qualitatem ad malum inclinantem fingas infusam, quam vi naturali perinde retineri, ac recipi posse liquet; quocirca neque actum, neque habitum 5 malum Deo conservanti tribuere facile discas, dummodo Logicorum ineptias dedoceri queas.

[p. 357] §. 66. Nisi forte quia actio effectum, sicut cognitio objectum putatur attingere, et meta quaedam utramque terminare videtur; propterea limitem, ac veluti lineam discriminantem in effecto, vel objecto, imaginatione vana signaveris, quae partem 10 tactam ab intacta distinguat; ex quo phantasiae ludibrio nata est de praecisionibus quaestio percelebris, argumentis huc illuc nugatoriis agitata, color, aut animalitas attingitur, albedo, aut rationalitas a cognitione non attingitur; similiter hoc loco, animae substantia ab actione conservante attingitur, modus non attingitur; vel hoc cognitionem, et actionem terminat, illud non terminat, ergo distinctio concedenda: et Physicam 15 quidem, actionis tactu Physico et reali; minorem autem, quae aut virtualis, aut ex natura rei dicitur, cognitionis tactu quodam leviores, sive intentionali colligunt. Et vero distinctionem Physicam ab adversariis, etiam actionis tactu Physico extorserunt, qua et modorum tanquam Entium notionem pravissimam invexerunt; unde habitum, actumque peccati a Deo, velut Ens producendum esse concludunt, 20 aliaque permulta, quibus, ut saepe vidimus, Philosophiam prope totam, et Theologiam obscurant.

[p. 358 sq.] §. 67. Sed extorquendum est telum quod restat unicum quo veracitatem divinam impetant. Potest, inquiunt, Deus rei, quae non est, oculo speciem imprimere, qua non minus quam habitu in errorem impellit. Unde nosti? Non quia majora potest, 25 nam quod minus est, forte dedecet: Potentiam vero divinam perinde turpitudine carere, ac magnitudine pollere censendum est. Ac ex mea sententia in Eucharistiae Sacramento, divinitas una cum humanitate tales in visum radios immittit, quales a pane, qui jam non est, sed caro factus est, manare solent. Fateor, atque insuper cum D. Thoma profiteor, quando Hostiae consecratae species prodigiosa, et aliena cernitur, 30 id non tam visi, quam visus immutatione contingere; quod licet ope Dei singulari fieri concedam, nos tamen a Deo in opinionem falsam flecti pernego. . . . Certe cum discipulorum oculi tenebantur ne in via Christum agnoscerent, id non a fallace specie quam illorum oculis Christus infuderit; sed a nebula, vel caligine quam Daemon offuderit, profectum asserit Augustinus. 35

[p. 359 sq.] Constat enim numero, loco, situ, magnitudine, figura, distantia persaepe, et in aliquibus semper fallere. Tum licet affectionem sensus percipiat, quid tamen, et quale sit quod affectionem pariat, judicare non potest, ad ratiocinandum tantummodo excitare, ratiocinando vero conclusio tantum conditionalis infertur. Nam
5 Tobias Raphaëlem hominis prae se speciem ferentem intuens, licet nihil singulare vidisset, quod dubitationem afferret; rationem tamen generalem anticipatam animo retinebat, quod multa possint virtute divina, vel angelica, aliter apparere quam sint; ac proinde nihil amplius quam, apparet homo, ergo est, nisi quid extraordinarii subsit, consecutione legitima concludebat: Hanc autem iudicii suspensionem,
10 conditionalem, virtualiter saltem, et implicite, ut loqui soles, negare non potes: nam interrogatus quispiam in re simili, an res aliter quam sint apparere queant, statim annueret.

[p. 360–362] §. 69. Sed qui statum naturae purae, non minus ad falsum, et malum pronaе finxerunt, quam quod in hac corruptae conditione
15 sentimus, iudicium in nutu, et falsitatem in ejusdem difformitate collocant; cumque a specie fallace vel necessario sequi, vel non sine temeritate suspendi autumant; hancque a Deo speciem, et opera singulari, et sine ullo erroris antidoto, immitti posse non dubitant; eidemque actum tam falsum, quam malum, nobiscum una producendum, utrumque vero habitum conservandum et soli, et e lege communi tradunt; jusque
20 Dominii, reliquarum perfectionum obliti, et caecum, laxumque *Non implicat*; communis etiam hominum sensus immemores, ad innocuum aeterna carnificina mactandum; ad nihil non portentosi sinendum, et agendum extendunt, Erroris item faeditati, mali Physici fucum illinunt, neque amphibologias defensionis necessariae, et rarae cancellis includunt, sed in omnes partes usus vitae, effrenata licentia grassari jubent; haec inquam,
25 hisque similia qui docent, quo pacto veritati, Bonitatieque divinae, et signis Ecclesiae consulant, ipsi viderint; immo ut omnia undique circumspiciant, remedium nullum invenient, sed Ecclesiae notas haud dubie suspectas redderent, fideique fundamenta concuterent, si pares ad persuadendum, ac vociferandum vires haberent. . . . Forte Deus vel jure Dominii, vel peccati originalis merito, vel utroque, nos ab Ecclesia falli
30 sinit, hoc etenim non implicat, ac proinde non dedecet; implicaret enim si dedeceret; cur autem id fieri negent, quod haud indecorum factu concedo? . . . Ita qui idem simul esse, et non esse dicebant, eos aliter sensisse demonstrat Aristoteles, quia nec puteum in via declinaret, qui se cadendo non cadere judicaret. Neque parum saepe contingit, ut quid sentiamus, aut velimus, non modo quid sentire aut velle oporteat ignoremus. Idque
35 eorum, qui scrupulosi dicuntur, usu cognoscitur; quibus affines videntur Dialectici; utrisque enim accidit, ut nimium disputando, et ventilando, phantasmata velut excitato fumo

mentem obscurent, ut ne decreta quidem propria, aut sensa dijudicent. Augustinum haud puduit ignorantiam eloquendi sensa, vel discernendi fateri. *An forte, inquit, nescio, quemadmodum dicam quod scio? Hei mihi qui nescio saltem quid nesciam.*

441.AUS UND ZU BARONIUS, MANUDUCTIO

[1680 bis 1684 (?)]

5

Überlieferung:

LiH Marginalien, An- und Unterstreichungen in VINCENT BARON, *Manuductio*, 5 Bde, Paris 1665–1666: Leibn. Marg. 210.

L Auszug mit Bemerkungen aus VINCENT BARON, *Manuductio*, Pars 3, Paris 1666: LH I 20 Bl. 346. 1 Bl. 2°. 2 S. (Unsere Vorlage für 441₂.)

10

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 291 f. (Teildruck von *L*).

Leibniz' Behandlung der Schriften von Baronius (N. 441) und Fabri (N. 442) dürfte in engem zeitlichem Zusammenhang erfolgt sein. Besonderes Interesse zeigte Leibniz dabei für die von Baronius in seiner *Manuductio* behandelten Fragestellungen zur aktuellen Probabilismusdebatte (Teil I), zu *Theologia, mores ac jura* des Dominikanerordens (Teil IV) sowie zu den Fragen der menschlichen Freiheit und der göttlichen Gnade (Teil III). Für letzteren liegt ferner neben An- und Unterstreichungen sowie Marginalien im Band ein umfangreicherer Auszug mit Bemerkungen (N. 441₂) vor. Inhaltliche Parallelen dieses Auszuges zu N. 273 (*radix libertatis* sowie der gemeinsame Bezug auf Gabriel Vasquez) und der direkte Verweis auf den dritten Teil der *Manuductio* in N. 271 legen eine diesen beiden Stücken vorangehende Entstehung nahe. Wir setzen daher die Marginalien und den Auszug in die Zeit von 1680 bis 1684.

15

20

Marginalien geben wir als Fußnoten wieder, Unterstreichungen als gesperrten Text und Anstreichungen mit zusätzlichem Fußnotenvermerk.

441₁. MARGINALIEN, AN- UND UNTERSTREICHUNGEN

[Pars Prima]

[*Theologia moralis, adversus laxiores probabilistas, pars prior. Vera mens D. Thomae et ejus scholae, de opinionum ex lege delectu ut qualibet re morali explicata et defensa. Adversus D. Caramuelis Apologema in D. Fagnanum: Anonymi nodos in*

25

P. Mercorum: Theophili Raynaudi exceptionem, et Amadaei Guimenii tractatus quindecim.]

[Praefatio] Inde¹ tantum observo, sententiam, quae multos ex antiquis et recentioribus Scholasticis assertores habet, atque ab ea multi sanctorum Patrum videntur
 5 propius abesse, quae inuincibilem ignorantiam iuris naturalis in peccatum imputat; non immerito illis autoribus displicere, et haberi pro comperta haeresi: . . .

Atque hoc nomine ferendi vtcumque videntur Sociniani alias haereticorum vti postremi, ita deterrimi ex Caluinistis orti, sicut Caluinistae ex Lutheranis, idest, ex

10 ¹ *Auf dem Vorsatzblatt:*

Suarez laudatus p. 9. p. 33

Hon. Fabrius p. 15

medicus, judex, venator. p. 13. p. 25. p. 195

probabiliorem sequi <et> de consilio non praecepto p. 22

15 Historia opinionis de absolutione per Epistolam p. 32

pueros posse salvos fieri sacramento legis naturae cum baptizari nequeunt ex Campanella et Lugo p. 49

De autoritate catechismi Romani p. 57

De restrictionibus mentalibus p. 84

20 Tambarinus alios laxitate superat p. 91

Nominales posse Deum mentiri p. 101

ignorantia finis naturae invincibilis an detur p. 108

probabilitatum gradus p. 139

In opinio in arbitrio voluntat<e>s p. 177

25 Voluntas non eligit inter omnino paria Thom. p. 179

Caramuel pro Lutheranis p. 205

Bellarminus Archiepiscopatu Capuano renuntiat p. 344

De dispensatione a voto solenni p. 348

primus probabilista Medina, p. 405. et Armilla p. 406.

30 NB. Sophisma S. Margaritae p. 411.

Recentiores aliquando rigidi p. 412

An ordinationes Graecorum legitimae p. 418

29 Armilla: Beiname für Bartholomaeus Fumus O.P. nach seinem Hauptwerk *Summa casuum conscientiae aurea armilla*, Venedig 1550.

pessimis parentibus filij longe peiores, quos merito vocare possis omnium haereseon colluuiem.

. . . denique ita fidem rationi subiiciant, vt nihil opus sit ad illius obsequium isti vim vllam inferre: longe tamen arctius voluntatem diuinis praeceptis ligant et addicunt, quam mentem assensui mysteriorum, quem pene arbitrarium esse permittunt, 5 citra vllum salutis periculum, dummodo sis legis diuinae obseruantissimus. . . .

Imprimis ridiculus essem, si hoc argumento, quod passim ingerunt Caramuel, Stubrochius,² et alii commouerer, quasi perterrefactus, aliqua huius generis in scholam nostram definitione, cuius nullum exstare contendo exemplum: atque ad hoc certamen magna fiducia, et spe victoriae prouoco adversarios. Proferant mihi ex 10 Bellarmino, aliisque huius saeculi, aut antiquis controuersiarum scriptoribus, vel vnum locum, vbi contra haereticos apodictice concludatur, ex consensu praesentis Ecclesiae generali, aut decreto recenti Pontificum de re fide credenda, quam scriptura et traditio tacuerint, quam praeteriti Pontifices ignorarint, vel etiam improbarint. . . .

Quare illis nunquam assentiar, qui nupera inuenta quamlibet pia et probabilia, a 15 duobus aut tribus seculis cusa, superioribus vero ignota et inaudita, contendunt posse in fidei dogmata paria antiquis, a Christo perpetua traditionis serie receptis, etiamnum hodie sanciri; . . .

. . . sed ad controuersiam de vsu probabilitatum necessario, submouendis censuris aut censurarum minis, quas ingerunt, qui probabilitatibus fauent, quorum plures et 20 maxime, qui omnium vltimus, nuper scripsit contra D. Fagnanum Caramuel. . . .

Cuinam vero vnquam hominum, certius comperta fuit mens Pontificum omnium, qui ius Ecclesiasticum condiderunt, aut qui superioribus seculis, et nostra aetate Ecclesiam rexerunt, quam D. Prospero Fagnano, quem multi caecum videntem, et 25 Dydimum nostri seculi appellant?

[Epistola ad Caramuelem] Si tuas opiniones iam vbique gloriaris te demonstratiue probare (adeo occulta argumentorum tuorum vi, vt tibi vni sit comperta) studio et nostrae sententiae odio, in illum calamum distrinxisti, cur³ tandiu tacuisti? Cur nihil simile scripsisti in Paulum Comitolum, Andream Blanchum, Philippum Fabri, Iulium

² *Darüber*: Hon. Fab.

³ *Anstreichung von cur bis Mercorum*

Mercorum, qui ante D. Fagnanum, tuam opinionem impugnarunt, nec eorum argumentis hactenus satisfacisti? . . .

Vix vnquam Ciceronem de his vitae humanae officiis disserentem, cum nostris Theologiae Moralis scriptoribus comparo, quin rubore suffundar, et pene dolore
 5 tabescam, ob saeculi nostri et Ecclesiae dedecus sempiternum. Nam⁴ si liceat meum sensum aperire, videntur mihi Theologi Ethnice locuti, et Cicero scripsisse vt Theologus et Christianus.

[p. 6 sq.] Quo quid atrocius excogitare possint professi hostes Societatis non video. Libro vno, cui titulum fecit Hyparchus seu negotiator religiosus, et altero *de*
 10 *sobria conuersatione cum personis alterius sexus*, duo vota sin omnino neglecta et violata, ad minus incautius periculis exposita, et diligentius seruanda esse monet: . . . mirari plane subit, summam Societatis in suos charitatem, et in externos humanitatem, aequitatemque: nam suas iniurias quasi nihil curans, passa est edi quae in se a Theophilo censebantur scripta, et inseri vltimae editioni Lugdunensi: . . . Quid illo aequitatis
 15 exemplo dici potest admiratione et imitatione dignius, permisisse secundam editionem librorum, qui in se exarati erant, et prohibuisse illorum qui in alios, ea inscia et inuita, alias prodijissent?

[p. 7] Theophilus, pro sua antiqua cum Bibliopolis Lugdunensibus necessitudine et summo in Typographos imperio, operi *de auxilijs* posthumo Suaresij, et occasione
 20 controuersiarum Iansenianarum, post plures annos, ab authoris morte publici iuris facto inseruit hanc de confessione Epistolari disputationem, duplici de causa: tum Suaresij propugnandi aduersus decreta Pontificia, tum more suo lacescendi Thomistas.

⁴ *Anstreichung von Nam bis Christianus.*

9 TH. RAYNAUD, (Pseud. R. la Vallée), *Hyparchus de religioso negotiatore*, Frankfurt 1642; in *Opera omnia*, Bd 20, Krakau 1669. 10 TH. RAYNAUD, *Dissertatio de sobria alterius sexus frequentatione per sacros homines*, Lyon 1653; in *Opera omnia*, Bd 12, Lyon 1665. 14 vltimae editioni Lugdunensi: TH. RAYNAUD, *Opera omnia*, 20 Bde, Lyon u. Krakau 1665–1669. 19 F. SUAREZ *De vera intelligentia auxilij efficacis ejusque concordio cum libero arbitrio, opus posthumum ad stabiliendas definitiones fidei a S. D. N. Innocentio X. contra Iansenium ejusque partiaros editas accomodatum*, in *Opera omnia*, Lyon und Köln 1594–1655, Bd 9; darin TH. RAYNAUD, *Dissertatio pro Francisco Suarez de gratia aegro oppresso collata per absolutionem a sacerdote praesente impensam praevia peccatorum expositione epistolari. Exceptio contra exceptionem*, S. 225–260; ebenfalls in TH. RAYNAUD, *Opera omnia*, Bd 20, Krakau 1669.

[p. 8 sq.] De Suaris vero laudibus, non est quod admodum contendam. Condone illi elogia quae refert, et multo plura, quae Collegium Conimbricense plenis manibus in illum congerit. Malim enim in hanc partem deflectere, propter egregia viri merita, quam in aduersam sententiam, non ignobilis authoris, qui animaduertit, ac reprehendit (iure an iniuria) *paucas esse paginas* Suaris in quibus mox aperto libro non se offerant legentis oculis *errata et hallucinationes modo ridiculae et leues, modo maioris momenti*, . . . Puto etiam illi iniuriam irrogari, quod Vasques a nonnullis ipsi aequatur, et a quibusdam etiam anteponatur. Illud aegre tuli, quod cum Suaris *Metaphysica*, aliique libri Theologici diu noctuque legerentur, pene eos e manibus lectorum excusserint, Arriaga, Ouiedo, Ripalda, et alij his similes; qui ni fallor, subtilitate magis et ingenio, quam iudicio, aut solida doctrina valent.

[p. 13] Tum enim totis viribus enitendum est, vt certiora captes, aut viciniora saluti: et si de diligentia aliquid remittas, tibi imputabitur ad culpam, quam nec eluet, nec eleuabit ignorantia, aut quaecumque probabilitas opinionis, si minor sit, aut minus tuta probabilitate partis aduersae, quae consulat praecepto, saluti, aut bono efficacius consequendo. Quis enim excuset medicum, cui cum suppetant varia ad curandum aegrum remedia, omissis certis et efficacioribus, dubia adhibet, quia habent aliquid probabilitatis? quis Venatorem absoluat reatu homicidij, quod hominem occiderit, causatus sibi primo aspectu visum esse feram? . . . Quis Iudicem non damnet, qui in causa dubia seu, quod perinde est, vtrinque probabili vel reum, nec conuictum, non confessum, sed ex probabilibus suspectum, poena iuris multet, aut putet sui arbitrij esse possessorem bonis deicere, vt eius loco sufficiat aemulum probabilitate parem, aut etiam inferiorem? Certe Suares, Comitoli, et plures alij etiam ex Societate sapientissimi Theologi, hos omnes, a me enumeratos, grauant maximi peccati reatu, si probabilibus contenti, tutiora reiiciant.

[p. 14 sq.] Objecerat Vendrochius disputatione de probabilitate sectione tertia consecr. tertio, etiam si aliae probationes illum deficerent, ad illius doctrinae, quae opinionem quamlibet probabilem sequentibus securitatem spondet, vanitatem ostendendam, satis esse, quod illius apud Patres ne vestigium quidem appareat; vt ex eo cerni potest, quod nullus omnino a Casuistis ad eam stabiliendam, vel Scripturae vel Patrum locus afferatur. . . . et facile depellas, quae probabilitatum defensores, maxime Stubrockhius et Honoratus Fabri nuper objecerunt: ea breui expendam.

4 Der »ignobilis author« wurde nicht nachgewiesen. 9 F. SUAREZ, *Metaphysicae disputationes*, 1597. 26 Vendrochius: LUDOVICI MONTALTI [d. i. Blaise Pascal] *Litterae provinciales, de morali et politica Jesuitarum disciplina*. A Willelmo Wendrockio [d. i. Pierre Nicole] *Salisburgensi theologo*, . . . *translatæ et theologicis notis illustratæ*, 4. Ausg. Köln 1665, S. 105. 32 Stubrockhius: Pseud. für H. Fabri als Verfasser der *Notae in notas Vendrochii. Sub nomine Bernardi Stubrockii*. Brüssel 1659. Vgl. N. 442, Fußnote 1. 32 H. FABRI, *Pithanophilus seu dialogus vel opusculum de opinione probabili*, Rom 1659; 2. Ausg. in *Apologeticus Doctrinae moralis*. Lyon 1670 [Marg.]; vgl. N. 442.

[p. 18] Ita enim definit Fabri; opinio probabilis illa est, quae ex rationabili motiuo procedit, *citra certitudinem*, rationabile autem motiuum vocat, *quod licet vi objectiua, assensum non extorqueat, ad assensum tamen prudentem mouet; id est, quem si dederis, prudenter te fecisse homines sapientes iudicabunt*; neque a Fabri sensu abest

5 Stubrockhius pagina 48. . . . Quid non inde deducant? sed conueniebat tantae moli astruendae praeiacum fundamentum⁵ paulo solidius esse; neque definitionem, probabilitatis confici ijsmet verbis et rebus, quae disputationi materiam praebent.

[p. 19] *Probabile ergo dicimus illud, cuius cum de veritate, aut falsitate, prae nostra ignorantia, et rei ineiuentia, nihil certo nobis constet, aliquam veri-*
 10 *similitudinem habet, cui assensum damus formidolosum; ne forte falsum subsit, et auricalcum potius sit, quam aurum obrisum. Seu probabile est, cui⁶ verum, aut falsum inesse potest, propius tamen videtur a vero, quam a falso abesse, et variis argumentis magis in hanc partem inclinamus.*

[p. 21] Neque mihi melior videtur regula, quam probabilibus statuit⁷ P. Fabri sua
 15 definitione, cum vult exigi ad praesentem potius rerum statum, et ad recentiorum Theologorum sensum, quam ad Antiquos Ecclesiae mores, aut ad sanctorum Patrum mentem et scripta; quasi de agendis negligenter tractarint, aut illa praetermiserint omnino, aut ignorarint, aut minus accurate inquisierint, quam moderni Casuistae Theologi.

20 [p. 27 sq.] Primum (idque vltro concedet Caramuel cum quibusdam nominalibus) [Athei] de Dei existentia, vnitate, aliisque attributis, neutram in partem vllam sibi affulgere euidentiam ex necessaria demonstratione paucis et forte nulli mortalium ex Caramuele concessam: deinde addent, seu mundum dicas creatione a Deo factum, vel atomis ex materia improducta, siue animam immortalem, siue corruptibilem
 25 velis, se vrgeri vtrimque grauissimis difficultatibus, a quibus nequeant se expedire, et vtramque partem sibi incertam videri et probabilem, imo philosophandi methodum quam ex Epicuro tradit Lucrecius, sibi magis arridere, et satisfacere: quid ad ista dicent, qui omnem opinionem probabilem vt illam definiunt, securam et tutam volunt?

⁵ *Anstreichung von fundamentum bis materiam*

30 ⁶ *Anstreichung von cui bis inclinamus.*

⁷ *Anstreichung von statuit bis tractarint.*

[p. 32 sq.] Origo et progressus opinionis de licita administratione Sacramenti Poenitentiae inter absentes cum suis fundamentis. . . . Nos verissimas aperiemus ex Petro Dufay, quem vnum licuit legere Recentiorum Thomistarum, qui de hac re Dissertationes scripserunt. Plures Professorum e Societate, vbique, in gymnasiis maxime Vallisoleti, Salmanticae, Compluti, suis scriptis (quorum exemplar penes se habuisse 5 testatur dictus Auctor) docebant Sacramentum integrum Poenitentiae, siue absolutionem sacramentalem posse absenti per Epistolam administrari. Nec illis satis fuit hanc opinionem tamquam veriolem defendere, nulla initio adjecta necessitatis, aut articuli mortis limitatione, quam post acres et frequentes nostrorum disputationes apposuerunt; fama erat per totam Hispaniam minime dubia, et multis testimoniis comprobata, ausos 10 fuisse dictos Patres hac eadem opinione vti; quam deinde euulgauit⁸ Henriques in *Summa Morali*: Cuius rei causa testatur prohibitam fuisse, donec emendaretur, Ioannes Baptista Possevinus. Henricum secutus est Emmanuel Saa, et in suis *Aphorismis* Antuerpiae anno 1599. et sequenti Lutetiae editis, eandem sententiam defendit, a Magistro sacri Palatii damnatam. . . . Neque Suares ipse ante Clementis decretum alienus 15 erat ab ea Henriques et Sa opinione, quam probabilem esse pronuntiavit: sed cum non minus prudentia, quam eruditione caeteros Societatis Theologos superaret, noluit aperte, suscipere patrocinium causae apud se probabilis, cuius tamen suspicabatur exitum parum foelicem fore.

[p. 35] Hic est communis Thomistarum Antiquorum et Recentiorum sensus, quos 20 male Theophilus et Suares in contrarias sententias diuisos inducunt, quasi incertos mentis Diui Thomae, cum ipsomet Suare teste, satis aperte docuerit in 4. Distinct. 16. quaest. 3 artic. 4. nullam esse Absolutionem Sacramentalem absenti collatam; quia asserit *vtilius*⁹ *esse in extrema necessitate confiteri Laico praesenti, quam Sacerdoti absenti*. At secus esset, si posset Sacerdos absens valide Sacramentaliter absolvere. 25

⁸ *Anstreichung von euulgauit bis editis*

⁹ *Anstreichung von vtilius bis absenti*.

3 P. DU FAY, *De poenitentia, qua virtute, qua sacramento*, Douai 1626. 12 H. HENRIQUEZ, *Summae Theologiae moralis libri XV*, Salamanca 1591 u.ö. 13 Wohl gemeint: J. B. POSSEVINUS, *De officio curati ad praxim*, Mainz 1610 u.ö. 13 f. E. SAA, *Aphorismi confessoriorum ex doctorum sententiis collecti*, Venedig 1595 u.ö. 15 FR. SUAREZ, *Commentariorum ac disputationum in tertiam partem D. Thomae*, 5 Bde, Mainz 1599–1606, Bd 4, disp. 21, sect. 4, n. 10; vgl. disp. 19, sect. 3, n. 10. 15 decretum: Dekret Clemens VIII. vom 20.6.1602 gegen die *absolutio per epistolam inter absentes*. 23 THOMAS VON AQUIN, *Commentarius in quatuor libros sententiarum*, lib. IV, vielm. dist. 17.

[p. 49 sq.] Quid enim vetat, quin dicam, cum Campanella libro *de Praedest.* ne pueri pereant, qui baptisari nequeunt, posse saluos fieri sacramento legis naturae, quod magis in promptu est baptismo nostro ex aqua, quae interdum deest, et loco ipsius vsurpari posse benedictionem paternam, aut quid simile, quod hominibus legis naturae
 5 sacramenti loco erat ad salutem paruulorum? Hanc Campanellae imaginationem non improbabilem credidit Cardinalis de Lugo, sua approbatione singulari: . . . Multis vrget argumentum ex *Rituali Romano* (quod praecipit absolui moriturum) si aliquo nutu vel testimonio astantium compertum sit Sacerdoti, illum suorum peccatorum poenitere, aut velle confiteri. Sed iam responsum est, adhibendam absolutionem
 10 dubiam, quam satis excusat necessitas.

[p. 55] Vbi lego tantum Marci Antonij conuitia, ac pene blasphemias, Potzae expostulationes, rebellium exempla, vno verbo Theophili imaginem, heu nimium! ad viuum expressam.

[p. 57 sq.] Qvatvor promiseram me ex Theophili *dissertatione*, castigatione digna
 15 excerpturum. Trium iam fidem absolui: superest postremum, quo exercitationem claudam, nempe iniquissimum de Catechismo Romano cum *Rituali* collato Iudicium. . . . Confirmat suam responsionem Choquetius aduersariorum Iudicio de Catechismo Tridentino, quem licet Concilij Oecumenici jussu editum, Pij V. autoritate munitum, volunt (et hoc sua responsione confirmat Theophilus) ab vno
 20 Ordinis Praedicatorum confectum, nec excedere auctoritatem Doctoris priuati, et non semel esse hallucinatum: . . . In primis quaero a te Theophile, vnde vis adeo immane distare Catechismum a Rituali Romano, vt istud sit summae et indubitatae auctoritatis, nihil habeat non dictatum ex Cathedra, ac proinde ex tua mente paris sit cum scriptura Canonica infallibilis auctoritatis; cui Choquetium intercessisse haeresis sit manifesta:
 25 Catechismum vero Romanum nihil habere singulare, praeter Latinitatem a Manutio, et vnus priuati Theologi Dominicaneruditionem et fidem: cui vis etiam apud nos detractum, quod indulgeat priuatis suae Scholae sententiis, et omnium periculosissimam de concursu praeuio, quam haeresim manifestam putas, suo operi inseruerit? Doceas ergo nos, rogo, cur Rituale libris Canonicis aequas tanquam totum ex
 30 Cathedra dictatum: Catechismum vero

1 f. T. CAMPANELLA, *Atheismus triumphatus, seu Contra antichristianismum, etc. De gentilismo non retinendo. De praedestinatione et reprobatione, et auxiliis et divinae gratiae cento thomisticus*, Paris 1636.

6 J. DE LUGO, *Disputationes scholasticae et morales*, Lyon 1636, disp. 17, qu. 4–5.

7 Vgl. *Rituale*

Romanum, tit. 8, *de sacramento poenitentiae*, cap. 1, *ordo ministrandi*, n. 24.

26 Manutio . . . fidem:

Paulus Manutius brachte auf Befehl des Concilium Tridentinum den Catechismus in reines Latein, nachdem er von Aegidius Foscherarius (Foscarari) erarbeitet worden war.

annumeres lucubrationibus, cuiusuis priuati, et quamprimum inter libros prohibitos primae classis reponendum, quod aliquid de praemotione Physica ante Bannesium obmurmurauerit.

[p. 61] Hoc prorsus consilio et animo [Theophilus] instituit Catechismi et Ritualis Romani collationem, quam adeo caeco impetu contra Choquetium vrget, vt quae duobus 5 libris de Praemotione contra Bannem, quasi illius opinionis primum Auctorem scripsit vnico verbo euertat. Adeo enim sui oblitus est, vt opinionem de praedeterminatione, quam vt nuperam, et vt Bannesij commentum traducit, Catechismo Romano insertam agnoscat, ab illius auctoribus Dominicanis, Bannesio antiquioribus, tamquam Familiae Dominicanae, et Scholae 10 Thomisticae Domesticam traditionem, et priscam institutionem.

[p. 86] Ad hanc ergo formam [synopsis breuis] disputationem Sinnichij et argumentum Caramuelis reuoco.

[p. 91] Sed tandem concedit [Theophilus] ex causa graui posse innoxios esse a mendacio et a periurio: hoc practice tutissimum dicit Suarez: immo (quod ait Sinnichius 15 tanto viro indignum) docet rudes et imperitos qua ratione huiusmodi Amphibologiis possint suas cogitationes obuoluere; et si id nequeant capere prae nimia ignorantia aut stupiditate, putat illos immunes a culpa fore, si intendant negare vel affirmare eo sensu, quo illorum dictis beneficio restrictionis mentalis possit veritas constare. . . . Sed multo liberalior et laxior Tamburinus. Videtur sane eo fine 20 scripsisse, vt qui se praecesserant Authorum, laxitates omnes superaret.

[p. 101] Et displicet reliquis Theologis opinio Nominalium, qui mendacium censent non adeo esse a prima veritate alienum, quin Deus pleno iure potentiae possit illud permittere et vsurpare, atque adeo honestare. 25

[p. 105] Quis sit Anonymus cum quo duellum sumus inituri veluti vultu casside tecto, suspicari magis possum, quam certo asserere et jurare ausim. Si tamen conjecturis agere liceat, vsurpare potero quod narrant Lipsio peccatorum Exomologesim Latine facienti dictum a Confessario, Lipsiane loqueris, et ab illo repositum Lipsius loquor. Ita hunc Anonymum Wendrokiane, aut verius Wendrokium loqui existimo. 30

3 D. BAÑEZ, *Scholastica commentaria in primam partem angelici doctoris D. Thomae usque ad sexagesimam quartam quaestionem complectentia*, Salamanca 1584; Lyon 1588. 12 J. SINNICHIUS, *Saul exrex*, 2 Bde, Löwen 1662–1667. 15 FR. SUAREZ, *Operis de Religione tomus secundus, complectens tractatus*. . . . V. *De iuramento et adjuratione*, Lyon 1630, lib. 3, cap. 10. 26 Anonymus: *Theologi Parisiensis de Iulii Mercori libro epistola*, in LUDOVICI MONTALTI [d. i. Blaise Pascal] *Litterae provinciales*, . . . A Wilhelmo Wendrockio [d. i. Pierre Nicole] *translatæ et theologicis notis illustratæ, Appendix II*, 4. Ausg. Köln 1665, S. 576–592.

[p. 107 sq.] Secundi nodi tota est fere de nomine contentio, et facile soluitur, cum obijcit [Anonymus], *Perperam dictum a Mercoro legem bono naturae, id est hominis libertati aduersari, nec vndeque bonam. Supposita tamen corruptione peccati, qua homo pronus fit ad malum, leges illi necessarias, sicut furioso*
 5 *vincula quibus ligetur, ne se in flumen praecipitem det.* . . . male consultum putat delectui tutoris opinionis (quam tota sui *basi* vrget et confirmat Mercorus) quod supponat dari posse, *ignorantiam inuincibilem juris naturalis, et ab omni peccato excusare, si nec directe, nec indirecte volita sit*, quibus verbis ignorantia inuincibilis definitur.

- 10 [p. 111] Apologema scripsit Caramuel Epistolari forma et stylo ad Cardinalem Palauicinum, quem nouerat a Fagnano plurimum dissentire, eius operis editioni intercessisse, et quae objecerat impedimenta, valide a D. Fagnano perrupta et euersa.

[p. 139] Distinguuntur quatuor probabilitatum gradus, et inde eruuntur quatuor Regulae quibus fit satis Caramueli et Anonymo.

- 15 [p. 177] Imprimis¹⁰ quod Sanches et Paschaligus nimio probabilitatum affectu asserunt, posse intellectum ad arbitrium voluntatis vtrique parti contradictoriae simul assentiri, merito vt incredibile reiiciunt Layman et Brezerus, et contradictorium demonstrat Mercorus partis secundae duobus prioribus articulis.

- [p. 179 sq.] Nam¹¹ primo quod spectat ad exemplum de voluntate, Diuus Thomas
 20 aperte negat, eius esse facultatis et libertatis, electionem ex omnino paribus et eiusdem conuenientiae mediis, facere. Ita docet 1. 2. quaest. 13. art. 6. ad 3 quem praeter discipulos omnes sequitur Vasques. . . . Ad hanc triplicem quaestionem grauissimam, probabilitatum Patroni respondent, nostrae facultatis esse vt libuerit, vel aequae probabilibus, vel minus probabilibus assentiri, idque multo apertius est apud illos, de
 25 probabilioribus. At¹² contra Mercorus et Fagnanus, acerrime contendunt horum trium nihil esse nostri mere arbitrij: sed opiniones pares, sibi mutuo esse impedimento ad assensum: . . .

¹⁰ *Anstreichung von Imprimis bis assentiri*

¹¹ *Anstreichung von Nam bis facere.*

30 ¹² *Anstreichung von At contra bis assensum*

2–9 Vgl. *Theologi Parisiensis . . . epistola*, a.a.O., S. 577 f. 2 J. MERCORUS, *Basis totius theologiae moralis*, Paris 1659, pars III, art. 1, S. 203. 10 J. CARAMUEL DE LOBKOWITZ, *Apologema pro antiquissima et universalissima doctrina, de probabilitate. Contra novam, singularem, improbabilemque D. Prosperi Fagnani Opinionem*, Lyon 1663. 11 Vgl. a.a.O., Widmung an Sforza Pallavicino. 11 P. FAGNANI, *Commentaria super quinque libros Decretalium*, Rom 1661. 21 THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*.

[p. 205] Et ita sentit Caramuel, quidquid fingat aut dissimulet: haec enim omnia vt ipse loquitur, *debent transglutire, vel a principali opinione discedere*, qua falsum probabile a peccato excusat, relicta religione, vel opinione tutiori et probabiliori, et¹³ suae *Theologiae fundamentalis* p. 472. dicit ad solamen illorum qui in Germania habitant, et multos viros alias probos, infectos dolent haeresi, aliquas periodos se scribere, et verius 5 ex selectissimis Scriptoribus exscribere. Eo vero loci, Apologiam facit omnium Haereticorum, Turcarum, Ethnicorum, ac pene Idololatrarum, quibus non deest probabilis opinio, de sua religione.

[p. 209] Vanus¹⁴ omnino et falsus essem, si me paria in reuocandis ad fidem Haereticis, facturum putarem cum Caramuele, qui triginta millibus Lutheranis Ecclesiae 10 adjunctis, Angelis gaudium peperit maximum, quandoquidem super vno peccatore dies in coelis festos et solemnes agunt.

[p. 211] Quid¹⁵ igitur mali fuerit, illa [sacramenta] adhibuisse paruulis et adultis, cum grauissima damna timeri iuste possint, si remoueantur.

[p. 234] Sanctius scripsit de iure belli Grossius¹⁶ haereticus, quam hi Theologi 15 Catholici.

[p. 314] Sed quis non videat hac noua philosophandi ratione, occludi potius quam parari et muniri, viam ad animae immortalitatem, et subinde ad Posthumam felicitatem¹⁷ ac poenam aeternam? neque enim vllam nouimus speciem, quae nullo genere 20 contineatur.

[p. 341 sq.] Verum nisi aliud suppeteret remedium efficacius, mitigandae et deliniendae religioni, quam quod depromit Caramuel ex Apotheca probabilitatum, non dubito quin integerrimus Cardinalis Conradus anxia religione breui conficeretur, neque enim ignorare potest, quod tota Italia nouit, se ex regula delectus dignioris ad purpuram promotum. Ferrariae¹⁸ delitescibat, vel potius inde per totam 25 Italiam percrebuerat fama

¹³ *Anstreichung von* et suae Theologiae *bis* Idololatrarum

¹⁴ *Anstreichung von* Vanus *bis* agunt.

¹⁵ *Anstreichung von* Quid *bis* remoueantur.

¹⁶ *Leibniz korrigiert*: Grotius

30

¹⁷ *Anstreichung von* felicitatem *bis* contineatur.

¹⁸ *Anstreichung von* Ferrariae *bis* sit.

virī doctissimi et integerrimi, qui vitae genus, et institutum, Diui Yuonis Patronorum Aduocati secutus, ita ad viuum mores et sanctitatem expresserat, vt Yuonem sin primum, certe solum illius instituti sanctum esse, passus non sit.

[p. 344] Mihi hac in re placet Bellarmini sententia et exemplum, qui ad
 5 purpuram et ad Archiepiscopatum Capuanum promotus, cum ad grauissima quaeque negotia Ecclesiae, eius consilio et opera vti vellet Clemens VIII. non est passus se Romam trahi, nisi abdicato Archiepiscopatu; neque putauit tota Authoritate Pontificia, ingentibus in Ecclesiam et religionem meritis, longiorem a Capuano Archiepiscopatu absentiam posse excusari.

10 [p. 349] Sed¹⁹ adeo frequentia feruntur esse hodierna exempla, exemptionum a voto, vt vix negari posse, putent multi, quin secus agant et sentiant Pontifices, quam quod docuit S. Thomas.

[p. 371] Nec minus graue est, tertium argumentationis vitium, nempe manifesta aequiuocatio quam Castro Palao obijcit prima parte disputatione 2. Sanches, verbis
 15 plane aureis quae refert D. Fagnanus num. 136 . . .

[p. 372 sq.] Haec distinctio exacta conclusionum, et graduum mentis, maximam superioribus affert lucem: et inde colligere licet prope infinita, quae ad rem nostram faciunt. Primum obseruare est, diuersos gradus laxitatum probabilitatis. P. Fabri, P. Ferrerius, et Stubrochius, nullam admittunt opinionem probabilem tutam, nisi
 20 certo et euidenter sit probabilis, et illationis necessariae. Tamburinus vero, Caramuel, Sanctius, censent ad securitatem satis esse, illationem esse probabiliter probabilem.

[p. 376] Sed aliud forte peccat multo grauius argumentum: dissimulat Caramuel (neque enim possum credere, hoc illi ex ignorantia obrepsisse) quae voluntas diuina, sit
 25 in legem hominibus et Angelis constituta. Quis²⁰ enim nesciat, duas distingui, vnam Signi quae praecipiat, vetet aut permittat, alteram Beneplaciti, aeternam, occultam, quae rerum euentus definiat: ad illam, non ad istam, necessario Angelorum, et hominum actiones exigendas esse; . . .

¹⁹ *Anstreichung von Sed bis S. Thomas.*

30 ²⁰ *Anstreichung von Quis bis definiat; am Rande: praesumta decretoria*

[p. 405 sq.] Quamvis videamur hactenus vnus D. Thomae mentem inquisiuisse, superiori tamen Sectione cum SS. Patrum sententiam expendebamus, hic locus pene exhaustus, et fere nihil praetermissum est, ad demonstrandam discordiam omnium quotquot fuere Theologorum, ante primum quod sciam Medinam. . . . Ergo nullum habent ex antiquis, qui sibi faueat, vt merito e nostris in Medinam, vt in 5
primum authorem referatur huius inuenti aut gloria aut inuidia. . . . P. Mercorus Part. 2. Art. 26. multa habet perinde fortia, sed modestius scripta. Respondet itaque, qui stant contra doctores ex antiquis et recentibus, superare a se dissentientes multis nominibus, maxime numero, autoritate, et concordia. Numero quidem: quia quotquot nostrum Medinam antecesserunt, si Armillam excipias nobiscum conueniunt. 10

[p. 410 sq.] Praeter hoc vitium, aliud isti comparationi subest nihilo priore minus. Vt probe institueretur, educendi erant longo ordine antiqui per singulas aetates, et conferendi cum iis, qui a centum, aut ab octoginta annis scripserunt de moribus, vt palam fieret, reus ne esset alicuius culpa et poenae, qui cum D. Fagnano exclamaret, o tempora! o mores! Sed quid ille [Caramuel]? Laudato obiter tantum et semel D. Thoma, 15
non de moribus, sed de more Diuos referendi in Album Sanctorum, nullum praeter Gersonem citat, qui non scripserit nostro aut superiori saeculo. Quid enim ad ista Gordonius, qui nuper desiit viuere? Quid Cano superstes vltimi saeculi anno sexagesimo? Quid Ferus iunior Cano, censuram Romanam passus, cum suo Apologista, Michaelo Medina? . . . Non incommodum hic esset D. Margaritae responsum ad iudicem 20
hominis in crucem acti cultum sibi improperantem. *Vnde*²¹ *scis*, inquit, *hanc notam Christo inustam? ex tuorum libris*, inquit, *iudex, at quae caecitas* inquit, *Virgo, cum idem libri Christi diuinitatem et mortem praedicent fidem abrogare diuinitatem testantibus, et habere crucis ignominiam referentibus.*

[p. 418 sq.] [Monitum ad lectorem] His de posterioribus, breui in antecessum dictis, 25
vnum aut alterum ex superioribus attingam, ex argumento Caramuelis, a dispensationibus Pontificiis octo exemplis munito, excidit aliud cogitanti, aut disputationis aestu abrepto, vnum satis difficile, et intricatum, nunc accuratius tractandum, et omnino enodandum, de ritu initiandi Sacerdotes, aliosque altaris ministros, apud Graecos, et Latinos diuerse, apud illos sola manuum impositione 30
peragendo, apud nos adiunctam habente

²¹ *Am Rande*: ridicule

traditionem materiae, qua peragatur ministerium. Hinc contendebat Caramuel, ex probabiliori, et tutiori sententia, positum ritum in traditione et contactu materiae, praetermitti a Graecis sola manuum impositione contentis, qua ex minus probabili opinione, Romana Ecclesia Graecae Presbyteros, et ministros valide habet initiatos. . . .
 5 Illud argumentum de ritu Graecorum versat, vt audio, accuratissime Graui na noster, et pluribus infringit solutionibus, non vacauit hunc authorem legere, quia nec ad manum habeo.

[Pars Secunda]

[*Manuductionis ad moralem theologiam pars altera. Qua diui Thomae vera mens de*
 10 *singulis vitae humanae et Christianae officiis inter rigidas et laxiores opiniones media defenditur. Contra Amadaeum Guimenium Apologistam et Wendrochium. His addita est confirmatio 33. capitum de moribus. Ex censura sacrae facultatis Parisiensis contra Amadaeum.*]

[p. 9 sq.] [Disputatio adversus Amadaeum Guimenium de vsu probabilitatum in
 15 qualibet materia morali.] De censore Siculo nihil miror, fauisse his opinionibus laxissimis, quae ex Sicilia authore Diana conterraneo, densissimo agmine supra 3000. erupere. Id fidem et admirationem apud me omnem superat, repertum aliquem, ex seuerissima Capucinorum disciplina, eiusque familiae Ministrum Prouincialem, qui nedum passus sit edi, sed etiam laudibus extulerit opus ad caelum vsque; vnde
 20 aduocandus erat ignis quo conflagraret, idem qui inde exarsit,²² et emicuit castigandae posticae libidini; quam furto triginta solidorum, id est lethalis culpae, leuius peccatum esse totis viribus contendit, et illud opus flammis caelestibus, et piacularibus absumendum, hoc solum nomine etiam si caetera deessent, quamuis infinita suppetant non minus immania et horrenda.

25 [p. 71 sq.] An peccata contra castitatem, fieri possint venialia paruitate Materiae. Huius Propositionis grauissimae examen praetermitto ad superiores responsioni, quod ad illarum discussionem sit maximam lucem allaturum, et quod eadem fraude lectoribus

²² *Anstreichung von exarsit bis horrenda.*

5 Vgl. D. GRAVINA, *Pro sacrosancto ordinis sacramento vindiciae orthodoxae adversus haeresiologias M. A. de Dominis, in quibus pariter Ecclesiae latinae cum graeca tam in materia, quam forma concordantia demonstratur*, Neapel 1635. 15 censore Siculo: d. i. Thomas Tamburinus.

illudat Amadaeus, et Lucilium Vanninum Atheismi conuictum Tolosae, dum puer essem, et flammis traditum imitetur. . . . Vbi Amadaee peccatum luxuriae ex paruitate materiae factum veniale? Quod²³ vero refert ex Diana, contra se nominatim insurrexisse Franciscum Arauxum Dominicanum, ex primo Salmanticensi Professore factum Episcopum; quod videlicet in rebus venereis, negaret paruitatem materiae, hoc omnem fidem superat. Credo equidem miratum Arauxum, Dianam adeo sui dissimilem; vt cum vbique D. Thomam deserat, et largissime hominum indulgeat cupiditatibus; hic seuerior D. Thomae adhaeserit: sed ab Arauxo fuisse hac de causa nominatim impugnatum, in hac fere vnica controuersia D. Thomam secutum, quis credat de assertore D. Thomae acerrimo, et fidissimo discipulo?

10

[Pars Tertia]

[*Sanctorum Augustini et Thomae vera et una mens, de libertate humana, et gratia divina, explicatur, et scholae Thomisticae asseritur. Adversus duos Theophili Raynaudi libros, aliosque hujus aetatis melioris notae theologos. Manuductionis tertia pars dogmatica.*]

15

[p. 14] Quid²⁴ ergo essentiam libertatis constituet, cuius radicem et fundamentum posuimus in vnione necessaria ad finem, et proprietatem in indifferentia temperata a fine? Iam diximus libertatis naturam esse in independentia, et eminentia supra bona finita, et vi illa regendi. Nam sicut bello victoria comparari potest, aut fortitudine, aut prudentia militari, aut Marte, aut arte, ita etiam libertas est quaedam vis inuicti animi; . . . Iam²⁵ diximus libertatis naturam esse in independentia, et eminentia supra bona finita, et vi illa regendi. Nam sicut bello victoria comparari potest, aut fortitudine, aut prudentia militari, aut Marte, aut arte, ita etiam libertas est quaedam vis inuicti animi; . . .

²³ *Anstreichung von Quod bis dissimilem;*

25

²⁴ *Auf dem Vorsatzblatt: Ludovicus de Dola p. 118*

²⁵ *Anstreichung von Iam diximus bis arte*

[p. 16] Ais primo [Theophile], nos loco libertatis sufficere iudicij indifferentiam. Mera est impostura; aliud est libertatem nasci, et esse inseparabilem ab indifferentia iudicij, aliud esse omnino idem. Primum admittimus, secundum pernegamus.

- 5 [p. 50 sq.] Hinc ad secundam obseruationem progredimur, qua Aduersariorum argumenta infringimus; duplicem esse libertatem, aut illius inuestigandae duas esse methodos, quas hi Authores, quibuscum disputamus, cum graui veritatis dispendio permiscent; quod nolint aduertere, aut dissimulent, a nobis insinuatam libertatis distinctionem; quae cum nulla esse possit, nisi aliquis interueniat defectus, vel rei de qua
 10 liber est actus, vel principij²⁶ a quo elicitur; hinc manifestum est, duplex esse genus libertatis, vnum ex meritis obiecti, cui non debetur necessarius amor; alterum voluntatis vitio, aut si velis infirmitate. Hoc differunt maxime illae duae libertatis species, quod prima, quae est a defectu obiecti, et a voluntatis in illud dominio, sit perfectio quam
 15 cuique subiecto potiri praestet, quam carere; alterius vero speciei libertas, quae ex ignorantia mentis, aut ex infirmitate voluntatis nascitur, longissime abest a primi generis libertate.

- [p. 52] Si experimentis locum demus, vix licebit agnoscere veram libertatis originem et essentiam, quae²⁷ reuera nasci non potest, nisi ex praestantia naturae
 20 intelligentis, summi et infiniti boni capacis, ac proinde superioris aliis quibuscumque bonis, in quae habeat dominium, quod digna non sint, quibus subijciatur, aut quae amet necessario, sed libere, si velit, illis vtatur.

- [p. 105] Imprimis necesse est conueniat nobiscum Theophilus, actum liberum Dei non esse positum, neque in denominatione extrinseca a productione, aut non productione
 25 rei, . . . Neque explicanda est huiusmodi denominatio libere volentis, per aliquam denominationem Deo quidem intrinsecam, qua dicitur libere velle, et agere secundum consilium voluntatis suae, quae tamen intrinseca formalitas possit abesse a Deo, et sit definitioni obnoxia; quod falso Theologi recentiores ascribunt Caietano . . . Huius vero opinionis aut potius erroris est Conradus rostrius²⁸ Calvinista, . . .

30 ²⁶ *Anstreichung von principij bis* vocant.

²⁷ *Anstreichung von quae bis* dominium

²⁸ *Leibniz korrigiert: Vorstius*

[p. 138] Aliis locis demonstratum est, quanti sit momenti ad scientiae mediae praesidium vel excidium, et subinde ad prouidentiae diuinae constituendam oeconomiam, quid sentias de ratione, qua creaturas possibles Diuinus intellectus attingat, an ex comprehensione essentiae diuinae vt causae rerum, sicut censet S. Doctor post Dionysium, et Augustinum, et sicut ipsum lumen naturale demonstrat: an vi luminis 5 infiniti intellectus,²⁹ sine ullo medio, aut obiecto, praeter extrinsecum creatum, vt opinatur Vasquez; an ex suppositione possibilitatis, seu non repugnantiae creaturarum, vt Ripalda et Oruiedo nuper commenti sunt; . . .

[Pars Quarta]

*Libri*³⁰ *quinque apologetici pro religione, vtraque theologia, moribus, ac iuribus* 10 *ordinis praedicatorum. Adversus Theophili Raynaudi tres, totidem Petri de Alua libros, aliquot Epistolas Ioa. Launoi, Expostulationes Carterij, aliosque: Quarta pars manuactionis ad analyticam theologiam, caeteris copiosior. Ad Reuerendissimum P. Dominicum Ottomanum Ordinis Praedicatorum, cuius natalia*³¹ *vindicantur. Authore R. P. Vincentio Baronio, Ordinis Praedicatorum, Conuentus Tolosani S. Thomae Aquinatis.* 15 *Parisiis, . . . M.DC.LXVI.*

²⁹ *Anstreichung von intellectus bis creaturarum*

³⁰ *Auf dem Vorsatzblatt:*

Catechismus Romanus p. 15

Launoi critica p. 121

20

Chamierius haereticorum meo iudicio doctissimus p. 148

Metaphorica s. sacrae interpretatio non sufficit ad articulum fidei p. 199

An a Vincentio Bellovacensi sumta secunda secundae p. 213

de Valeriano M. p. 13. p. 246. p. 305

B. Virgo a peccato originali libera debito obnoxia Bellarmino p. 319

25

Jesuitae culpant Augustinum p. 366.

³¹ *Leibniz korrigiert: natales*

4–6 Vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa contra gentiles*, I, 49; DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, cap. 7; AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XI, 7; vgl. V. BARON, *Manuductio*, a.a.O., S. 142.
 8 Orviedo: gemeint wohl Franciscus de Oviedo S. J. († 1651) oder Petrus de Oviedo O. Cist. († 1651).
 12 L. CARTERIUS, *Expostulationes contra Patrem Mariales O.P.*

[p. 13 sq.] Nec dubito sane quin Theophilus illam sibi a lege Diuina immunitatem asserat: alias qui fieri posset, vt homo Christianus tot et tanta peccaret, confingeret atrocia in dedecus aliorum, ne quicquam pensi haberet, nisi certus esset se haec omnia impune et innoxie facere? Sed quo argumento id sibi persuadet? Nempe probabili illa
 5 opinione, quam patet Di-castillus acerrime defendit aduersus P. Valerij³² e Germania ex Capucinorum Ordine Concionatoris celeberrimi accusationes, cui plures alij subscripserunt; . . . Iurarem Theophilum in eadem cum Di-Castello esse sententia: et inde profectam illam mentiendi et calumniandi licentiam, semoto omnis lethalis peccati vel damnationis metu. Quid enim illo praesidio tutus, his armis instructus, non moliatur in
 10 Dominicanos? sed omnia possumus vno verbo infringere, et delere cum praenominato Valerio, mentiris impudentissime praesumpta opinione, quaslibet enormes calumnias leuia tibi esse peccata, et loco esse mendaciorum quae officiosa vocant.

[p. 15] . . . et quod his omnibus maius reputo, [Leonardus Marinus] Catechismum Romanum cum Forerio, et Foscarario Dominicanis
 15 composuit, opus plane diuinum, quod possit suos Authores immortalitate donare. . . . Et qui inter tuos maiores, [Theophile,] non nisi baiulos et fossores numeras, placuit tibi conuicijs prosequi eum qui citra jactantiam posset de Imperatorum prosapia gloriari: . . .

[p. 59 sq.] . . . nihil³³ vnquam a summis Pontificibus decretum ex Cathedra, et
 20 subinde credendum, quod Scripturae testimoniis ad litteram explicatae, quod successione perpetua, Diuina non Ecclesiastica, vt nonnullos male diuisit et peius hic explicuit, per Apostolos ad nos deriuata, non demonstramus ex ipsismet Magdeburgensium Centuriis, et Caluini Institutionibus munitum et confirmatum esse.

[p. 60 sq.] Multi e Christi discipulis a fide et charitate recepta nunquam defecere,
 25 alij exciderunt penitus, nonnullis aliquid humanum contigit, sed venia dignum, et poenitentia emendatum. Non dissimilis est nostrorum hominum conditio: plures fuerunt semper doctrinae D. Thomae tenaces, nec ab illa recesserunt, quales sunt Capreolus reliquorum princeps, Ferrariensis, Conradus ex antiquis: ex modernis Ioannes a Sancto Thoma, Salmanticenses, etc. Secunda classe reponimus a fide et religione
 30 Apostatas, qui Iudae respondent. Tertij et quasi medij generis sunt, qui salua religione diuum Thomam, parum, aut nihil curarunt, vt Durandus, Campanella: vel sibi

³² *Darüber*: Valeriani ex Italia; *am Rande*: Valeriani Magni

³³ *Anstreichung von nihil bis* explicuit

parumper ab illo recedere permiserunt, qualis sunt Heruaeus, Paludanus, Soto, Cano, Victoria, Caietanus ad purpuram assumptus, et Scripturas magis suo ingenio, quam ad D. Thomae mentem interpretatus.

[p. 169] Videtur hac censura aduersarius cum Amasio³⁴ Caluinistarum in Hollandia³⁵ Magistro vindice conuenire, qui in Bellarminum scripsit controuersiarum 5 volumen hoc titulo *Bellarminus enervatus*, . . .

[p. 171] Vide Launoi qua prudentia res tuas peragas; graues illustrium virorum reprehensiones temere susceptas, nihilo meliori progressu vrges, et prosequeris. Bellarminum carpis, quod detraxerit de numero Scriptorum, qui stant pro Concilio; et accusationem ordiris a Ioanne Victorino, qui *memoriale historiarum* scripsit 10 nondum editum.

[p. 199] Vt rem inuidiosissimam concludam; audi Petre [de Alva], quam vrges definitionem fundamentis a te positis conceptu mentis, et ventris, et ex Leuitici praecepto, tu solus ex Catholicis optas, et Ecclesiae Romanae hostes tui voti et consilij consortes habes et socios, et si quae prosequeris (quod³⁶ absit, et horret animus cogitare) 15 consequeris, vt metaphoricae verbi Dei interpretationi res fide diuina credenda inaedificaretur, actum esset de Religione Haeretici tecum votorum rei et compotes insultarent Ecclesiae Catholicae, si adeo caducis et ineptis, ne quid aliud dicam, fundamentis, a te toto tuo libro substratis, suas definitiones astrueret, et immoliretur.

[p. 247] Tandem Dominicani inique agunt, et personam potius, quam meritum 20 causae inspiciunt, quia vni homini Germano³⁷ grauissimam litem mouerunt, quod thesi publica negarit de fide habendum, vt Christi vicarium hunc, qui sedes singularem Pontificem, quam opinionem Turrecremata, alique Dominicani plures, editis libris docuerunt.

[p. 267] Neque adeo grauis et pudendus error esset, si *Martyrologio Praedicatorum* 25 Eusebius Caesariensis obrepsisset (quamuis nullibi apud nos extitisse probet Theophilus,)

³⁴ *Leibniz korrigiert*: Amasio

³⁵ *Darüber*: Anglo

³⁶ *Anstreichung von* (quod *bis* Religione. 30

³⁷ *Anstreichung von* quia *bis* habendum; *am Rande*: Valerianus M. non fuit Germanus

cum³⁸ pari neglegentia in *Martyrologium Romanum* immissa fuerint nomina Luciferi Caralitani, et Fausti Regiensis, qui haeresis suspecti aut comperti erant.

[p. 318 sq.] Ille ergo vir [Toletus], omni laude superior, non mihi videtur Petre, minus quam Cardinalis Pallauicinus tui dissimilis, ne quid grauius dicam. Ad minus ille
5 nos liberasset nota inhonoratae Virginis, qua tu totum ordinem Virgini addictissimum voluisti perspergere. His³⁹ duobus tertium adiungo, nempe communem de Conceptione immaculata opinionem, quae Virginem a peccato Originali liberat, debito obnoxiam facit, quam solam Bellarminus, et Suares tutam putant, parum distare ab antiqua, vt dissertatione contra Petrum de Alua demonstratum est.

10 [p. 378] Sed quam falso affingis scholae nostrae propositionem sensu haeretico; illam⁴⁰ proprio vnus ex tuis defendit Salmanticae, scilicet posse dari creaturam, cui repugnaret a Deo annihilari.

[p. 399] Verum quidem Scoto, et Nominalibus non displicere vitales operationes (qualis sine dubio est visio beatifica) etiamsi passiuè sint receptae in potentia, nec actiue
15 ab illa profluant, censeri vitaliter prodire. At⁴¹ Thomistae omnes id pernegant, et vno consensu asserunt, non magis intellectum aut voluntatem agere si volitio aut intellectio per miraculum immitteretur ab illis minime elicita, quam saxum aut stipitem, si illis eadem actio vitalis inhaereret.

[p. 401] Campanellam mire vexat Petrus. Plures illius lapsus non diffitemur, sed
20 cum e doctissimis huius saeculi sit habitus, et forte fama fuerit supra merita, non existimo tamen omni laude carere, quia major fuit impetu ingenij, quod in conuersationibus eminebat, et in libris obscurum est ac pene extinctum; vt doctissimorum virorum iudicia rapuisse magis visus sit quam meruisse.

[Pars Quinta]

25 ³⁸ *Anstreichung von cum bis erant*

³⁹ *Anstreichung von His bis facit*

⁴⁰ *Anstreichung von illam bis annihilari.*

⁴¹ *Anstreichung von At bis inhaereret.*

[*Duo postremi apologiae libri. Quibus praeter defensionem familiae Dominicanae et scholae Thomisticae, et plures dogmatum et morum juris, factique quaestiones, addita sunt, compendium Pii V. vitae, et supplementum Bartholomaei a Martyribus ex Lusitana historia, quo Gallica confirmatur, et responsio ad novas Launoi objectiones.*]

[p. 165] Secundo addit Theophilus priuatim Suarium a Francisco Combefisio 5
laccessitum, quod dixerit veritatem coniugij B. Mariae cum Ioseph ad fidem
pertinere; et hoc inquit Theophilus inconsulto, vt alia pleraque, a Combefisio
agnoscas, ita ex scripturis liquido haberi: . . .

[p. 425] Illius [Launoi] . . . forte documento Alexander Ephestionis et Clyti in se
parem ardorem hoc discrimine seiungebat, quod Ephestion se quasi priuatum et Philippi 10
filium deperiret, Clytus se coleret, quasi Macedonum Regem.

441₂. AUSZÜGE UND BEMERKUNGEN

Überlieferung:

- L* Auszug aus: V. BARON, *Manuductio ad novum theologiae scholasticae, controversiae et*
ethicae studium et usum. Pars 1–5, Paris 1665–1666. Pars 3: *Sanctorum Augustini et* 15
Thomae vera et una mens, de libertate humana et gratia divina explicatur et Scholae
Thomisticae asseritur. Paris 1666: LH I 20 Bl. 346. 1 Bl. 2^o. 2 S.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 291 f. (Teildruck).

Baronius Thomista libro 3 *Theologiae* pag. 44 defendit Christum libereobedivisse
patri mortem crucis iubenti; etsi non omnimoda indifferentia. His verbis: *Integra ad* 20
mortem crucis subeundam superest libertas, nulla ad peccandum aut Deo iubenti
dissentiendum. Cur ita? causam jam insinuavi, quod mors, medii, nullo modo per se, sed
ad summum accidentario, et praecepti vinculo cum fine connexi rationem habeat et
servet: et ita affectus sit animus Christi et beati impeccabilis, ut soli fini adhaereat, nulla
vero ratione medio in se, et ex se, imo paratus sit illud deserere et odisse si ratio finis 25
exigat. At, inquires, nulla ad hanc mortem crucis praeceptam reliqua est indifferentia.
Ergo perit

19 (1) Thomistae (2) Baronius *L* 19 pag. 44 *erg.* *L* 20 iubenti; (1) etsi obedire necesse ess (2)
etsi nulla ei adesset (3) etsi *L*

omnis libertas. Distinguo antecedens: nulla superest indifferentia absoluta et effrenis concedo, nulla temperata ordine finis nego. Hanc suam explicationem Baronius ex Bannesio et Alvaresio deducit. [p. 45; vgl. p. 46]

Libertas requirit defectum vel in meritis objecti, et tunc libertas est perfectio voluntatis seu dominium supra res; vel in ipsa voluntate cum mentis ignorantia vel ipsius voluntatis imbecillitate laborat. [p. 51]

Libertatis radix est necessaritas tendendi ad bonum summum seu finem ultimum. [p. 62 sq.]

Deus *ratione actualissimae libertatis non potuit manere suspensus, sed debuit sese ab aeterno determinare ad rei volitionem* p. [111].

Vasquez admittit circulum, *velle Deum rem quia futura est, et futuram esse quia vult.* Oppressus vi argumenti hujus: *non videtur extremis et causis invariantis sequi diversum effectum. Atqui mutatio nulla est in divina voluntate immutabili, neque in termino seu creatura, quia si qua esset deberet oriri a voluntate divina quae tamen supponitur immutata. Unde existet ille transitus creaturae a statu possibili ad futurum?* p. 112.

Hoc est mirabile et eminentissimum in Deo quod cum sit in se immutabilis et mutet omnia, habeat in se actum et operationem actualissimam et tamen non sequatur effectus necessario sed contingenter, quia se inadaequate explicat. [p. 114]

(+ Quid accedat rebus ut ex possibilibus fiant futurae? Debet enim esse discrimen reale. Dico in nullo alio consistere quam quod Deus intelligit eas existere bonum esse, seu melius esse ea quam ipsis opposita existere. +)

S. Doctor quaest. 1. de potentia art. 5. ad undecimum. Omnium quae Deus potest habet rationes quasi excogitatas et motiva praesentia, et ad 14. optima ratio qua Deus omnia fecit est sua bonitas et sapientia, quae manerent etiamsi alio vel alio modo facerent. Et ad 15. addit illud quod facit Deus esse optimum per ordinem ad suam bonitatem, et ideo quicquid aliud est ordinabile ad ejus bonitatem est ordinabile secundum ordinem suae sapientiae. Et si quaeras a quo judicio magis determinetur Deus e pluribus motivis aequaliter propositis respondet ex mera sua voluntate seu ut loquitur Apost. Ephes. 1 »secundum consilium voluntatis suae.« [p. 117]

4 objecti erg. L 5 seu . . . res erg. L 5 mentis (1) infirmitat (2) im (3) igno (4) ignorantia L
7 f. ultimum. (1) Christus (2) Deus L 10 110 L ändert Hrsg. nach Baron 21 eas (1) esse (2)
existere L

11 f. Vgl. G. VASQUEZ, *Commentariorum, ac disputationum in primam partem S. Thomae tomus primus. Complectens viginti sex quaestiones priores*, Alcalá 1598; Ingolstadt 1609, qu. XIV, art. XIII, disp. LXV, cap. II, n. 11 f.; qu. XIX, art. III, disp. LXXX, cap. II, n. 12 f.; vgl. N. 273. 23 *S. Doctor*: THOMAS VON AQUIN, *Quaestiones disputatae de potentia Dei, de malo etc.*, Leiden 1586.

Baron. p. 118. Ludovicus a Dola Capucinus credidit cum Durando et Aureolo negandum Dei concursum simultaneum ad actiones liberas.

Theophilus cogitur statuere, Deum ex eo praescire futuras sub conditione operationes, quid scilicet ea conditione posita factura esset voluntas si sola posset agere sine ulla dependentia a Deo coagente. Sed hoc est chimaericum et implicans. [p. 119] 5

Conciliatio liberi arbitrii cum praescientia Dei secundum Baronium Thomistam pag. 125 hoc modo: Impotentia peccandi et discedendi ab imperio patris non abstulit a Christo libertatem. Ergo multo minus auferet a nobis praedefinitio et motio divina, etiamsi infallibiliter in sensu composito et necessario secundum quid ex suppositione rei effectricis libertatis, inferat actum. 10

Electiones voluntatis respondent conclusionibus probabilibus. Et ut se angeli habent in probabilibus ut circa rem illatam iudicium suspendant non circa conclusionem (+ id est non circa probabilitatem sed veritatem +) ita voluntas impeccabilis Christi et beatorum se gerit in res sibi praeceptas, illis necessario adhaeret ut praeceptae sunt etsi ipsis rebus materialiter spectatis non adhaereant. [p. 126] 15

Decretum Tridentinum, motum a gratia posse consentire et dissentire. [p. 130]

Creaturas possibles divinus intellectus attingit ex comprehensione divinae essentiae ut causae rerum sicut censet S. Doctor post Dionysium et Augustinum. p. 138.

Docent ex Thomistis et Theologis Curiel Cornejo Salmanticenses et alii nullum dari instans reale et in quo ut vocant tanquam mensuram futurorum contingentium et liberorum, quo non sint secundum alteram partem determinate vera aut falsa et a Deo scita: tamen si illud instans reale dividamus in instantia rationis naturae, et a quo et concipiamus huiusmodi futura secundum illam prioritatem qua intelligimus possibilia indifferentia ad futurum esse et non futurum, et ad alterutrum sub disjunctione tamen, pro illo priori non sunt determinate verae vel falsae; imo si formentur huiusmodi propositiones non sunt verae nec formales propositiones, sed materiales ut dicunt quibus nihil pro illo priori respondeat. p. 160. 20 25

Ex notione agentis universalissimi solvitur argumentum in speciem urgens ex Suare proleg. 2. de grat. c. 8. Vana et irrisoria est promissio ea conditione quae a nudo

6 Baronium erg. L 23 huiusmodi erg. L 23 secundum (1) huiusmodi (2) | illam erg. | L

1 f. LUDOVICUS A DOLA, *De modo conjunctionis concursuum Dei et creaturarum*, Lyon 1634. DURAND von St. Pourçain, *In Sententias theologicas Petri Lombardi commentariorum libri IV*, Paris 1508 u.ö. P. AUREOLI, *Commentarii in IV libros sententiarum*, Rom 1596–1605; vgl. N. 421. 16 *Canones et Decreta Concilii Tridentini*, Antwerpen 1624 u.ö. 17 f. Vgl. N. 441₁, Auszug aus S. 138. 29 FR. SUAREZ, *De divina gratia opus tripartitum*, Leiden 1609.

sponsoris arbitrio pendeat quam nolit apponere ut si quis dicat dabo tibi 100 aureos si voluero, si eo die venero et statuatur se aut noliturum aut non venturum. Atqui secundum nos (+ Thomistas +) ille sensus est promissionum Dei[:] sponsor sum tuae salutis si te praedestinavero etc. et decernit se non praedestinaturum. Difficile in speciem

5 *argumentum, sed vires habet ab angusta et demissa cogitatione nostra qua Deum ut particulare Ens concipimus, more aliorum quae nobis sunt familiaria, et aegre possumus assurgere ad universalissimi gubernatoris providentiam nullo fine cohibitam. Ad quam pertinet non solum diversa sed et contraria ordinare. Licet otiosa videatur huiusmodi promissio et ordinatio si effectum qui decernitur et promittitur nec futurus est spectemus,*
 10 *utilis tamen et necessaria est ad alios fines consequendos qualis est certa veritas futurorum quae in scriptura revelantur, manifestatio, inclinationis causarum secundarum. Atque eo consilio decernenda fuit Tyrionum conversio, si apud illos edita fuissent miracula a Judaeis visa licet apud ipsos nunquam facienda, ut prae illis agnoscerentur peiores Judaeis esse. p. 198.*

15 Clemens VIII. libellum collegit ex D. Augustini doctrina de gratia idque curavit examinandum tradi Theologis. Autographum habetur Parisiis manu propria pontificis subscriptum. Baronius *Theolog.* p. 3. pag. 268.

p. 398. *Triginta censores Romani praefecti expendendae liti inter recentiores et Thomistas omnes uno aut altero (nempe procuratore generali Augustinianorum et*
 20 *regente Carmelitarum exceptis) pronuntiasse scientiam mediam Augustino repugnare. Decreta pontificia vetant congregationum sub Clemente VIII. de auxiliis et Paulo V. habitatum a duobus quod sciam, a Francisco Penna Hispano et Rotae Romanae Decano, a Petro le Bossu Gallo Benedictini Ordinis ex S. Dionysii monasterio coenobita et Doctore Parisiensi congregationum secretario, scriptam historiam ad has*
 25 *controversias usurpari.*

Card. Baronius Epist. ad ArchiEpiscopum Viennensem scripta et relata a Petro Matthaeo ait se mirari et omnino improbare defensionem unius Molinae a Dominicanis accusati susceptam a tota societate. [p. 400]

Clemens VIII. infensus erat sententiae Molinae, et diligenter ex Augustino
 30 *collegerat quae eam evertabant. Narratur in vitae Bellarmini Historia a Jesuita scripta denuntiata mortem pontifici quasi prophetico spiritu si moliretur et tentaret quod in Molinam et ejus defensores [meditabatur]. [p. 402]*

18 *inter (I) censores o (2) recentiores L* 20 *regente (I) Capucino (2) Carmelitarum L* 30 *a (I) societatis (2) Jesuita L* 32 *moliebatur L ändert Hrsg. nach Baron*

Pennae Historia prohibita non ob suspicionem corruptionis sed pacis gratia. Domini le Bossu Historiam pater le Golu Generalis Fuliensium in Galliam deportavit, sed nescio quo casu incidit in Petri a S. Josepho Fuliensis acerrimi Molinae defensoris manus, qui copiam habuit, sed nobis invidit, quia ut ait disp. 4. concordiae, sect. 4. num. 4. aperte favebant Dominicanis. [p. 404]

5

p. 475. *Post Dordrechtanum Conciliabulum et Calvinum emendatum ad sensum Thomisticum putant adhuc Calviniani se decreto Tridentino peti sed ex falsa Tridentinae definitionis interpretatione.*

p. 473. *Bellarminus lib. 3. de lib. arbit. c. 8. constituit iudicium ultimo practicum ad quod infallibiliter consequatur actus voluntatis illaesa libertate.*

10

p. 48[1]. *[Primum] angeli peccatum a Deo permissum non dissimulo quamcunque sequamur sententiam seu praedefinitionem absolutarum seu conditionatarum ex scientia media aliquid [in]comprehensum humano [ingenio] et fortasse angelico continere, sola visione divinae essentiae reserandum.*

Valentia disp. 1. q. 19. puncto 3 ass. 4 ait in eo consistere controversiam cum haereticis recentioribus, utrum malum culpae in divinam voluntatem cadere possit sub aliqua ratione boni quae contineatur aliquo respectu peccati ad quippiam bonum ita quidem ut sub tali ratione vere et ex certa intentione et recte atque juste Deus velit ipsum peccatum in se tanquam objectum quiddam materiale immediatum et per se suae voluntatis et ad illud etiam interdum hominem invitet atque stimulet. [p. 496 sq.]

20

11 482 *L ändert Hrsg. nach Baron* 11 *Primi L ändert Hrsg. nach Baron* 13 *angelico L ändert Hrsg. nach Baron* 16 *recentioribus erg. L*

4 L. DE MOLINA, *Concordia liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione*, Lissabon 1588–1589. 9 f. Vgl. R. BELLARMINO, *Disputationes de controversiis christianae fidei*, Köln 1619–1620, *Controversia de gratia et libero arbitrio*, lib. III, cap. 8. 15–20 GREGOR VON VALENCIA, *Commentariorum theologicorum et disputationum tomi quatuor in quibus omnes materiae, quae continentur in Summa theologica D. Thomae Aquinatis, ac suis etiam locis controversiae omnes fidei explicantur*, Ingolstadt 1593 u.ö.

442.AUS UND ZU FABRI, APOLOGETICUS

[1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung: *LiH* Marginalien, An- und Unterstreichungen in HONORATUS FABRI, *Apologeticus Doctrinae Moralis eiusdem Societatis. In qua variis tractatibus, diuersorum auctorum Opuscula confutantur*, Lyon 1670: HANNOVER, Niedersächs. Landesbibl. T-A 10165.

An- und Unterstreichungen sowie Marginalien in Honoratus Fabris *Apologeticus doctrinae moralis* dürften in engem zeitlichem Zusammenhang mit N. 441 entstanden sein. Beiden Schriften gemeinsam ist die Darstellung der Probabilismusdebatte, und in beiden löst Leibniz in einer eigenen Bemerkung das Pseudonym Bernard Stübroke als Honoratus Fabri auf.

Marginalien geben wir als Fußnoten wieder, Unterstreichungen als gesperrten Text und Anstreichungen mit zusätzlichem Fußnotenvermerk.

[Praefatio] II. Vt¹ autem paulo altius praesentem controuersiam repetam, cum recentiores quidam Morales Theologi, qui tamen non sunt ex nostris, paulo liberius, et vt vulgo aiunt, laxioribus forte habent, in vastissimo illo rei Moralis campo discurrent, nonnulli, grauioris indolis ac seuerioris genij, qui tantam, vt ipsi vocabant, licentiam, vel audaciam ferre non poterant, in eorum quippe genium minime quadrabat, exerto stylo, morales illos Theologos, seu Casuistas, vt aiunt, fortiter aggressi sunt, et acriter impugnare tentarunt; prae caeteris Comitulus et Candidus Philaletus, vterque ex nostris; . . .

. . . nisi² otio tuo abuti vereretur dulcissime lector, longum Collegiorum censum instituerem, computatisque et collatis singulorum rationibus, et nominibus, clarissime demonstrarem, non iam superfluas, captandisque vsuris destinatas pecunias affluere, sed vix prouentus illos suppetere, qui satis sint, tum ad nostros homines alendos et sustentandos, tum ad vsuras ex aere alieno a nobis contracto soluendas.

[Honorati Fabri *Pithanophilus*. Dial. I. De opinione probabili.]

¹ Auf dem Vorsatzblatt: P. Fabri et Stübroke in eadem navi navigant p. 109 verissime nam sunt unus idemque

² Anstreichung von nisi bis soluendas

[p. 2] Antim[us]. . . . at recte mones, nonnulla quibusdam hominibus probabilia videri, quae probabilia non sunt; . . .

Antim. Aliud exemplum expectabam a perfecta contritione petitem, quam ad Sacramentum Poenitentiae necessariam esse, ante Concilium Tridentinum, probabiliter aliqui tenuerunt; haec tamen opinio post Concilium improbabilis, aut saltem minus probabilis restat, a quo definitum fuit, attritionem cum Sacramento ad purgandum animum sufficere: . . .

Antim. . . . nec enim praeteritorum temporum ratio habenda est, si praesentium vsus iisdem [opinionibus probabilibus] non suffragatur.

[p. 3] Pithanoph[ilus]. . . . quid enim amabo antiqui habuere in doctrina morum et fidei, quod modo desideretur? Vis auctoritatem Ecclesiae? eadem est, quae olim fuit Ecclesiae auctoritas; Vis auctoritatem Conciliorum? praeter antiqua Concilia, Tridentinum recens habemus, quod longe plura definiuit et statuit, in doctrina morum et fidei, quam reliqua simul omnia; quod enim spectat ad ritus Ecclesiasticos et disciplinam, nouis decretis et institutis parendum est: Vis Constitutiones Apostolicas et Pontificia iura? vt antiqua non spernimus, ita noua praeferimus, quibus supremi legislatoris voluntas fidelibus innotescit; . . .

Antim. . . . modo aliqua opinio in doctrina morum; ac proinde opinio moralis vere probabilis sit, eam quiuis sequi libere, et ad vsum reducere potest; . . .

Antim. . . . Opinio probabilis illa est, quae ex rationabili motiuo procedit, citra certitudinem: rationabile autem motiuum, vel fundamentum est, citra certitudinem, quod licet intellectum non rapiat, et vi quadam obiectiua assensum extorqueat, ad assensum tamen prudentem monet: prudens vero assensus est, quem si quis dederit, eum prudenter fecisse, sapientes homines iudicant.

Pithanoph. . . . nam vel ex rationabili, legitimo, debito, graui fundamento [assensus] est, et haec est opinio vere probabilis; vel ex leui, et est improbabilis.

Antim. . . . hinc modalis ista vera est, probabile est, hanc opinionem esse probabilem, haec vero falsa, *certum est, hanc opinionem esse probabilem*: duplex igitur est propositionum probabilium genus; aliud certo probabilium, aliud probabiliter probabilium.

1 Antimus: d. i. H. Fabri.

Antim. Rationale fundamentum³ illud est, quod vel a ratione saltem probabili, vel ab ea autoritate ducitur, cui refragari quispiam iure non possit; illa autem ratio probabilis censetur, quae intelligendi facultatem ad rationabilem, seu prudentem assensum, modo caetera adsint, sufficienter mouet; . . .

5 [p. 4] Pithanoph. . . . Doctoris grauis autoritas ratione, vt ipsi videtur, probabili freta, probabilem opinionem facit.

Antim. Non ita rem expedis, vt putas: si enim reliqui omnes refragentur, re scilicet ex professo ac sedulo discussa, vel inde firmum argumentum duco, rationem illam probabilem non esse, id est, ad prudentem assensum non
10 sufficere; . . .

[p. 5] Antim. . . . antiquorum autoritatem, Theologorum scilicet, tum Scholasticorum, tum moralium magni reuera facio, in iis praesertim opinionibus, quas posteri vt exoletas non reiecerunt; . . .

[p. 7] Pithanoph. . . . illa propositio, quam certo, vis probabilem esse, est
15 probabiliter certa.

Antim. Minime vero; nam de illa, quam certum est, esse probabilem, nego, quod certa sit; de illa autem, quae probabiliter certa est, assero, certam esse, sed idem simul negare et asserere non possum, igitur non est eadem vtriusque classis: . . .

[p. 109] [Dial. VI. In quo reliqua huius auctoris in praemisso dialogo proposita
20 eadem sinceritate refutantur.]

Antim. . . . iam discussimus ea, quae [Baronius scripsit] contra me, et Stubrock. nam vterque in eadem naui nauigamus; . . .

[p. 162] [Dial. VIII. In quo ea breuiter refutantur, quae Illustriss. D. Prosper Fagnanus contra auctores Societatis adduxit in suo tractatu, de opinione Probabili.]

25 Antim. . . . soluam, seu retorquebo argumenta, citra conuitia et contumelias; falsata loca restituam; diluam imposturas nostris affictas auctoribus, at citra recriminationem; . . .

³ *Am Rande*: circulus

19 huius auctoris: V. BARON, *Manuductio*, 5 Bde, Paris 1665–1666 [Marg.]. 21 contra me: bezogen auf die erste Ausgabe von Fabris *Pithanophylus . . . de opinione probabili*, Rom 1659. 21 f. Stubrock.: Pseud. für H. Fabri als Verfasser der *Notae in notas Vendrochii. Sub nomine Bernardi Stubrockii*, Brüssel 1659. 24 P. FAGNANI, *Commentaria super quinque libros Decretalium*, Rom 1661.

[p. 163] Pithanoph. . . . quaeritur, an sequi liceat quamcumque opinionem probabilem: subdit autem, doctrinam de libera electione opinionis probabilis nostris temporibus introductam esse, et nullum pro illa auctorem laudari, qui ante 100. annos scripserit; vnde vel ex hoc capite, doctrinam illam valde suspectam, nouam, et a consuetudine Ecclesiae exorbitantem esse 5 dicit. Statum quaestionis mutauit Illustrissimus, nec enim hoc asserimus de quacumque probabili, nec probabiliter tantum probabilem, nec eam, quae videtur tantum aliquibus probabilis, licet probabilis reuera non sit, satis esse putamus ad recte operandum, certo ac vere probabiles dumtaxat admittimus; . . . negamus item, nouam esse, et a centum annis dumtaxat ortam, quasi vero S. Leo, Albertus Magnus, 10 Doctor Angelicus, Paludanus, S. Antoninus, Panormitanus, Sylvester, Gerson, Lychetus, Pacificus, Angelus, Tabiensis, Pisanus, Ioan. Nider, alique pro hac sententia in praemissis congressibus non semel laudati ante centum annos non scripserint; . . .

Antim. . . . sed vt sapientissime monuit Illustrissimus, num. 3. istorum factis potius, 15 quam dictis standum esse putamus; id porro, quamuis alioquin grauissime, imo et acerrime contra nostros auctores dictum, Illustrissimo facile condonamus, cui reuera per summum nefas impositum fuit, negari a nobis, ad rectitudinem operationis moralis, requiri iudicium practicum, seu dictamen certum de honestate actionis; sed satis est probabile, vt habet n. 24. quod tamen nullo modo 20 negamus; . . .

Pithanoph. . . . tuta enim certa est, vt patet ex terminis; conscientia porro nihil est aliud nisi dictamen rationis, seu iudicium practicum proximum et vltimum, quo, vsus talis, aut talis opinionis, prudens, licitus, honestus, iudicatur; exigunt igitur certitudinem, saltem moralem ipsius conscientiae; . . . 25

[p. 164] Antim. . . . haec diserta sunt Thomae Sanchez verba: vnde constat, haec ipsi ab Illustrissimo imponi, quod nullam certitudinem in hoc admittat, et cum periculo peccandi quemque licite operari posse: . . . Quod autem Sanchez opinionem dumtaxat certo probabilem admittat, patet ex iis, quae⁴ scribit sub finem, num. 18. *qui tamen dubitaret*, inquit [Fagnanus], *an aliqua opinio esset probabilis, nequit tuta conscientia* 30 *illam sequi*, num. 28. et 29. eidem Sanchez affingitur, quod dicat, a Magistris in scholis doceri posse licite opiniones minus probabiles; hoc tamen Sanchez non dicit, imo

⁴ *Anstreichung von quae bis affingitur*

contrarium asserit, eos peccare, saltem venialiter, *quia*, inquit, *nonnullam discipulis iniuriam irrogant*, num. 26. modo tamen opiniones illas vere probabiles reputent; si autem inde grauis iniuria auditoribus inferretur, ex principiis Patris Sanchez grauis Magistri culpa esset.

5 [p. 188] [Dial. IX. In quo alia quae sequuntur eiusdem tractatus eodem modo refutantur.]

Antim. Eiusdem farinae est 23. quod prosequitur a num. 281. ad 285. quo scilicet probatio plenior absorbet oppositam minus plenam, igitur et probabilior minus probabilem, quid est hoc, *absorbet*? id est, superat, vincit,
10 grauioribus motuius nititur, ac proinde in foro contentioso Iudices eam sequi debent, idque ex officio; at vero in foro conscientiae non obligat, vt saepe diximus; cum enim pars minus probabilis etiam tuta sit, ad tutiorem materialiter non tenemur ex praecepto, sed inuitamur ex consilio.

Pithanoph. . . . quale illud est, quod 25. fundamenti loco ab eo adducitur, num. 286.
15 petitem scilicet ex decretis Capitulorum generalium, seu constitutionum Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, et redemptionis Captiuorum: nam I. iis decretis, hoc vnum dumtaxat statuitur, vt Superiorum disciplinarum professores opiniones probabiliores doceant atque defendant; quod iam forte citra omne decretum facere tenebantur. . . .

20 [p. 188 sq.] Antim. Minus tamen ferendum est, quod num. 287. 26. fundamentum in Synodalibus instructionibus Illustrissimi Episcopi Vinciensis Antonij Godeau statuerit, in quibus vsus minus probabilis opinionis damnatur. Sed I. huiusmodi Synodales instructiones sunt absque die et consule, ac proinde vel hoc nomine suspectae. . . . haec sane iniuriosa et contumeliosa in Ecclesiam
25 huius temporis, vtpote quae talia errorum monstra dudum ferat et toleret: eadem prorsus Haeretici, Caluinus, Petrus Molinaeus, aliique Nouatores Ecclesiae huius temporis exprobrant: absit, vt piissimus Episcopus iis sese in hac parte coniungat; . . .

[p. 189] Antim. Plenissime confutata fuerunt [verba Fagnani, 27. fundamentum,
30 num. 289], sed confutatio multis de causis nondum in lucem edita est; edetur tamen aliquando, horribili procellae nonnihl cedendum fuit; . . .

Est autem *Lex*, enuntiatio dirigens actiones humanas vim cogendi habens. Omnis enuntiatio capax est interpretationis, et duplex est interpretatio, una dicti τοῦ ῥητοῦ, altera sententiae τῆς διανοίας: interdum enim verba obscura sunt, sive ob homonymiam aut tropos singulorum verborum, sive ob amphiboliam aut figuras quae in connexionem verborum deprehenduntur. De Homonymiis vid. Arist[otelis] lib. 1. *Top[icorum]* cap. 13., de metaphoris aliisque tropis tum in *Rhetor[ica]*; tum in *Arte poetica*: interdum clare quidem locutus est Legislator, sed aliud dixit quam in mente habuit. Dixit autem vel disparatum pro disparato quod rarius est, vel dixit genus pro specie, aut speciem pro genere. Priore casu opus est restrictione, posteriore opus est extensione verborum. Sententia autem Legislatoris, seu quid in mente habuerit, cognitum erit, si rationes quae illum ad legem ferendam movere nobis sint compertae. Nam ex praesumpta Legislatoris

15

20

11 *Lex* (1) propositio universalis a recta ratione seu prudentia profecta dirigens actiones hominum liberorum, vim cogendi habens, seu necessitatem quandam imponens. (2), enuntiatio *L* 13–16 sive . . . *poetica*: erg. *L* 18 dixit (1), quod frequentius (2) genus *L*

9 f. Dig. 1, 3 l. 17. 15 f. ARISTOTELES, *Topica*, I, 13, 106 a 1 – 108 a 6. 16 ARISTOTELES, *Rhetorica*, III, 4, 1406 b 20 – 1407 a 18. 16 ARISTOTELES, *De arte poetica*, 21, 1457 a 32 – 1458 a 18.

voluntate legem latam ad similia extendemus, 1. *non possunt* 12. D. *de Legibus*. Ita lex *duodecim tabularum* proximum agnatum tutorem esse jusserat, cujus ratio esse videtur, quia ubi successionis commodum est, ibi tutelae onus esse debet; quin imo qui spem succedendi habet providere potest, ne Patrimonium depereat. Itaque et imponi tutelam
 5 invito successori aequum est, et non denegari volenti. Quaeritur jam quis liberti sit tutor, dicendum est, ipsum patronum, qui impuberem manumisit, nam et ille successionis commodum habet. Similiter ob praesumptam voluntatem legislatoris legem generalem ex aequitate restringemus, haec enim est natura aequitatis.

Rationes quae legislatorem movere vel malo vel bono titulo censentur. Malum
 10 titulum habent, quae sumuntur ex affectibus ejus aut privata utilitate cum publico bono pugnante; ex hujusmodi rationibus nullum jus sumitur neque ad consequentias possunt trahi, professa enim injustitia non nisi per vim obtinet. Quae bonum titulum habent, sunt verae vel apparentes. Apparentes, quae nituntur principiis quibusdam specie justi et aequi a legislatore efformatis, quae licet erronea sint, aut parum accurata, tamen sequenda sunt,
 15 neque enim privatorum aut Magistratuum inferiorum est abrogare leges, et corrigere legislatorem, cum fieri possit, ut ipsimet errent, qui Legislatorem erroris accusant. Verae rationes sumuntur vel ex jure naturae vel ex ratione status; et spectatur vel virtus civium vel sufficientia rerum; et rationes quae tempore legislatoris valebant vel subsistunt adhuc, vel mutato rerum statu cessant, sed non ideo lex cessat, licet minus sit favorabilis.
 20 Hujusmodi rationes non cuivis loco seu civitati, nec cuivis civitatis tempori convenientes, postulant cognitionem historiae et Geographiae, ex quibus propositio minor seu assumptio syllogismi discenda est, quemadmodum propositio major ex Ethicis politicisque.

Rationem alicujus propositionis accurate reddere, est eam a priori demonstrare.
 25 Principia demonstrationum sunt definitiones et axiomata. Quibus accedunt nonnunquam experimenta, et propositiones quaedam concessae sive assumptae quas vocant hypotheses; et denique theoremata, tam ante demonstrata. Sed nunc sufficiat modum exponere definitiones et axiomata investigandi et ex illis demonstrandi. Demonstratio est syllogismus scientiam pariens. Scire est rem per causam nosse, seu

8 f. aequitatis. (1) Cessat ta (2) Legum rationes (3) Rationes L 9 quae (1) testatorem (2) |
 legislatorem erg. | L 11 pugnante; (1) hae in legibus interpretandis (2) ex L 11 f. neque . . . obtinet.
 erg. L 13 f. quibusdam (1) quae specie (a) boni (b) justi et aequi sibi testator efformavit, (2) specie . . .
 efformatis, L 15 enim (1) nostrum (2) privatorum L 24 accurate erg. L 28 investigandi (1) . Ante
 omnia investigandae sunt definitiones (2) et L

nosse causam cur affectio aliqua subjecto insit. Quae petenda est ex essentia subjecti sive definitione. Definitio Rei investigatur, si aliae res complures sumantur, quae de re praedicantur, vel de quibus ipsa praedicatur, sive sint ejus individua, sive species, sive genera, sive affectiones; et semper quaeratur ratio, cur unum de altero dicatur. In diversis enim diversae occurrent rationes, velut totidem genera, quae inter se juncta partes definitionis integrae dabunt; diversa enim genera sibi mutuo differentiarum loco sunt. Quod si eadem methodo generum genera quaerantur, veniemus tandem ad summa seu universalissima nostrae disciplinae genera, et offerent se nobis axiomata seu propositiones generalissimae, in quibus de generibus universalissimis etiam affectiones universalissimae praedicentur. Ab hisce dividendo iterum descendimus ad inferiora et demonstramus partim de speciebus subsumendo attributa generum, partim proprias affectiones de speciebus demonstrando, quae ex pluribus generum attributis inter se junctis conflantur.

494₂. TITULUS I. DE JUSTITIA ET JURE

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 3–4. 1 Bog. 2^o. 2 S. auf Bl. 4. (Auf Bl. 3 N. 494₁.)

*E*¹ G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, 1885, S. 95 f. (Teildruck).

*E*² GRUA, *Textes*, 1948, S. 614–616 (ohne den bei Mollat gedruckten Abschnitt).

Weiterer Druck: G. MOLLAT, *Mittheilungen*, 1893, S. 88 f. (Teildruck).

Übersetzung: MATHIEU, *Scritti polit.*, 1951, S. 133–136 (nach *E*³).

Tit[ulus] 1. de Justitia et Jure

JUSTITIA est caritas sapientis, seu quae boni prudentisque viri arbitrio congruit; sive est virtus affectum hominis erga hominem, benevolentiam scilicet atque odium, moderans ac dirigens secundum rectam rationem. Ut scilicet erga omnes aequaliter nos geramus ac tantum in aliis virtutem amemus, vitia odio habeamus.

2 si (1) variae (2) ejusdem subjecti individua alii (3) aliae res *L* 5 velut . . . genera, *erg.* *L*
24 f. scilicet | (1) in his (2) erga omnes aequaliter (a) affecti simus (b) nos . . . tantum *erg.* | *L*

Justum vel Licitum, Illicitum, Debitum, Liberum est, quod est viro bono et prudenti possibile, impossibile, necessarium, contingens. Hinc JUS est potestas moralis, OBLIGATIO necessitas moralis. *Nam quae facta laedunt pietatem nostram aut verecundiam, et omnino quae contra bonos mores sunt, ea nec facere nos posse credendum est*, l. 15. D. *de conditionibus et demonstrationibus*. Juris tamen vocabulum varias habet acceptiones alias, vid. l. penult. et ult. D. *de just[itia] et jur[e.]* Interdum enim jus sumitur pro facultate, ut paulo ante definivimus, interdum pro ipsa recta ratione, quae societatem humanam dirigit et conservat. Quo sensu (qui in hoc titulo praevalere videtur) jus est vel naturale, vel gentium vel civile.

Jus naturale Jurisconsulti definiunt *quod natura omnia animalia docuit*, § 3. hic et in principiis *Institutionum de Jure Naturali, Gentium et Civili*, cum scilicet homines faciunt ex recta ratione, quod animalia ex instinctu naturae. Huc pertinet conjunctio maris et foeminae, educatio, prolis vim vi repellere; quod postremum tamen l. 3. hic ad jus gentium referre videtur. Haec si negligant homines sunt bestiis deteriores.

Jus Gentium est circa ea quae sola recta ratio homines docere potuit, ut Deum colere, pietas in parentes et patriam; contractus, et societates civiles, et quod hominem homini insidiari nefas.

Jus civile est quod civitati placuit. Haec Jurisconsultorum divisio non est sumta ab intrinsecis differentiis: nihil enim refert an homines aliquid cum bestiis commune habeant, et magna est inter ipsas bestias in hac re varietas. Summa ergo juris divisio est, quod aliud est Naturale, aliud Legitimum seu Positivum, quod non valeret, nisi esset receptum.

Tria¹ autem sunt principia ex quibus ad juste agendum movemur, primum est utilitas propria, ut scilicet nemini noceamus, ne vel hunc cui nocuimus, vel alios vicissim

¹ *Diesen Absatz hat Leibniz durch Umrandung hervorgehoben.*

1 Licitum, (1) Debitum, (2) Illicitum, (a) Liberum est (b) Debitum, L 7 ut . . . definivimus, erg. L 8 f. (qui . . . videtur) erg. L 10 f. § 3. . . . Civili erg. L 13 f. quod . . . videtur. erg. L 16 et (1) cum inter homines (2) quod L 22 f. receptum. (1) Naturale tres habet gradus pro tribus principiis ex quibus potest demonstrari: quorum primum est necessitas seu conservatio sui, ex qua sequitur unumquemque omnia agere debere, quae ad pacem colendam et ad vitandas querelas requiruntur; secundum principium est (a) humanitas (b) publica felicitas, ut tantum non male nobis sed et quam optime sit, unde sequitur pro publico bono laborandum, quod etiam in nos redundat. (2) Tria L 23 ad (1) justitiam colend (2) juste L 24 noceamus, (1) ne querelas (2) ut pax servetur (3) ne querelae (4) ne L

3–5 Wohl gemeint Dig. 28, 7 (*de conditionibus institutionum*), l. 15. 6 Dig. 1, 1, 1. penult. 11) et ult. 12). 10 f. Dig. 1, 1 l. 1 § 3; Inst. 1, 2 in princ. 13 Dig. 1, 1 l. 1 § 3. 17 Vgl. Dig. 1, 1 l. 1 § 4; l. 2.

in nos extimulemus; deinde ut omnes quoad licet juvemus, quia bonum commune vicissim in nos redundat, alterum est sensus humanitatis, atque honesti, nam etsi nullum nobis periculum creetur tangimur tamen alienis malis, et aliena felicitate delectamur, cum videmus virtutem praemia merita consequi: et in hoc affectu hominis erga hominem consistit iustitia et nomen viri boni; nam qui ex primo capite operatur, prudens vel potius callidus magis quam bonus dicitur; *sit spes fallendi miscebit sacra profanis*. Itaque unus cum aliis hominibus utilem tantum amicitiam colet, alter honestam et veram. Cum vero omnibus hominibus insitus sit ille humanitatis sensus, hinc oritur conscientiae stimulus, ut scilicet homo qui secus agit, sibi ipsi non satisfaciat, sentiatque intus quosdam laniatus et ictus, quae poena est naturalis. Tertium principium est religio: nam cum in multis sensus humanitatis et conscientiae stimulus obtundatur, solaque propria utilitas obtineat, quae satis tutos homines ab hominibus praestare non potest, quoties impunitatis spes est; ideo summa denique juris naturalis perfectio petenda est a cultu Dei, substantiae summe intelligentis ac summe potentis, quam nemo nec fallere nec effugere potest. Quo fit ut idem sit utile et honestum, nullum peccatum impune, nulla praeclara actio inanis et praemii expers. Caeterum apud sapientes religio et honestas seu virtutis amor idem est, illi enim sciunt feliciter vivere, esse in omnibus contendere ad perfectionem, naturam ducem sequi, optime affectum esse erga universum, et persuasum esse de providentia summi rerum auctoris omnia optime gubernantis, nam qui sic animatus est, eum super omnia Deum amare necesse est, idem non potest non esse securus et felix, scit enim omnia in bonum cedere Deum amanti, et viros bonos vicissim Dei amicos esse. Itaque licet non praemiis poenisque moveantur, felicitate tamen velut necessario virtutis corollario fruuntur, imo virtus sapientis cum summam animi voluptatem pariat, ipsa praemium

2 est (1) humani (2) sensus L 2 atque honesti erg. L 5 boni; (1) cum (2) nam qui L
 6 dicitur; (1) nam ubi (a) metus aberit (b) spes metusve (2) sit L 7 Itaque (1) iste, qui ex utilitate operatur
 (2) unus L 11 et (1) virtutis amor (2) conscientiae (a) naturae (b) stimulus L 13 quoties (1) abest sp
 (2) impunitatis L 14 Dei, (1) id est (2) substantiae L 15 potest. (1) Itaque Deus efficit, ut idem sit utile
 et (2) Quo L 15 nullum (1) vitium impune, (2) peccatum L 17 f. omnibus (1) sequi (2) contendere
 ad L 18 perfectionem, (1) sive (2) in (3) maxime animi; quoniam sciunt (4) naturamque ducem sequi (5)
 naturam L 21 felix, (1) nam (2) scit L 22 f. moveantur, (1) hos | praemiis (2) felicitate erg. | L
 23 sapientis erg. L 23 f. cum (1) animi (2) summum animi gaudium (3) summam . . . voluptatem L

6 f. *sit . . . profanis*: HORAZ, *Epistolae* I, 16, 54.

sibi est. Si quis vero ad veram sapientiam non pervenit, apud eum religio aliquid honestati superaddit.

Porro quia jus est dictamen rectae rationis circa ea quae pertinent ad perfectionem humanae societatis, et humanae societatis perfectissima est civitas, hinc jus publicum dicitur, quod dirigitur ad perfectionem ipsius civitatis quatenus civitas est, ita ut extra civitatem non habeat locum, Reliquum privatum appellatur, quod scilicet ut Ulpianus definit hic *spectat ad singulorum utilitatem*, etsi enim inter duas civitates ageretur, tamen quia civitas quaelibet personae instar est, jus privatum locum habet; secus est si plures civitates in unam ditionem coalescant, novamque constituent majorem priori civitatem. Manifestum quoque est non tantum privatum sed et publicum vel naturale vel legitimum esse. Necesse est enim quaedam jura publica esse communia, quae in utraque civitate obtinere debeant.

Jus civile vel scriptum est vel consuetudinarium, scriptum quod introducitur et conservatur scriptura, consuetudinarium, quod tacito consensu introducitur, et hominum assuefactione conservatur, ideo validius est. Discitur ex hominum laudibus et vituperiis. Est juri naturali simile, quia homines trahit ut natura, ita et consuetudo, quae est altera natura.

Praecepta juris primaria tria: honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Primum, Honestè vivere est praeceptum justitiae universalis, id est omnem virtutem colere, quia interest societatis. Alterum, Neminem laedere est praeceptum justitiae particularis commutativae, ut scilicet aequalitas Geometrica servetur, ne quis minus habeat quam ante, alter autem plus; homines enim aequales censendi sunt, cum de bonis quae in potestate habent agitur, sine ulla *προσωπολήψει*. Tertium, suum cuique tribuere est praeceptum justitiae distributivae, circa communia inter singulos distribuenda, ubi locum habet consideratio meritorum cujusque et publica utilitas.

1 vero (I) tantum (2) ad (a) suam (b) veram L 1 f. aliquid (I) separatum est a virtute, itaque (2) honestati L 2 f. superaddit. (I) Exempli causa (a) solus amor honesti neminem (b) solus sapiens (2) In (a) universum manifestum est jus esse (b) rectam ratio (3) Porro L 3 est (I) ratio recta quatenus re (2) dictamen L 6 locum, (I) et hoc (2) jus publicum (3) daturque jus publicum etiam naturale, (4) Reliquum L 6 f. quod . . . utilitatem *erg.* L 9 f. civitatem. (I) Jus autem omne vel natural (2) Manifestum L 10 vel (I) civile (2) legitimum L 14 quod (I) mentibus (2) tacito L 16 naturali | *bestiarum gestr.* | simile L 18 tria *erg.* L 19 Primum, *erg.* L 20 Alterum, *erg.* L 22 enim (I) circa (a) possessiones (b) | facultates *erg.* | suas (2) aequales L 22 f. de (I) patrimonio (2) bonis (a) eorum (b) quae L

495. DE LEGUM INTERPRETATIONE, RATIONIBUS, APPLICATIONE, SYSTEMATE

[Sommer bis Winter 1678/79 (?)]

Leibniz hat sich in der Zeit etwa ein Jahr nach Ankunft in Hannover eingehend und in immer neuen Ansätzen auch mit der *interpretatio legum* (bes. N. 494₁ und 495₂) befaßt, wohl in Fortführung seiner Überlegungen in der *Nova methodus* (VI, 1 N. 10, S. 329–340). Vor allem der *Legislator* und die für diesen ausschlaggebenden Gründe bei der Auslegung der Gesetze stehen hier im Mittelpunkt. Wir setzen dieses Stück aus inhaltlichen Gründen nach N. 494 und datieren es aufgrund des Wasserzeichens. 5

495₁. VORARBEIT**Überlieferung:**

L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 9 u. 26. 1 Bog. 2^o. 1/2 Sp. auf Bl. 9 v^o (auf Bl. 26 das Ende von N. 495₂). 10

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 632.

Jus Civile est Systema Legum Civitatis.

Civitas est societas inita felicitatis causa. 15

Lex est enuntiatio circa agenda aut omittenda vim cogendi habens.

Systema est collectio enuntiationum apta ad docendum.

Circa Enuntiationes singulas versari possumus, vel interpretando, vel argumentando. 20

Interpres alius est enuntiationis, alius enuntiantis. Nam saepe fit, ut aliquis non satis dicat, quae dicere voluit, aut dicturus fuisset, si dicenda ei venissent in mentem: tunc interpres aliquis esse potest, non tantum dicti, sed et dicentis; et hinc nascitur discrimen inter ῥητὸν καὶ διάνοιαν, dictum et sententiam. Atque hoc est quod dicitur non verba tantum legum tenenda esse *sed vim et potestatem* l. 17. *de Legibus*. Sententia autem investiganda est, ex rationibus quae movere Legislatorem. 25

15 felicitatis (1) causa (2) humanae causa (3) causa *L* 16 est (1) placitum (2) | oratio sive *gestr.* | enuntiatio *erg.* | *L* 17 collectio (1) ordinata ad finem (2) praeceptorum vel placitorum (3) | enuntiationum *erg.* | *L* 17 f. docendum. (1) Civitas omnis vel simplex est, ut oppidum, vicus, territorium, vel ex pluribus civitatibus composita, ut ditio (2) Circa *L* 18 singulas *erg.* (1) dupliciter (2) versari *L* 20 f. satis (1) dixerit (2) dicat *L*

495₂. DE LEGUM INTERPRETATIONE, RATIONIBUS, APPLICATIONE,
SYSTEMATE

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 9 u. 26, 34–35. 2 Bog. 2^o. 4 S. auf Bl. 34–35 u. 2 S. auf Bl. 26
(auf Bl. 9 v^o N. 495₁.)

E G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 42–53.

Weiterer Druck: G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 71–83.

De Legum interpretatione, rationibus, applicatione, systemate

Lex est enuntiatio de agendis vel omittendis vim cogendi habens.

10 Circa ENUNTIATIONES locum habet: interpretatio, argumentatio, et
Methodus. Et primum Enuntiatio omnis interpretationem recipit. Est autem
INTERPRETATIO duplex, dicti et sententiae, ῥητοῦ καὶ διανοίας, saepe enim non
satis dicimus, quae dicere voluimus, tunc non sufficit verba intelligere, sed
inquirendum est in rationes, quae dicentem movere potuere. Itaque scire leges non est
15 verba eorum tenere *sed vim et potestatem*, l. 17. *de Legibus*.

INTERPRETATIO DICTI est tum singulorum verborum, tum connexionis, vel
quod idem est, tum Etymologiae tum et Syntaxeos.

INTERPRETATIO SINGULORUM VERBORUM tollit tum obscuritatem cum nullus
apparet sensus, tum homonymiam seu nimiam ut ita dicam claritatem, cum apparet
20 multiplex; Utrumque autem fit exponendo significationem tum propriam, tum
tropicam, quam scilicet locus explicandus postulat. Ad homonymias tollendas utile est
cap. 13. lib. 1. *Topic*. De quatuor metaphorarum speciebus agit Aristoteles lib. *de Arte
Poetica*. Quomodo autem definitiones investigentur, infra pluribus explicabitur.

INTERPRETATIO CONNEXIONIS rursus tollit vel obscuritatem vel nimiam
25 claritatem seu Amphiboliam. Utrumque autem fit exponendo sensum tum
proprium, tum figuratum. Nam quod est tropus in singulis verbis, id est in
connexionem figura.

10 f. Circa . . . primum *erg. L* 16 INTERPRETATIO (1) VERBORUM (2) DICTI *L*

16 f. connexionis, (1) sive Etymologiae vel (2) vel . . . et *L* 18 tollit (1) homonymiam, (2) tum *L*
19 homonymiam seu *erg. L* 23 f. Quomodo . . . explicabitur. *erg. (1) Argumentatio (2)*
INTERPRETATIO *L* 27–S. 2783.1 figura. (1) ARGUMENTATIO est vel ab antecedenti quae dicitur Probatio,
vel ad consequens, quae dicitur consequentia. Possumus enim vel legem aliquam sive aliam enuntiationem
ex rationibus probare, vel possumus ex ipsa conclusiones ducere, quorum prius magis theoreticum est,
servitque ad constituendam juris artem, posterius practicum est servitque legum applicationi ad causas forenses.
Sed quemadmodum theoria servit praxi, ita rationes legum conclusionibus ex lege ducendis. (2)
INTERPRETATIO *L*

INTERPRETATIO SENTENTIAE est investigatio eorum quae non tam dixit Legislator, quam in mente habuit, circa negotium praesens, sive quae tunc fuisset dicturus, si proposita illi fuisset quaestio de qua agitur. Saepe enim fit ut homines generaliter nimis loquantur, aut etiam aliud pro alio dicant, quod cum faciunt, et genus speciei, vel disparatum disparato substituunt, opus habent correctione. Falsa enim sequerentur si 5
verbis insisteremus. Si vero specialiora justo dicant, sive speciem generi substituant non tam correctione opus habent quam supplemento, hinc aliquando subjecta reciproca inquirimus, quibus praedicatum primo inest, licet fortasse legislator tantum speciales casus enumeraverit, de quo etiam infra. Quod fit investigando rationem communem cur praedicatum idem pluribus subjectis insit. 10

Itaque qui τὴν διανοίαν interpretatur, non tam est interpret enuntiationis, quam ipsius enuntiantis, supplens quae ille imperfecte dixit, supplens tamen non ex propria, sed enuntiantis sententia. Interpretatio igitur talis sumi potest, tum ex affectibus, tum ex rationibus enuntiantis.

AFFECTUUM ratio videtur haberi posse in legibus privatis, quas testator ultima 15
voluntate dixit, interpretandis, nam de rebus propriis constituit. Sed in Legibus publicis interpretandis non est habenda ratio affectuum Legislatoris, est enim Magistratus non Dominus, sed administrator publicarum rerum. Et ipsi Legislatores non audent affectus profiteri, sed omnia videri volunt egisse rationibus. Itaque licet affectus Legislatoris nobis ex vita ejus vel historia illorum temporum, constet, et facile conjici possit, 20
quorsum ille fuisset inclinaturus, quidve allatis in medium praetextibus rationum fortasse responsurus, non est tamen ea mens civitatis, ut hominis etiam defuncti inconsultae libidini, vel facilitati post multa secula adhuc serviat, et male collocabitur conjectandi solertia in vitiis

2 quae (I) ex eo animi statu (2) tunc L 2 f. si (I) venisset in mentem, (et) si propos (2) propositum (3) proposita L 3–10 agitur (I) ; vox est, si certa enuntiatione oritur | circa legem erg. | (2) . Saepe . . . correctione (a) si vero specialiter (b) . Falsa . . . subjecta (aa) prima et (bb) reciproca . . . quo (aaa) pluribus | (bbb) etiam erg. | . . . insit. L 13 f. Interpretatio (I) autem (2) igitur talis (a) sumenda est, tum ex rationibus, (b) sumi . . . rationibus L 14 f. enuntiantis. | Sed in Legum | publicarum erg. | (I) applica (2) explicatione, non est habenda ratio affectuum Legislatoris, quod secus esse videtur in explicatione gestr. | AFFECTUUM L 20 ex (I) historia illorum temporum, vel vita (2) vita . . . temporum L 20 f. possit, (I) quod (2) quorsum L 23 vel facilitati erg. (I) etiam die post (2) serviat (3) post L

legislatorum ex historia eruendis stabiliendisque. Fatendum est tamen affectus saepe transire in rationes, sive ad principia quaedam stabilienda inservire, praesertim in rebus moralibus et civilibus, ubi cum multa sint ab utraque parte commoda et incommoda, plerumque homines non ea satis exacte inter se conferunt ponderantque, sed inspectis
 5 tantum quibusdam commodis praesenti mentis affectioni congruentibus, in eam partem praecipites ruunt. Ita Legislatores lucro dediti principia quaedam sibi constituent, et in condendis legibus sequuntur, exempli causa commercia potius respicient, quam rem militarem et defensionem publicam, falso putantes pecuniam potius quam militem esse nervum rerum gerendarum, itaque nulla primogeniturae et familiarum conservandarum
 10 habita ratione bona inter liberos ex aequo dividunt, privilegia dotis non curabant, multaque alia id genus constituent, non plane consentanea rationi. Itaque haec principia Legislatoris nata sunt ex affectu inconsulto, quoniam tamen expressa legibus, et in republica stabilita sunt, non est privati interpretis ab illis recedere.

INTERPRETATIO igitur sententiae legislatoris sumta EX RATIONIBUS intelligitur, quae
 15 Legislatorem moverunt, etsi fortasse alium non movissent, id est ex principiis quibusdam quae sive affectibus ejus, sive scopo vel status rationi consentanea sunt vel etiam illi qui tunc erat reipublicae statui congruebant. Si tamen illa principia non sint manifeste absurda et rationi contraria, et sint satis manifeste sive Legibus sive Moribus stabilita, in legibus interpretandis et in usum transferendis sequenda sunt: alioqui interpreti
 20 permissum esset leges pro arbitrio immutare, ac Legislatorem agere; et potest fieri ut is qui legislatoris affectus vel erronea principia accusat, ipse affectu agatur, vel in errore versetur, cujus controversiae judicem non habemus. Itaque interpretatio sententiae legis sumitur ex rationibus legislatoris, vel veris vel apparentibus.

VERAE RATIONES sunt, quas etiam sapientissimus Legislator fuisset secuturus, et
 25 sunt vel ex jure naturae, vel ex ratione status.

EX JURE NATURAE sunt ea principia, quae sunt perpetua semperque et ubique locum habent, in omni scilicet Civitate, omnique Civitatis statu. Tales sunt Deum esse colendum, magistratus et parentes honorandos.

5 commodis (1) praesertim (2) praesenti L 6 lucro dediti *erg.* (1) qui commerciorum tantum rationem maxime habent (2) condent forte (3) in co (4) principia L 8 f. falso . . . gerendarum, *erg.* L 10 f. dividunt, (1) nullam | aut exiguam *gestr.* | privilegiorum dotis rationem habebunt (2) privilegia . . . genus L 16 f. vel . . . congruebant *erg.* L 23 vel (1) perfectis vel imperfectis. Perfectis quarum scilicet sapientissimus quoque legislator etiam esset rationem habiturus; imperfectis, quae affectibus vel privato (2) veris L 23 f. apparentibus. (1) VERIS quarum etiam sapientissimus Legislator fuisset rationem habiturus, APPARENTIBUS, quae vel ex affectu Legislatoris vel privata utilitate sumtae sunt. (2) VERAЕ L 25 vel (1) perpetuae seu fiunt (2) ex L 26 sunt (1) eae (a) quae (b) rationes (2) ea principia L 28 magistratus et *erg.* L

EX RATIONE STATUS sumuntur principia, quae non cuilibet civitati, aut non cuilibet civitatis tempori vel statui conveniunt. Ita circa extraneorum mercium importationem variant civitates, possunt enim quaedam merces tam esse necessariae nostrae civitati, ut Sueciae sal, Italiae frumentum, cuius importatio omnibus modis promovenda est, privilegiis etiam concessis. At Gallia salis extranei importationem severissimis poenis 5 coercet, quoniam scilicet ipsa sale abundat. Similiter eadem Respublica variat pro diversis temporibus, ita tempus erat, quo nundinae erant favorabiles in Germania, cum scilicet ipsi mercatoribus atque opificibus non abundaremus, alliciendique essent exteri privilegiis, et male tuta essent itinera, unde loca quaedam statis temporibus sub publico imperii salvo conductu frequentabantur, mercatoribus per turmas euntibus prope ad 10 Caravanarum Asiae instar. Nunc eo res rediit, ut propemodum nundinae factae sint odiosae, non quasi abrogandae sint, sed ut certis quibusdam legibus coerceantur, ne videamur externos edictis etiam propositis privilegiisque concessis evocare ad nosmet expilandos. Itaque legum huiusmodi principia petenda sunt ex Geographia et Historia, id est ex locorum temporumque cognitione, accedente scientiae politicae parte 15 Nomothetica.

RATIONES APPARENTES sunt quae legislatorem moverunt, virum autem sapientem non movissent. Eaeque oriuntur vel ex privata Legislatoris utilitate, publici boni specie palliata, vel ex Legislatoris errore. ERRORIS autem causae sunt vel praeiudicia, vel ἀσυλλόγιστα, vel affectus. 20

Rationes autem sive PRINCIPIA Legislatoris vel sunt expressa vel sunt colligenda per consequentiam. EXPRESSA, ut quod ajunt Jurisconsulti eum qui in utero est, habendum esse pro jam nato, quando de ejus commodo quaeritur.

COLLIGUNTUR per consequentiam vel certam, vel probabilem. Idque optime fiet eo modo quo quaeruntur in Physicis aut Astronomicis, hypotheses aptae ad salvanda 25 phaenomena, ita enim etiam propositis pluribus legibus particularibus quaerendum erit principium quoddam commune, ex quo ratio reddi possit omnium.

Hactenus exposuimus interpretationem Legum; sequitur ARGUMENTATIO quae circa Leges versatur, eaque duplex est, in omni enuntiationi, una ab antecedenti sive ab aliqua ratione enuntiationis ad ipsam enuntiationem propositam quae dicitur Probatio, altera 30

1 sumuntur (1) rationes, quae ducuntur ex principiis (2) principia L 2 Ita (1) manuficiorum extraneorum (2) | circa *erg.* | L 4 Italiae frumentum *erg.* L 6 eadem (1) Civitas (2) Respublica L 10 imperii *erg.* L 12 odiosae, (1) sive coercendae, (2) non L 13 propositis *erg.* L 16 f. Nomothetica. (1) Ap (2) RATIONES L 24 fiet (1), si plures (2) eo L 29 est, (1) una in reddendis legum rationibus seu una (2) in L 29 f. antecedenti (1) ad (2) sive . . . ipsam L

ab enuntiatione proposita ad aliquid consequens, seu ad aliquam conclusionem quae ex ea duci potest, quae dicitur *consequentia*.

PROBATIO Legis coincidit cum interpretatione τῆς διανοίας sumta a rationibus veris; nihil enim est aliud Legem probare quam rationem Legis veram reddere, non
 5 tantum scilicet cur sit lata, sed etiam cur sit tuenda. Hae rationes sumuntur ex Ethicis vel politicis, et vel etiamnum subsistunt, vel nunc cessant quo casu ratio legis vera pro praesenti rerum statu reddi non potest. Sed haec omnia jam attigimus in interpretatione τῆς διανοίας sive sententiae; placet tantum paulo distinctius exponere modum probandi. Tametsi autem pleraeque leges sint enuntiationes quae non habent absolutam
 10 necessitatem, sed quas ut plurimum contingunt, veras esse. Nihilominus locum circa eas habent probationes exactae sive infallibiles, id est demonstrationes, modo quis probare suscipiat enuntiationis huiusmodi non veritatem absolutam, sed ipsam probabilitatem. Saepe enim demonstrari potest probabilitas, sive utrum ex duobus oppositis multo frequentius altero per rerum naturam contingere debeat, quemadmodum circa aleam,
 15 aliosque lusus etiam a fortuna pendentes habemus exactas et plane mathematicas ratiocinationes. Probatio igitur et in universum ARGUMENTATIO est vel recta vel vitiosa. Probatio RECTA est vel exacta, quae dicitur demonstratio, vel Topica. VITIOSA rursus vel demonstrationem mentitur quae dicitur Paralogismus, vel Syllogismum topicum, quae dicitur Sophisma.

20 Hinc fieri potest, ut eadem ratiocinatio sit simul et paralogismus probus topicus, si scilicet argumentator syllogismum topicum in demonstrationis speciem adornavit. Caeterum argumentationes vitiosas in ipsis Legibus extare negari non potest.

DEMONSTRATIO est vel a priori, seu ab his quae natura notiora sunt, seu quae notiora essent ordine philosophanti; vel a posteriori, seu ab his quae contingit nobis
 25 notiora esse, etsi secundum optimum philosophandi ordinem, tardius innotescere debuissent. In omni demonstratione est aliqua resolutio vel subjecti solius, vel subjecti et praedicati simul. Resolvere autem est in locum termini alicujus substituere definitionem, vel definitionis partem, vel alium terminum tali resolutione de praesenti termino antea demonstratum. Itaque duo ingrediuntur demonstrationem, definitio, et theorema jam ante

1 consequens, (I) quae dicitur (2) seu L 9 pleraeque erg. L 16 et . . . ARGUMENTATIO erg. L 16 vel (I) exacta vel (2) recta L 16 f. vel (I) inutilis (2) mala (3) vitiosa. erg. | L 17 f. Topica. (I) Demo (2) INUTILIS (3) MALA (4) VITIOSA erg. | L 21–23 adornavit. (I) Et (2) Caeterum . . . potest. (a) Et nobis (b) DEMONSTRATIO L 23 sunt, (I) ; vel a posteriori, ab his scilicet quae natura notiora sunt (2) , seu L 25 secundum (I) verum (2) | optimum erg. | L 26 debuissent. (I) Utraque tamen procedit per definitiones (2) In L

demonstratum quibus tamen interdum accedunt sumtiones concessae (sed tunc conclusio non probatur absolute, nec nisi ex hypothesi sumtionis), et experimenta, quae tamen faciunt ut demonstratio, saltem ex parte, sit a posteriori. Demonstratio autem absoluta a priori solis indiget definitionibus et theorematis praedemonstratis, et quia haec ipsa priora theoremata similiter fuere demonstrata, nec potest dari progressus in infinitum, 5 necesse est prima theoremata fuisse demonstrata per solas definitiones. Itaque manifestum est ultimam omnis demonstrationis absolutae a priori analysin fieri denique in solas definitiones.

Quoniam ergo Locus perfecte demonstrandi unicus est definitio, operae pretium erit paucis naturam ejus, ac modum definitiones investigandi exponere. 10

Definitio est expressio conceptus quem habemus de definito. Definitum autem est terminus aliquis, quem scilicet definitione ita explicamus, ut a quolibet alio distingui possit. Hinc patet definitiones non esse arbitrarias. Sunt enim quidam conceptus implicantes contradictionem, qui nulli rei definitae respondent, tales definitiones non sunt principia demonstrandi, quia simul ex illis concludi possunt opposita, ante omnia 15 ergo constare oportet, conceptum definitione expositum esse possibilem. Hoc posito tali conceptui nomen imponi quidem potest pro arbitrio, si tamen velimus vulgo intelligi, et extent jam nomina huic conceptui respondentia, ea sunt retinenda; id vero maxime necessarium est, cum aliorum verba volumus interpretari. Duplex igitur modus est constituendi definitiones, unus per combinationes notionum varios conceptus 20 efformando, quibus postea nomina imponantur; alter proposito aliquo nomine ex usu communi, vel ex usu auctoris quem explicandum suscepimus, significationes investigando: Prior modus sublimior est, nec cujusvis, posterior magis popularis. Proposito Termino investigabitur ejus significatio, si varii modi loquendi de ipso qui vulgo vel apud autorem nostrum in usu sunt, colligantur qui est usus Lexicorum. In 25 primis autem observanda sunt Termini Epitheta, quae de eo affirmantur vel negantur, proximum est ut subjecta, apposita, synonyma (vel cognata), et opposita singularia annotentur. Et his quidem omnibus

1 demonstratum (1) praeter experimenta et sumtiones concessas (2) his (3) quibus L 2 f. tamen erg. L 5 nec (1) possit (2) | potest erg. | L 8 f. definitiones. (1) Definitiones caus (2) Quoniam L 10 f. exponere. (1) Definitio (a) nihil aliud est quam (b) se habet ad ideam seu conceptum quem de re habemus, ut nomen definitum se habet ad ipsam rem. (2) Definitio L 20 notionum (1) constituendo (2) varios L 20 f. conceptus (1) constituendo (2) efformando L 21 postea (1) quaerantur nomina apta; alter nominib (2) nomina L 23 f. popularis. (1) Investigatio significa (2) Proposito (a) nomine (b) | Termino erg. | L 25 Lexicorum. (1) Quod si jam effingi posset significatio, quae omnibus illis loquendi mod (2) In L 26 quae . . . negantur erg. L 27 subjecta, erg. L 27 (vel cognata) erg. L

terminus adjungitur in recto; inde veniendum est ad rectiones, seu quibus in obliquo jungatur. Hinc jam effingenda est significatio quae omnibus locutionibus collectis satisfaciat, ea plane methodo qua effingimus hypotheses quibus satisfaciamus omnibus phaenomenis. Hoc autem fiet quaerendo singulorum rationes, exempli causa

5 considerando varia subjecta Termini propositi sive species aut individua, de quibus solet praedicari, aut etiam non praedicari, quaerendo enim rationem cur de aliquo praedicetur, vel de alio non praedicetur, idque faciendo saepius in diversis, atque illas rationes colligendo in unum, tandem singulas definitionis partes assequemur, sive varia genera, quae simul juncta sibi mutuo differentiae loco sunt. Et quaerendo vel ex alibi jam

10 investigatis adhibendo generum genera veniemus tandem ad genera summa atque universalissima nostrae scientiae, quorum praedicationes inter se invicem exhibent, propositiones universalissimas et facillimas, in quibus de subjectis universalissimis, affectiones quoque late patentes enuntiantur. Inde per divisiones iterum ad species descendemus, et per subsumptiones de illis non tantum affectiones communes, sed et

15 plures communes inter se jungendo, proprias demonstrabimus. Eodem modo ut species, ita et attributa subjecti plura percurrendo, et rationes singulorum cur subjecto insint investigando et inter se jungendo concinnabimus denique definitionem ex qua demonstrantur non haec tantum omnia (sed) multo adhuc plura. Saepe autem significatio vocabulorum talis assumi poterit, qua efficietur ut quae videntur tropica, reapse sint

20 proprie dicta. Exempli causa Deum colere et terram colere valde distant, formari tamen potest conceptus communis, est enim colere in universum, rem aliquam studio suo sibi beneficam reddere conari. Hujusmodi significationes Samuel Bohlius diligens olim Hebraicae proprietatis investigator, appellare solebat, Conceptus formales. Equidem negari non potest, talem methodum investigandi nominum significationes esse

25 conjecturalem, et ut barbara sed apta voce dicam, provisionalem, fieri enim potest, ut modus loquendi a nobis antea neglectus superveniat, qui nos cogat assignatas definitiones immutare, quemadmodum Astronomi saepe novis observationibus detectis hypotheses suas immutare coguntur. Sed hoc mirari non debemus, nam si propositum nobis est, vulgi vel autorum locutiones interpretari,

4–18 phaenomenis. | (1) Idem subjecta termini, variaeve (2) Hoc . . . plura. *erg.* | L 6 aut . . . praedicari, *erg.* L 11 quorum (1) comb (2) praedicationes L 12 subjectis (1) latissime (2) universalissimis L 17 inter se jungendo *erg.* L 18 plura. (1) Et (2) Saepe | autem *erg.* | L 18 f. significatio (1) illa (2) | vocabulorum *erg.* | L 25 et (1) posse supervenire (2) ut L 28 hoc (1) nihil (2) mirari L

manifestum est, utique methodum sensa animi aliorum investigandi non posse esse demonstrativam, sed probabilem tantum. Si vero in constituendis scientiae Elementis populari vocabulorum significatione per condensum quendam (*par complaisance*), quoad commodum licet, uti nobis propositum sit, nihil refert ad certitudinem scientiae, an omnino vulgi vel autorum mentem simus assecuti, poteramus enim ab illis abire et
5 conceptibus nostris nomina pro arbitrio imponere, etsi maluerimus libertate nostra quam minimum uti, quo facilius intelligeremur.

Si jam definitiones habeamus, facile est de subjecto demonstrare affectiones, et enuntiationum propositarum, adeoque et legum reddere rationes, habita enim praedicati definitione, subjectum tamdiu resolvendum est, donec reperiatur omnes partes
10 definitionis praedicati extare inter partes definitionis subjecti, quo posito necesse est praedicatum subjecto inesse: Multa tamen habentur compendia quibus contrahitur labor, et primum utile est investigare propositiones reciprocas, seu subjecta quibus praedicatum propositum primo insit. Exempli causa minori, absenti, prodigo, datur curator; cur ita? quia rebus suis praeesse non possunt; nam quando id contingit, datur curator, quando non
15 contingit non datur. Hujusmodi propositionibus semel habitis, magnam propositionum inutilium farraginem abscindimus. Deinde si per propositiones jam demonstratas habeamus praedicatum reciprocum commune duobus sequitur ea quoque sibi invicem subjectum praedicatumque esse. Itaque theoremata jam ante demonstrata magnum praebent compendium, ne semper resolutionem ad definitiones usque continuare opus sit.
20

ARGUMENTATIO PROBABILIS procedit vel a rei natura, vel ab hominum opinione. A REI NATURA rursus est vel Praesumptio vel conjectura. PRAESUMPTIO est, si ex his quae vera esse constat necessario sequitur enuntiatio proposita, nullis aliis praeterea requisitis, nisi negativis, ut scilicet nullum extiterit impedimentum. Itaque semper pro eo pronuntiandum est, qui praesumptionem habet, nisi ab altero contrarium
25 probetur. Et tales sunt pleraeque ratiocinationes in moralibus.

CONJECTURA locum habet, si ad utrumque oppositorum exacte probandum aliqua positiva adhuc requiruntur, quae an vera sint, non constat, pronuntiatur tamen interim¹

¹ NB. interim, an ergo retractari potest sententia.

2 constituendis (1) def (2) scientiae L 3 quendam (1) sive ut Gallico more lo (2) (*par* L 5 f. et (1) defini (2) conceptibus L 7 f. intelligeremur. (1) Atque ex his opinor intelligi satis potest quomodo definitiones investigari possint, quibus positus facile est (2) Si L 12 f. labor, (1) exempli causa si reperiatur praedicatum reciprocum commune d (2) et L 13 investigare (1) inprimis (2) propositiones L 17 per . . . demonstratas *erg.* L 20 praebent (1) sub (2) compendium L 23 si (1) ratio aliqua reperiri (2) ex L 26 Et . . . moralibus. *erg.* L 27 exacte probandum *erg.* L 28 interim *erg.* L

pro eo, quod est facilius, sive quod pauciora aut in eodem genere minora habet requisita. Atque ita locum habet quod ajunt Jurisconsulti, *semper in obscuris quod minimum est, sequimur*. Huc pertinet doctrina de gradibus probabilitatis, quam nemo quod sciam satis pro dignitate tractavit.

- 5 Argumentatio qua legis ratio reddatur interdum locum non habet; *non enim omnium quae a majoribus constituta sunt ratio reddi potest*; l. *non omnium* 20. D. *de Legibus*, non sunt tamen immutanda sine magna ratione; nam ut ait Jurisconsultus, *nihil facile mutandum in solennibus*.

Interdum ratio quae ab ipsis Jurisconsultis aut legislatoribus redditur deceptorio est.

- 10 Saepe etiam hodierno Reipublicae statui amplius non congruit; non tamen statim cessante legis ratione cessat lex ipsa, neque enim hoc judicio privatorum aut etiam magistratuum inferiorum submittitur. Impossibile quoque est rationem alterutrius Legis reddere, quando duae leges pugnant inter se.

- CONSEQUENTIA ex Legibus seu Applicatio Legum ad negotia in legibus non diserte
 15 expressa, potissimum est Jurisconsulti munus continetque simul interpretationem dianoeticam de qua supra, quae locum habet si legislator non dixit id de quo agitur, dicere tamen voluit, eaque est vel extensiva seu suppletoria, vel restrictiva seu correctoria. Extensiva, si ob eandem rationem legis dispositio porrigitur ad casus in lege non expressos; Restrictiva, si ob cessantem legis rationem cesset ejus dispositio,
 20 etsi negotium de quo agitur, sub verbis disponentibus contineatur. Quousque autem hoc permissum sit Jurisconsultis, magna adhuc quaestio est, nec in omnibus Rebus publicis eodem modo definienda; nam legislatores alii aliis plus minusve Jurisconsultis concessere. Ego arbitror leges ita concipiendas ut interpretatione dianoetica non sit opus. Datur alia ex Legibus consequentia de qua non est controversia, quae scilicet sumitur ex
 25 legum verbis et sententia simul. Fit autem quando cum lege conjungitur aliqua alia propositio, ut

4 f. tractavit. (1) Porro Legum rationes reddere (2) Argumentatio L 9 redditur (1) vitiosa (2) deceptorio L 12 f. Impossibile . . . se. erg. L 15–17 simul (1) tum interpretationem mentalem, tum correctionem legum, tum denique supplementum. Itaque si legislator non dixit id de quo agitur, dicere tamen voluit, locum habet interpretatio mentalis, (2) interpretationem . . . voluit, L 17 vel (1) restrictiva (2) extensiva | seu suppletoria erg. | L 17 f. seu correctoria erg. L 23 interpretatione (1) mentali (2) | dianoetica erg. | L 25 f. alia erg. L

inde constituatur argumentatio, cujus praemissarum aliqua sit lex, conclusio sit decisio alicujus quaestionis. Propositio autem legi adjuncta potest esse vel alia lex, vel enuntiatio ex alia quadam scientia sumta, exempli causa ex logicis multa assumunt Jurisconsulti circa propositiones conditionales et disjunctivas; ex physicis, cum de partu legitimo agitur, vulneribusque letalibus; ex mathematicis cum tractatur de finibus regundis, de calculo falcidiae. 5

Superest ut tractemus de METHODO LEGUM, seu de systemate ex pluribus Legibus concinnando. In hoc SYSTEMATE spectanda est tum materia, tum forma seu ordo. MATERIAM Systematis faciunt Leges ipsae; in quibus illud observandum est, quod in lapidibus ex quibus molimur aedificium, debent enim ita esse secti ut inter se commode 10 firmiterque conjungi possint, deinde, ut nullus sit locus vacuus, ita in legibus coordinandis requiritur, tum ut ne pugnent inter se, tum ut nullum negotium dubium relinquunt. Tale Systema Legum hactenus quidem non extat, quin tamen confici possit, ego dubitare non possum. Sed vulgus in contrarium abit, credunt enim infinita esse negotia, quae complecti omnia sit supra humanas vires; quod ita esset fateor, si 15 propositum nobis esset enumerare omnes casus; sed qui universalia novit, is facile innumerabilem rerum copiam in classes dividere potest, ita ut nihil eum effugere possit. Deinde vulgo putant nullam esse Legem sine exceptione, cum tamen Jurisconsultus velit, regulam adeo exceptionibus carere debere, ut si vel in uno fallat officium suum perdere videatur. Quomodo haec conciliabimus, aut quomodo denique aliquid certi ex legibus 20 concludemus, si nunquam securi sumus; Respondendum est singulas quidem leges posse habere exceptiones, sed totum systema Legum debere exceptionibus carere; leges enim sese invicem limitant, et ex una lege sumi potest regula, ex alia exceptio, rursus ex alia replicatio, et ita porro.

Inde nascitur mirificum Leges ferendi compendium, et apparet quomodo paucae 25 Leges complecti possent casus innumerabiles, quoniam paucarum legum innumerabiles possunt fieri combinationes inter se, pro negotiis scilicet oblatiis. Tantum danda opera est, quo cognoscatur, quae lex quam limitare possit, quod non difficile est; si quis modo intelligat, quae diximus de praesumptione. Omnis enim Lex praesumptionem habet, et in casu proposito locum habet, nisi emersisse probetur impedimentum aut contrarium, quod 30 Exceptionem ex alia lege sumtam pariat. Atque hinc est quod onus probandi transfertur in eum qui allegat exceptionem.

2 vel (1) sententia aliqua (2) enuntiatio L 6 f. falcidiae. (1) Leges recte conceptae debent car (2) Superest L 11 firmiterque erg. L 30 nisi (1) novum incidemus prob (2) quid (3) emersisse L

496. APHORISMI DE FELICITATE, SAPIENTIA, CARITATE, JUSTITIA
[Sommer bis Winter 1678/79 (?)]

496₁. ERSTE FASSUNG

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH IV 8 Bl. 4–5. 1 Bog. 2°. 4 Sp. links auf Bl. 4 r^o–5 v^o.
E COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 516 f. (Teildruck).

In einem Brief an Heinrich Avemann vom 16. Januar 1689 (I, 5, N. 205) schreibt Leibniz, er habe einst Definitionen zum Naturrecht Henri Justel nach Paris geschickt. Das geschah im Sommer 1677, vergleiche den Brief von Justel an Leibniz vom 4. Oktober 1677 (I, 2, N. 271), allerdings ist offen, ob es sich um die hier
 10 wiedergegebenen Definitionen handelt. Zu den in I, 2 gedruckten Briefen Justels fehlen die abgefertigten Gegenbriefe. Wir datieren unser Stück auf den Herbst bis Winter 1678/79 in der Annahme, daß Leibniz die verschiedenen Fassungen der Definitionsketten zügig überarbeitet hat. Das aus inhaltlichen Gründen sicher frühere Stück N. 492 und das ebenso sicher spätere Stück N. 500 (*De postulationibus*), das vor April 1679
 15 geschrieben worden sein muß, schränken den durch das häufig belegte Wasserzeichen für dieses Stück gebotenen Zeitraum entsprechend ein.

Justitia est charitas sapientis, seu charitas quae prudentiae congruit. Itaque
 Carneadis declamatio in justitiam, quam dicebat esse summam stultitiam, hanc quidem
 justitiam cujus praecepta molimur, non tangit, utique enim charitas sapientis stulta esse
 non potest. Cadere autem charitatem in sapientem, seu justitiam hujus modi (quae sit
 20 charitas sapientis) intelligi posse, imo omnem sapientem esse justum, infra demonstrabitur.

Charitas est benevolentia erga omnes.

Sane videtur justitia esse virtus quae affectum benevolentiae pariter atque odii
 moderatur ex praescripto prudentis. Sed quia omne odium injustum est, ut suo loco

16 est charitas (I) qualis in sapiente esset seu | (2) sapientis, seu *erg.* | (a) quae (b) charitas *L*
 16–21 Itaque . . . | (quae . . . sapientis) *erg.* | . . . demonstrabitur *erg.* *L* 22 est (I) habitus benevolentiae (2)
 benevolentia *L* 22 omnes | homines in universum *gestr.* | . Sane *L* 23 f. odii | hominis erga hominem
gestr. | moderatur, | ex . . . prudentis *erg.* | *L* 24–S. 2793.1 odium | hominis erga hominem *gestr.* | injustum
 est, | ut . . . est, *erg.* | *L*

17 Carneadis . . . stultitiam: vgl. LACTANTIUS, *De divinis institutionibus*, V, 16, 3.

demonstrabitur, quia prudentiae contrarium est, sufficit amoris tantum, sive charitatis in definienda iustitia fieri mentionem.

Benevolentia est habitus amoris.

Amor est affectus quo efficitur ut bonum malumve alienum censeatur pars nostri sed quoniam amor ita definiendus esse videtur ut cadat et in Deum, sufficiet dicere: 5

Amare est alterius felicitate delectari, unde sequitur malum alterius amoliturum amantem, etiamsi doliturus non sit cum amoliri malum non licebit, sive ob necessitatem rerum quam qui intelligit, non dolebit si sapit, sive ob majus alibi bonum quod qui intelligit, etiam gaudebit. Possum autem ejus etiam qui felix non est felicitate saltem animo concepta delectari adeoque eam desiderare. 10

Sapientia est scientia felicitatis, seu sapiens est, qui felicitatem suam quam rectissime quaerit.

Omnis Caritas est virtus, sed non est iustitia nisi cum prudentia accessit, quae impediatur ne exercitium caritatis erga nonnullos et nonnunquam damnosum sit in summa 15

Justitia ergo est virtus circa dispensationem charitatis. Si mihi noceat exercitium charitatis magis quam alteri prosit, imprudenter ago? an et injuste, utique: si quis sibi injuriam facere potest.

Sapiens non tantum habet caritatem, sed et scientiam ita exercendi caritatem, ut felicitati ipsius congruat; habet enim scientiam felicitatis. 20

Scientia felicitatis seu sapientia bis iustitiae utilis est tum ad efficaciter amandum (nam uti felicitate alterius non imaginaria sed vera delectemur, nosse debemus felicitatem), tum ad prudenter amandum, ne nostrae, imo ne alienae felicitati amando obsimus.

Qui felicitatem suam quaerit, is quaerit laetitiam duraturam. 25

Laetitia est opinio voluptatum.

Opinio inquam, id est vel recordatio praeteritarum vel perceptio praesentium, vel spes futurarum. Est autem eo major quo magis a dolorum sensu aut opinione illibata est, et quo fortior opinio est, majorque voluptas. Potest autem et certa opinio esse. Qualis est

 5 cuilibet subijci necesse est. Ita regulae *si quis mutuam pecuniam sumserit conditione certi tenetur*, non est necesse subijci exceptionem *nisi solverit*. In universum enim in alio titulo stabilitur, obligationem solutione perimi, sed loquor de restrictione quae correctionem quandam continet. Differt denique dictum a sententia, tum quoque
 10 quando species enuntiata est pro genere, seu quando leges casuum quorundam specialium mentionem faciunt, cum tamen etiam in aliis similibus idem voluisse videantur, ubi scilicet eadem ratio est. Hinc etiam sequitur favores esse extendendos, odia restringenda, quia illa plus haec minus rationis habent, et quae contra rationem recepta sunt, non sunt trahenda ad consequentias.

Negari tamen non potest magnum adhuc dubium esse, quousque Jurisconsultis
 15 liceat verba legis restringere aut extendere. Et quidem puto non id licere, nisi ex praesumta aut saltem conjecturata mente Legislatoris. Haec autem cessat, si Legislator diserte vetet huiusmodi interpretationes fieri, quod alicubi fecit Justinianus tametsi ejus prohibitio parum hodie curetur. Cessabit etiam si conjecturae non sint satis fortes, nam tunc satius erit, negotium de quo agitur habere pro nondum definito, solutionemque ejus
 20 quaerere ex jure naturali, quod in omnibus casibus faciendum est, ubi lex cessat. Sed cum non sit liquidum quae conjecturae sint satis fortes, hinc magna controversiarum seges enasci potest, praesertim si magnum sit volumen legum, tunc enim ex variis textibus variae et pugnae conjecturae sumi possunt, quia idem etiam contrariis, simile esse potest, secundum diversa comparationis capita. Utrum autem praevalere debeat
 25 saepe judicari facile non potest. Itaque ut jus certum habeatur in Republica, praestat omnem tam

1 est, (1) tunc enim si exceptio (2) eo . . . restrictio L 2 cessante . . . lex erg. L 5 f. *mutuam* | *pecuniam str. Hrg.* | *pecuniam* (1) *solverit*, | (2) *sumserit* erg. | (a) *actione de rebus credi* (b) *conditione* L 7 stabilitur, (1) omne debitum | (2) obligationem erg. | L 7 f. sed . . . continet erg. (1) Tum (2) Differt L 9 leges (1) casus (2) casuum L 10 in (1) illis (2) aliis L 11–13 Hinc . . . consequentias erg. L 14 esse, (1) an liceat (2) quousque L 15 puto erg. L 16 aut saltem conjecturata erg. L 17 alicubi (1) in *Novellis* (2) fecit L 18 fortes, (1) quo casu satiu (2) nam L 19 pro (1) indefinito (2) nondum L 21 non (1) appareat q (2) sit (a) satis (b) liquidum L 22 legum, (1) ubi (2) parumque (3) tunc L 24 capita. (1) Utrius autem potior habenda sit (a) ratio (b) cura (2) Utrum . . . debeat L

17 quod . . . Justinianus: JUSTINIANUS I., *De confirmatione Digestorum*, § 21.

restringendae quam extendendae legis potestatem Jurisconsultis pariter et iudicibus edicto adimere, dareque operam, ut Codex legum accurate scriptus habeatur. Cum tamen nihil in rebus humanis perfectum sit jubeantur inferiora tribunalia, collegiaeque Jurisconsultorum, oblatis gravibus corrigendae legis causis referre ad summam potestatem: quod si Codex ille satis bene conceptus sit ac per summa rerum capita
5 procedat, poterit edici, ut nulla actio vel exceptio, vel replicatio cuiquam detur, nisi quam ex ipsis legibus probare possit, ut controversiae tollantur, quae praetextu juris naturalis, aequitatisque aut etiam conjecturalium legum interpretationum moveri solent. Nec facile occurret casus, qui non jam legibus insit, satis enim quaestionibus respondit etiam quas non attingit qui semel decrevit, postulationem diserte non concessam pro negata esse
10 habendam; si quis tamen forte emergat casus, ubi magna sit causa dubitandi, referendum erit ad summam potestatem, et tantisper repellenda erit postulatio ejus, qui fundamentum sumit ex jure incerto.

Nunc autem Leges Romanae, quibus utimur, tam saepe obscurae sunt ob vetustatis ignorationem locaque truncata aut corrupta; et pugnantes vel expresse vel per
15 consequentias; deinde tam vastae et multiplices, et confusae et nihilominus tam multa indefinita et incerta relinquentes; ut tale nihil de illis edici possit. *Digesta* certe pariter ac magna pars *Codicis* compilata sunt ex responsis Jurisconsultorum et rescriptis Imperatorum circa causas singulares; quae scripta non erant animo ferendae legis etsi
20 postea vim legis acceperint; et habemus subinde in *Digestis* commentaria Jurisconsultorum veterum in *Edictum perpetuum* aliasve Leges, ipsa autem Edicti verba non habemus, unde necessario cogimur ex casuum specialium rationibus decidendi investigare ipsas leges raro satis expressas. His jam accedit, quod ipsae Leges Romanae saepe dubiae sint auctoritatis; multa enim passim abrogata habentur nostris moribus, saepe
25 tamen quod unus abrogatum

1 potestatem (1) edicto (a) vetare (b) adimere (2) Jurisconsultis L 2 legum (1) novus (2) accurate L 5 satis erg. L 5 f. ac . . . procedat erg. L 6 poterit (1) constitui (2) | edici erg. | L 8 aut . . . interpretationum erg. L 9–11 satis . . . habendam; erg. (1) etsi (2) et (3) si (a) quid forte emergat | (b) quis . . . dubitandi erg. | (aa) relatio fieri poterit ad (bb) referendum L 12–14 ejus . . . incerto erg. (1) Ratio (2) Nunc autem Leges | Romanae erg. | quibus utimur ita conceptae sunt, ut edictum hujusmodi ne locum quidem habeat, praeterquam enim quod (a) leges (b) saepe obscurae sint | ob vetustatis ignorationem locaque corrupta aut truncata erg. | et pugnantes | vel expresse, vel quod frequentissimum est per consequentias erg. |, et (aa) multiplices (bb) vastae nimis atque confusae, et nihilominus multa indefinita relinquant; sciendum est (aaa) ipsas Leges hujusmodi interpre (bbb) eas extensionem et restrictionem passim diserte admittere et approbare (3) Nunc L 17 et incerta erg. L 19 f. etsi (1) compilatorum voluntate (2) postea . . . acceperint erg.; (a) itaque (b) et L 20 in *Digestis* erg. L 21 veterum erg. L 22 cogimur (1) per (a) ratiocinationes (b) argumenta (2) ex L 22 f. decidendi erg. (1) sumtas (2) investigare L 23 f. Romanae (1) partim multa (a) incerta | (b) dubia erg. | relinquant, quemadmodum supra dixi, partim (2) saepe (a) dubiae (b) contro (c) dubiae L 24–S. 2818.1 moribus, (1) qui tamen variant. (2) saepe . . . collegia. L

ait, alius negat, et variant tribunalia et collegia. Accedit quod communes doctorum
opiniones passim invaluerunt, quas alii prope consuetudinis vim habere censeant, alii
contra illis ne probabilitatem quidem tribuunt. Hinc ingens controversiarum materia
praesertim cum saepe utraque oppositarum communis dicatur. Quare cum tam saepe jus
5 incertum sit, recurrendum est ad jus naturae, id est ad rationes legum morales.

Sciendum est enim rationes Legum quae scilicet Legislatorem movere, alias consis-
tere in privata utilitate, sed harum in Legibus interpretandis supplendisque ratio non
potest haberi, et ipse Legislator eas dissimulat, alias vero legis naturae congruere, quae
rationes sunt vel verae vel apparentes; et vel morales vel politicae, illae virtutis hae
10 sufficientiae rerum in civitate causa. Et hae rationes vel praeterito tantum civitatis statui
conveniebant, vel hodieque subsistunt. Et quidem rationes veras hodieque subsistentes ex
jure naturae et ratione status civitatis sumtas adhibet tum bonus Legislator, tum etiam
Magistratus sive in casibus lege non definitis, sive etiam in illis quos lex diserte ejus
arbitrio commisit. Rationes vero apparentes, sive principia quaedam non satis accurata,
15 quae specie aequitatis, atque utilitatis publicae legislatores quidam efformavere, et in
legibus condendis adhibuere, ab interprete legum aut magistratu omnibusque qui legis
abrogandae potestatem non habent, perinde adhibendae sunt, ac si prorsus validae essent.
Ad consequentias tamen nisi manifesta sit mens Legislatoris trahenda, extendendaque
non sunt.

1 quod (I) hodie (2) communes L 2 invaluerunt, (I) ut prope vim consuetudinis (a) habeant (b)
habere censeantur, itaque (2) quas L 4 saepe (I) incertum sit (2) utraque L 6 est (I) aut (2) enim L
6 Legum (I) alias (2) quae L 6 f. alias (I) sumi a (2) consistere in L 7 utilitate (I) et affectibus, sed
hae ad (a) jus ma (b) leges magis reformandas, quam interpretandas spectant (2) sed L 8 f. vero (I) rectae
sunt sed hae vel (a) etiamnum sunt (b) summuntur ex (c) magis legis naturae congruunt, suntque (2) legis . . .
sunt L 9 apparentes; (I) verae (2) et L 11 quidem (I) rationum verarum hodieque subsistentium
rationem habet (2) rationes L 15 specie (I) juris (2) | aequitatis *erg.* | L

500. DE POSTULATIONIBUS

[Dezember 1678 bis April 1679 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH II 3, 3 Bl. 46–51. 3 Bog. 2°. 12 Sp. auf Bl. 46, 51, 47–50.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 750–760.

5

Das häufig, aber nur bis April 1679 belegte Wasserzeichen stützt die Datierung dieser Abhandlung. Es ist möglich, daß Leibniz sie dem später entstandenen Stück *De iudicis officio et postulationibus* N. 507 anfügen wollte. Darauf kann auch die Lage der Manuskriptbögen hinweisen.

De Postulationibus¹

Postulationem voco omne desiderium giudiciale.

10

Postulatio² secundum proponendi ordinem est actio vel exceptio vel replicatio vel duplicatio vel triplicatio. Et ita porro. Caeterum omnes postulationes nonnunquam a primaria specie actiones vocabimus, praesertim cum et reus ratione exceptionis suae pro actore habeatur.

In omni postulatione duo consideranda sunt, quod petitur, et ratio petendi. 15

Postulationes ergo distribuemus tum respectu rei petitae, tum respectu rationis petendi, exempli causa si respicias rationem petendi, actio ingrati qua libertus in servitutem revocatur cognata est actioni injuriarum; sin ejus quod petitur rationem habeas, referenda erit ad Actiones Liberales, ubi de libertate et servitute agitur.

Qui separat actiones quae ad id quod publice interest tendunt, ab iis quibus privatus suum persequitur, is etiam actiones distribuit secundum postulata, nam aut ego aliquid mihi, aut reipublicae postulo, ut cum poenam peto corpus affligentem, aut multam fisco persolvendam.

¹ *Am Rande*: Actiones negatoriae variae, cit. ex lege *diffamari*, etc.

² *Am Rande*: Querelae nomen comprehendit pariter actiones et exceptiones, ut *querela* non numeratae pecuniae. 25

12–14 Caeterum . . . habeatur *erg. L* 16 ergo | (quas (1) voco (2) subinde, a primaria specie, actiones vocabimus, praesertim cum et reus ratione postulationis suae pro actore habeatur) *gestr.* | distribuemus *L* 17–S. 2820.2 exempli . . . ingrati (1) cognata est (2) qua . . . revocatur (a) similis es (b) cognata . . . petendi. *erg. L* 25 Querelae (1) appellatio (2) nomen *L*

Actiones interdum denominantur ab eo quod petitur, interdum a causa petendi, ut actio ad exhibendum ab eo quod petitur; actio ex iurejurandum a ratione petendi.

Prior consideratio inserviet iudicibus, ut sciant quasnam postulati rationes exigere debeant a litigantibus, aut eruere ex actis. Posterior serviet litigantibus eorumque
 5 advocatis, ut sciant facto cognito (quod rationes petendi continet), quasnam inde conclusiones seu petitiones ducere, quidve a iudicibus desiderare possint.

Quicquid petitur sive omne Postulatum est aliquis Actus eorum a quibus petitur.

Actum definitio aliquem voluntatis effectum.

10 Actus ergo dividi potest tum ratione Voluntatis, tum ratione effectus.

Voluntas est conatus intelligentis,

vel Voluntas est opinio circa bonum et malum.

Utraque definitio coincidit, quia Deus ita condidit naturam intelligentem, ut opinionem circa bonum et malum conatus aliquis agendi sequatur.

15 Voluntas ergo dividi potest tum ratione personae intelligentis, tum ratione conatus.

Item Voluntas dividi potest ratione opinionis pariter ac ratione boni et mali.

Den folgenden Text in Kleindruck hat Leibniz verworfen:

Persona cuius voluntatem atque adeo actum desideramus in iudicio est vel reus vel iudex, nam quemvis alium sub alterutro horum comprehendo. Testis eatenus pro reo haberi potest, quatenus ad tes-
 20 timonium dicendum obligatus est; et iudex inferior apud superiorem pro reo haberi potest cum ab eo acta transmitti postulamus, aliaque id genus. Itaque iudex est cuius imploramus auxilium, reus contra quem imploramus. Iudicem permovere, reum cogere tentamus. Potest ergo haec divisio referri ad eam quae ab opinandi ratione sumitur. Patet enim, cum Actum petimus, nihil aliud nos petere quam [bricht ab]

Sed ne inutiles hoc loco divisiones persequamur, considerandum est quod diximus
 25 omne quod hic petitur esse Actum, cumque actus a nobis definitus sit voluntatis effectus, actus autem illi tantum desiderentur in iudicio qui sunt in potestate, sequitur, desiderato actu tantum desiderari voluntatem, cum voluntate habita effectus qui in volentis potestate est, sponte sequatur. Sufficit ergo in definitione Actus persequi notionem voluntatis, omissa notione effectus.

3 quasnam (I) petiti (2) propositi (3) | postulati erg. | L 4 a . . . actis erg. L 6 petitiones (I) formare (2) ducere (a) possint. (b) , quidve L 7 sive omne Postulatum erg. L 7 f. eorum a quibus petitur erg. L 10 Actus (I) duplex est factum aut omissio (2) | ergo erg. | L 11 conatus (I) intellig (2) ob boni malive opinionem natus (3) intelligentis L 13 naturam (I) humanam (2) | intelligentem erg. | L 14 agendi erg. L 22 Iudicem (I) rationibus (2) permovere L 26 in iudicio erg. L 26 qui (I) in agentis (2) sunt L 27 in (I) voluntate (2) volentis potestate L

Porro cum voluntatem in aliquo nasci volumus, sufficit seriam circa bonum malumve ad rem pertinens opinionem in eo oriri; id est volet quod desideramus ubi putabit hoc sibi melius, contrarium pejus esse. Itaque omnis Actio aut alia postulatio huc tendit ut opinio quam volumus in eo a quo postulamus existat.

Eodem modo qui opinionem in aliquo existere cupit, etiam opinandi rationes ei obversari cupit. Duplex autem ratio esse potest cur consultum aliquis putet nostro desiderio obsequi, nempe vel ipsarum rerum natura, vel nostra aliorumve nobis consentientium voluntas, quae nonnunquam stat pro ratione, cum alium praemiis poenisve velut cogimus. Et praemiorum quidem hoc loco ratio nulla habetur (etsi posset haberi aliqua in optimae Republicae judiciis, ubi fortasse possemus desiderare a iudice ut alios praemiis alliciat, ad nonnulla nobis concedenda), poenae autem sunt quibus magistratus refractarios cogere possunt.

Hinc patet duo hominum genera esse quorum voluntatem desideramus, iudicem, aut reum. Et ad reum etiam testem refero, nam et ille ad testimonium dicendum autoritate magistratus adducitur. Itaque eousque reus censi potest, quousque obligatus habetur. Ipsum quoque iudicem inferiorem pro reo habeo, quoties a superiore nihil innovare pendente appellatione, et acta superiori transmittere compellitur.

Cum vero ratio actus quem obtinere desideramus sumitur non ab Autoritate hominum, sed ipso negotio, tunc res redit ad tractationem posteriorem, de Ratione petendi quam demum aggrediemur, cum de re petita egerimus.

Quicquid petitur in iudicio, aut a iudice petitur per rationes, aut a reo per auctoritatem iudicis. Exempli causa a iudice petitur ut citationem decernat; ut sententiam pronuntiet, ut immittat in bona. A reo, ut veniat, ut sententiae obediat. Nonnulla etiam quae a iudice postulantur, tota per ipsum expediuntur, nec ad reum aliumve pertinent, ex. g. ut postulationes meas audiat, ut postulationum adversarii mihi copiam faciat, ut quaedam in actorum monumenta admittat, quaedam inde rejiciat, multaque alia, quae ad ordinem iudiciorum referuntur.

1 voluntatem (I) alicujus desi (2) in L 3 Itaque (I) tantu (2) omnis L 4 ut (I) opinionem aliam (2) (o) (3) opinio quam volumus (a) ei a quo postulamus innascatur (b) in . . . existat. L 5 f. rationes (I) in eo nasci (a) cupit (b) et persuaderi cupit (2) ei (a) persuaderi (b) obversari L 9 etsi (I) fortasse (2) posset L 10 in (I) optima Republica) (2) optimae L 16 superiore (I) causam integram (2) nihil L 20 demum (I) eo quod petitur absoluto aggredimur, (3) aggrediemur, L 23 obediat (I) , ut bonum (2) . Nonnulla (a) autem (b) | etiam erg. | L 25 ut (I) copiam mihi faciat actorum; aliaque multa hujusmodi scriptura a me recipiat, (2) postulationes L 26 in (I) acta (2) actorum monumenta L 27 iudiciorum (I) pertinent. (2) referuntur. L

Cum ergo omnes litigantium postulationes, et omnium libellorum memorialium sive productionum judicialium, quae a litigantibus exhibentur conclusiones digerere constitutum sit, patet nec illas omitti debere, in quibus judiciales actus tantum desiderantur, quo facilius per eos ad postremum iudicii finem sive plenam satisfactionem
5 deveniatur.

Hinc porro apparet divisio Postulatorum, sunt enim aut propter se, ut cum solutionem ejus quod nobis debetur, aut restitutionem ejus quod nostrum est desideramus, aut alterius finis causa, cum scilicet ipsis licet impetratis nobis nondum esset satisfactum, neque ideo iudicium hoc cessaret. Sane cum pignus aliquod
10 vindicamus, non ideo nobis satisfactum est in summa, pignore licet in potestatem nostram delato: attamen iudicio quod instituimus satisfactum est.

Ante omnia ergo de illis postulatis dicemus, quae per se subsistunt, nec ideo tantum proponuntur, ut aliis in eodem iudicio obtinendis serviant.

Idem autem iudicium durare intelligo, quoties id quod ab initio petebamus (aut
15 petiisse intelligimur, interdum enim corrigere licet ac supplere libellum in progressu litis, quo casu perinde est ac si initio ita petissemus) nondum assecuti sumus.

Omnia postulata primaria, sive quae sui causa desiderantur, prosuntque etsi illis impetratis nihil porro petatur; ea inquam omnia, aut ad aliquam speciem actus tendunt, aut aestimationem petunt, ita ut in quo rerum genere aestimatio solvatur nil
20 referat. Aestimatio autem vel incerta vel certa est.

POSTULATA ergo haec sunt: Actus certus in sua specie, aestimatio certa, aestimatio incerta: aut plura ex his simul, eaque vel cumulando, vel alternando juncta. Aestimationem autem dicere malo quam pecuniam, quia quisquis aestimationem petit, ejus nil refert, in quo genere rerum solutionem recipiat. Aestimatio
25 tamen certa fere in pecunia esse solet; quanquam et in aliis rebus certum peti possit, ut certus numerus mensurarum tritici bonitatis definitae. Actus autem certus hic non desideratur, non tam enim triticum petitur, quam valor hac tritici quantitate definitus; nam si ipsum triticum

1 postulationes (I) complecti ac dirigere propositum sit, et (2) di (3) omniumque (4) , et L 6 f. cum (I) re (2) solutionem L 8 licet (I) obten (2) habitis (3) impetratis | nondum str. Hrsg. | nobis L 9 ideo (I) actio (2) iudicium L 9 cum (I) actio (2) pignus L 13 aliis (I) obtinendis (2) in L 16 casu (I) vi (2) perinde L 17 sui (I) tantum (2) causa L 18–20 petatur; (I) aut ad aliquam speciem actus tendunt, (a) aut in aestimatione incerta consistunt, aut summam quandam pecuniam petunt (b) aut vel (aa) pecunia (bb) speciem actus vel (aaa) pecuniam aliquam summam. Pecuniam | (bbb) aliquam aestimationem. Aestimationem erg. | autem vel incertam, vel certam, vel simul certam et incertam. (2) ea . . . est. L 21 f. sunt: (I) species actus, pecunia certa, pecunia incerta: (2) Actus . . . incerta: L 23 juncta. (I) Species actus, est vel factum vel (2) Aestimationem L 27 desideratur, (I) nam si triticum non habeas (2) non L 27 triticum (I) praescisse deb (2) necessario debetur, (3) petitur L

petatur, res redit ad actum in sua specie certum; ut scilicet triticum si adsit ope magistratus auferre possim etiam ab invito.

ACTUS IN SUA SPECIE, sive ut loquantur in natura, est aut factum, aut omissio. FACTUM hominis quod praecise petitur est aut factum transitorium, aut quod opus post se relinquit.

5

Item FACTUM est aut naturale, quod quivis potest, qui volet; aut industriale, quod scientia aliqua opus habet.

Item FACTUM est facile vel laboriosum.

Item FACTUM est breve aut diuturnum.

Item continuum aut discretum intervallis.

10

Et huc aliae quoque divisiones afferri possunt.

Sed potissima facti pariter atque omissionis, adeoque Actus omnis in natura ac specie sua certi divisio fit, secundum id quod interest petentis. Actum enim non propter se petimus, sed propter usum qui inde in nos redundat.

ACTUS ergo OMNIS QUEM PETIMUS, vel nostrae vel alienae utilitatis causa 15 desideratur, id enim pro certo habendum est postulationem ejus quod nemini prosit in iudicio non audiri. Unde sequitur non tantum actiones, sed et exceptiones sine causa rejici: adeoque unumquemque alteri innoxias utilitates debere.

Item notandum hic est in antecessum, id omne quod petitur semper alicujus momenti esse debere, nam in rebus humanis minima curari non possunt. 20

UTILITAS POSTULATI consistit tum in bono aliquo nobis parando, augendoque, tum in malo depellendo aut diminuendo.

BONA MALAQUE sunt animi, corporis aut fortunae.

BONA ANIMI sunt laetitia, virtus, scientia, ars; denique absentia malorum animi;

25

MALA ANIMI, tristitia, vitium, error, ineptia, denique absentia bonorum animi.

1 f. ; ut . . . invito *erg. L* 4 est (1) actus (2) aut *L* 6 aut (1) industriale (2) naturalis (3) naturale, *L* 8 est (1) aut difficile sive laboriosum (2) facile *L* 12 in (1) sua specie ita (2) natura *L* 13 non (1) per (2) propter *L* 16 f. desideratur, (1) nam id quod posse videtur, actum qui nemini prosit a nobis in iudicio (a) peti non posse (b) proponi non (c) postulari non debere. (2) id . . . audiri. *L* 17–20 Unde . . . tantum (1) excita (2) actiones, . . . possunt *erg. L* 21 f. nobis (1) procreando | (2) parando *erg. |* (a) conservando, (b) augendoque, *L* 24 f. sunt (1) scientia, ars, (2) tranquill (3) voluptas, tranquillitas animi, virtus, scientia, vel ars. Voluptas est aliorum bonorum sensus vel cer (4) laetitia . . . ars (a) . Laetitia nihil aliud est quam opinio magna de nostris bonis. (aa) < – > (bb) Ideo nocere nobis potest, qui (b) ; denique . . . animi; *L* 26 error, (1) prava (2) ineptia, *L*

Laetitia est opinio magna de suis bonis.

Tristitia est opinio magna de suis malis.

Unde intelligi potest ad alia bona referri.

Postulatum autem hinc nascitur, ne quis nobis aegre faciat, sine justa
 5 causa, id est ne aut laetitiam minuat, aut tristitiam excitet in nobis. Nam si alterutrum
 horum fecerit, etsi nulla alia in re nocuerit, quam in opinione, utique tenetur nobis. Ut si
 quis mihi peregre agentis mortem propinqui aut conjugis, aut aliud magnum malum falso
 nuntiaverit, sciens, tantum ut me in tristitiam conjiceret, certe tenetur. Hoc postulatum
 apud Romanos contineri solet actione injuriarum. Est et cur ex hoc capite aliquando alia
 10 detur actio in jure nostro. Ut si quis aedificet nullo commodo suo aut alterius cujusquam,
 tantum animo professo nobis aegre faciendi. Possumus itaque impedire per judicem quod
 nobis animi aegritudinem facit. Neque vero ea res exigua est, nam felicitas omnis in
 terris, ac dulcedo vitae ea continetur, et hominum malitia se potissimum hic exercet,
 praesertim cum sciant fere talium rationem in judiciis reddi non solere: et nihilominus
 15 nulla re magis noceri nec facilius aliquem de statu dejici, quam si istis velut aculeis
 pungatur, qui vix agnoscuntur, et tamen valde sentiuntur, magno saepe in corpore
 animoque sanitatis detrimento.

Interest itaque Reipublicae quosdam esse censores morum, viros pios,
 prudentes, graves, qui haec quae communi judiciorum forma tractari nec commode
 20 possunt, cum fere in prudentis aestimatione consistant, nec fere debent, quia publicata
 ingravescunt, in arcano remediis efficacibus coerceant. Ita boni patres familias faciunt
 inter suos; ita viri autoritate praediti inter clientes atque amicos; et superiores
 monasteriorum inter fratres.

Sed haec alias exquisitius tractabimus.

25 Addi potest aliud postulatum, ut quisque satisfactionem animi nobis
 praestet (quae alicujus momenti sit), quoties nulla est causa negandi generaliter alter
 alteri utilitates innoxias debere videtur.

1 opinio (I) de (2) de scient (3) magna L 3 Unde . . . potest (I) esse (2) ipsas per (3) non esse bona,
 nisi cum ad alia bona referuntur. (4) ad . . . referri L 4 Postulatum (I) ergo (2) | autem erg. | L
 4 faciat, (I) quod sit < - > (2) sine L 5 laetitiam | nostram *gestr.* | minuat L 6 etsi (I) nihil (2)
 nulla L 6 quam in opinione, erg. L 7 aut . . . malum erg. (I) falsum (2) falso L 9 Romanos (I)
 continetur (2) contineri solet L 11 f. itaque (I) tum (2) impedire | per judicem erg. | quod nobis (a) laetitiam
 minuit, aut (b) dolorem facit (c) animi L 13 et (I) inimicorum (2) hominum L 14 fere (I) de his (2) |
 talium erg. | L 15 noceri (I) hominibus (2) nec L 15 statu (I) ac corporis (2) animi (3) dejici, L
 17 animoque (I) detrimento (2) sanitatis L 17 f. detrimento (I) Virtus (2) Interest L 19 quae (I)
 scriptis ac probationibus multis (2) communi L 20 nec (I) commode (2) | fere erg. | L 22 suos; (I) et
 ita superiores monasteriorum inter fratres (2) ita L 25 f. postulatum, (I) ne quis aliam
 satisfactionem animi (alicujus momenti) nobis deneget sine causa, nam (2) ut quisque . . . nobis
 (a) concedat, | (b) praestet, erg. | (aa) eam (bb) | (quae . . . sit) erg. | quoties L

Virtus est habitus agendi secundum rationem potius quam secundum affectus.

Vitium est habitus agendi secundum affectus potius quam secundum rationem.

Postulatum hinc descendit, ne quis nos (vel eos qui ad nos pertinent), corrumpat, id est vitiosos reddat, aut a virtute abducat. Talia apud Romanos veniebant in actionem de servo corrupto. Quanquam nostrum postulatum latius 5 pateat quoad personas (nam et qui nos ipsos corruperit eo tenetur), et actio de servo corrupto latius pateat fortasse³ quoad corrumpendi modos.

Addi posset postulatum, ut quisque nobis remedium animi praebeat, quod in potestate habeat. Unusquisque enim non tantum non laedere, sed et cum potest prodesse debet. 10

Scientia est persuasio vera.

Error est persuasio falsa.

Persuasionem intelligo sententiam vel opinionem, neque refert sitne certa aut demonstrata; sufficit hoc loco ad scientiam, eum qui scit esse persuasum, et persuasionem ejus esse veram. Ut cum testes de sua scientia respondent. 15

Postulata hinc descendunt: ne quis decipiat, in rebus alicujus momenti, et sine justa causa. Item ut quisque doceat ignarum, atque erranti comiter monstret viam. Hinc oritur actio ad exhibendum, item actio veterum interrogatoria: item titulus *de edendo*.

Ars est habitus agendi secundum scientiam. 20

Ineptia est habitus agendi contra scientiam.

Non habui vocem commodiorem quam opponerem arti, ut vitium opponitur virtuti. Nam potest aliquis arte carere, et inexercitatus esse, qui tamen non sit ineptus; modo sit instar tabulae rasae, ut facile institui possit. Sed ineptus pravis consuetudinibus imbutus ac male exercitatus est, itaque duplex in eo insumendus est labor, dedocendi ac docendi. 25 Videtur autem ut prudentia est quaedam species scientiae, ita virtus esse quaedam species

³ *Darüber*: 91

1 potius . . . affectus. *erg. L* 7 pateat (1) quoad corrumpendi modos, nam et quae (2) fortasse *L* 8–10 Addi . . . postulatum, (1) ne quisque nobis remedium animi neget, quod sine incommodo suo sit. (2) ut . . . debet *erg. L* 11 est (1) sententia vera. Error est sententia seu opinio falsa. Neque enim hoc loco scientiam ab opinio (2) persuasio *L* 17 doceat (1) errant (2) ignarum *L* 22 vocem (1) commodam (2) commodiorem *L* 24 ineptus (1) primum (2) pravis *L* 26 virtus *erg. L*

artis, est enim prudentia scientia vivendi, et virtus ars vivendi. Quanquam de usu vocabulorum, qui hoc loco maxime variat, cum nemine litigare velim.

Postulata hinc descendunt similia prioribus: ne quis male instituat, et ut quisque sui copiam faciat institui volentibus, nisi excusationes habeat.

- 5 Differunt docere et instituere, ut scientia et ars, seu ut praecepta ab exercitatione. Nam qui mihi veritatem aperit, docet; quod paucis verbis potest; qui instituit, me exercet, quod cura ac tempore indiget. Atque ita fert proprietas verborum. Institutum enim quandam consuetudinem atque exercitationem dicere videtur. Porro hinc actio in eos potissimum datur, qui se profitentur magistros quarundam artium, discipulosque
10 recipiunt. Deinde si quis artem sciat prope solus, quae sit magni momenti in republica, cogi potest, ut discipulos relinquat. Nam ut tutela, ita et institutio munus publicum esse videtur.

- Reliqua bona animi sunt absentia malorum animi, et reliqua mala animi sunt absentia bonorum animi. Quod si absentia unius boni sit sine opposito malo et
15 contra, ambigi potest haec absentia bonum an malum sit. Ut animus vacuus, sine laetitia ac tristitia; Habitus ambiguus inter virtutem vitiumque; ignorantia innocens, sine scientia, sine pravis praejudiciis. Natura rudis, quae nondum bonis aut malis artibus imbuta est.

- Interea absentia boni malum est, si ea bono ipsi comparetur, et absentia mali bonum
20 est, si ea comparetur ipsi malo. Nam qui laetitiam, qui virtutem, qui scientiam aufert, etsi contrarium malum non substituat, nocere videtur. Sed horum postulata in superioribus continentur.

BONA CORPORIS sunt Voluptas, sanitas, integritas, pudicitia, Robur, Agilitas, Pulchritudo.

- 25 MALA CORPORIS Dolor, morbus, mutilatio, Violatio, Debilitas, Deformitas.

Voluptas et Dolor quid sint commode definiri hoc loco non potest, sufficit ex effectu agnosci Voluptatem esse id quod homines per se quaerunt, licet nullius alterius boni consideratio intercederet. Et quod per se fugiunt, id esse dolorem.

4 sui *erg.* L 4 volentibus | (I) . Aliud tamen est prout rationes ejus ferunt ju (2) , nisi . . . habeat *erg.* | L 14 animi. (I) Jam absentia bonorum animi, est (2) Quod L 15 sit. (I) Ut animi stupor, (2) Ut L 16 tristitia; (I) innocentia, (2) Habitus L 16 vitiumque; (I) simplicitas (2) ignorantia L 21 horum (I) praecepta (2) postulata L 23 sunt (I) : Vita, sanitas (a) integritasve (b) integritas Robur Pulchritudo, Voluptas (2) Voluptas, (a) vita (b) sanitas, integritas, | (aa) pud (bb) virginitas, (cc) pudicitia, *erg.* | Robur, L 25 mutilatio, (I) aut corruptio, (2) | Violatio *erg.* | L 26 sufficit (I) esse (a) eas (b) ea quae homines qua (2) ex L 27 licet *erg.* L

Praecepta haec sunt, ut quisque alteri jucundus esse studeat quanquam hujus capitis nomine vix actio prodita sit, ne quisquam alterius dolorem procuret, permittatve. Quod caput referri solet ad actionem injuriarum illam quam realem vocant.

Sanitatem esse functionem naturaliter constitutam, et Morbum esse functionem 5
laesam ex Medicis constat.

Integritati opponitur mutilatio. Pudicitiae (quam hoc loco in corpore intelligo nam animus a crimine intactus esse potest) violatio; potest autem violari corpus etiam viduae, aut alterius quae intacta non est, itaque pudicitiam nominavi, non virginitatem.

Ex his omnibus similia fere praecepta descendunt, quae generaliter huc redeunt: ne 10
quis corpori cujusquam damnum det darive permittat, sed ut quisque auxilio sit cuique contra damnum corpori ejus datum, aut dandum. Est et aliud praeceptum sive postulatum, ut qui alterum sanare aut ab aliquo corporis incommodo liberare potest, faciat quod in se est.

BONA MALAVE FORTUNAE SIVE EXTERNA ad duo summa capita revocari possunt 15
opinionem hominum de nobis, et facultates nostras.

OPINIO HOMINUM est vel de potestate nostra vel de voluntate nostra. Opinio hominum bona de nostra potestate, est honor, opinio hominum bona de nostra voluntate est amor seu benevolentia erga nos. Quemadmodum opinio mala de nostra imbecillitate contemptum parit, et opinio de malo animo nostro, odium efficit. 20

Injuriam vocant Jurisconsulti quicquid honorem laedit, ac contemptum parit; itaque praecipitur: ne quis cuiquam injuriam contumeliamve faciat: item ut quisque honori alterius velificetur.

De amore ac benevolentia haec praecepta habentur. Ut quisque cuique bene se cupere ostendat, occasione data. Ut ne quisquam cuiquam aut 25
inimicos faciat, aut amicos adimat, aut quicquam horum fieri permittat. Et ut

1 f. alteri (I) gratus | (2) voluptati (3) jucundus *erg.* | esse studeat | quanquam . . . sit *erg.* | (a) ne quis cuiquam dolorem sit (b) ut quisque dolorem alterius impediatur si possit (c) ne L 6 constat. (I) Integritatem intelligo membrorum, sed simul et pudicitiae. (a) Quare mutilationem (b) Illi et corruptionem appono. Potest enim in pudicitiam attentari, licet animo non corrupto. (2) Integritati L 8 corpus (I) ejus (2) etiam L 11 quis (I) cuiquam vi (2) corpori cujusquam (a) vim faciat, fierive (b) damnum det darive L 12 sit (I) contra vim faci (2) cuique contra (a) vim (b) | damnum *erg.* | (aa) hujusmodi (bb) corpori ejus (aaa) factum | aut facien *erg.* | (bbb) datum, aut dandum L 15 MALAVE *erg.* FORTUNAE (I) SUNT (2) SIVE EXTERNA (a) sunt (b) ad L 17 de (I) potentia (2) potestate L 19 f. imbecillitate (I) dedecus, (2) contemptum L 20 f. efficit. (I) Hinc postulata nas (2) Injuriam L 25 data (I), et amic (2). Ut L 27 permittat. (I) Et ut unusquisque omni contumelia absteineat (2) Et L

omni calumnia imo et sinistris sermonibus licet veris, ubi necesse non est eos haberi, abstinence nam et is qui vera objicit injuriarum postulari potest. Itaque haec quoque capita ad injuriarum actionem pertinere videntur quam verbalem vocant.

- 5 FACULTATES NOSTRAE consistunt aut in possessione rerum aut in jure, quod ubi a possessione separatum est, spem tamen habendi praebet.

Possidere est habere rem in potestate, ipso facto ita ut de ea constituere possis. Unde sequitur etiam per alios possideri, nam et per alios constituere possum, et plures simul eodem modo possidere posse, ut si per communem amicum rem teneant; et non
10 extingui possessionem meam, etsi alteri rem ad certum tempus utendam dederim, tantum enim possessio mea limitibus circumscripta videtur, tempusque aliquod exceptum quod ipsam in universum non tollit: et ille cui dedi utendam, mihi possidet, velut procurator, licet in rem suam. Ita ut ipse potius in possessione esse, quam possidere dicatur.

Possessio autem aut est absoluta quae est affectione domini, ut Jurisconsulti
15 loquuntur; cum omnem rei usum indefinite nisi si quid expresse exceptum sit, in potestate habeo; qualis possessio dominio respondet, et domini colore exercetur. Vel possessio est restricta ad certos usus, quo casu Jurisconsultorum Romanorum stylo, non tam res ipsa, quam servitus aliqua in re, aliudve quiddam, quod rem incorporalem vocant, possideri videtur.

- 20 Res itaque quae possideri potest, est aut Corpus aut res incorporalis.
Corpus immobile, mobile, se movens.

Res incorporalis est aut qualitas passiva seu vinculum in alterius persona aut re, aut qualitas activa seu facultas in me aut re mea. Et quidem interdum facultati quae in certa

1 calumnia (I) ac sinistris sermonibus, nisi ubi res po (2) imo L 2 f. nam . . . Itaque erg. L 5–7 NOSTRAE (I) sunt (a) aut res quas habemus, aut in spe (b) obligationes (c) jura spem res habendi, quas (2) consistunt aut in (a) rebus aut in spe (b) possessione | rerum erg. | aut in jure (aa) solo, seu spe justa res habendi. (bb), quod . . . habendi praebet (aaa) sive (bbb). Possidere L 7 f. ea (I) secundum id quod fieri (2) constituere possis (a), nisi certum quiddam in certis quibusdam articulis <pos> (b), si quid exceptum sit (c). Quod in facto est possessio, id in jure dominium est, id est (aa) jus de re constituendi nis (bb) summa in rem potestas nisi quid exceptum sit (d). Unde L 13 Ita . . . dicatur erg. L 14 f. ut . . . loquuntur; erg. L 18 re, (I) aliudve jus in (2) aliave res incorporalis (3) aliudve L 19 f. videtur. (I) | Verbo possessio est vel corporis vel qualitatis seu rei incorporalis. erg. | POSSESSIO RESTRICTA est, (a) nomine (b) titulo (c) ex capite detentionis, servitutis, usus, usufructus, Emphyteuseos, feudi, pignoris, juris dotialis (aa), bonae fidei possessionis (bb). Quae licet falsa essent, tamen possessionis modum formant. Qualitates seu res incorporales quae possideri possunt, sunt (2) Corpora (3) Res | itaque erg. | L 21 Corpus (I) mobile (2) immobile, L 22–S. 2829.1 est (I) facultas quaedam sive qualitas, sive vera (2) aut qualitas passiva (a) in (b) seu (aa) obligatio extra possidentem, aut qualitas activa seu facultas in possidente aut re ejus. (bb) vinculum . . . mea. (aaa) Sunt autem res corporales tot quot jura vel obligationes nam facultas aut obli (bbb) Et . . . facultati (aaaa) activae in certa persona aut re respondet, (bbbb) certae personae aut rei (cccc) quae . . . est L

persona aut re est respondet etiam vinculum certae personae aut rei, ut cum praedium tuum meo servit, interdum facultas in certa re vel persona est, vinculum vero per multas res personasve se diffundit, quo casu res incorporalis per facultatem denominatur, exempli causa haereditas, quae est facultas in me repraesentandi defunctum quae per consequentiam ad multas alias res personasque pertingit, easque mihi obstringit. 5
Interdum etiam denominatio fit a qualitate passiva, et vero in haereditate si res ad vivum resecanda est, videtur simul et facultas et necessitas seu obligatio esse repraesentandi haeredem.

Ex his autem intelligi potest eandem esse enumerationem rerum incorporalium et iurium atque obligationum, nam quatenus ut qualitates considerantur quae possideri 10
possunt, res incorporales censentur, quatenus vero intelligitur harum rerum non possessionem tantum competere, sed et jus possidendi inde jura fiunt. Ut proinde jus omne rei incorporalis dominium videri possit.

Illae tamen res incorporales, quae in rerum ipsarum naturali qualitate consistunt, per se explicationem recipiunt. Sunt autem rerum qualitates, singulares aut universales. 15
Singulares sunt passivae aut activae.

Passivae rerum qualitates sunt in loco esse, onus aliquod sustinere, aliquam sui immutationem pati, aliquid omittere cogi. Activae sunt movere sese, laborare, fructum producere. Huc Pignus, Dos, Servitus rerum. Universales sunt ex his compositae, ut 20
usus vel ususfructus rei.

Rei nomine hoc loco et persona intelligi potest; nam ut servitutes ad praedia se habent, ita obligationes ad personas. Cum ergo nulla sit ratio cur obligationes minus quam servitutes praediorum possideri possint, concludemus etiam obligationes ex harum rerum incorporalium numero esse. Obligationem autem hoc loco non pro jure sumimus, 25
sed pro qualitate quandam necessitatem imponente.

Quicquid ergo possidetur est aut corpus ipsum personae aut rei, id est omnes sine discrimine qualitates ejus, nisi quae excipiuntur, aut aliqua qualitas definita in certa

2 facultas (1) activa (2) in L 3 casu (1) jus (2) res L 5 pertingit, (1) iisque aliquod vinculum (2) easque L 10 ut (1) fa (2) qualitates L 14 naturali erg. L 15 qualitates, (1) passivae aut activae, aut in lo (2) singulares L 18 immutationem (1) aut aliam deteriorationem (2) pati | aliquid omittere cogi erg. | L 19 f. ut (1) servitus personae, (2) usus L 21 nam (1) omnis obligatio (2) ut L 22 f. obligationes (1) non (2) minus quam (a) praedia (b) servitutes L 23 possideri (1) possunt, (2) possint, L 26–S. 2830.2 ipsum (1) aut res incorporalis. Res incorporalis est (a) obligatio sive personae aut rei (b) qualitas personae (2) aut aliqua qualitas (a) aliqua (b) sive (c) qua persona (d) cujus ratione persona aut res obnoxia est unde (aa) certus (bb) e persona aut re certa usus aliquis percipi potest (3) personae . . . dotis. L

persona aut re unde percipi potest utilitas quaedam, quales sunt servitutes rerum, obligationes personarum, qualitas pignoris, dotis, aut denique qualitas quaedam certa in re aut persona possidente, quae non indefinite ad certas personas aut res, sed indefinite ad omnes pertingit, ut haereditas, actio, dignitas aliqua aut officium, aut locus in aliqua
 5 societate. Sed cum haereditatem actionemque dico, non jus intelligo, sed illam qualitatem quam possidet haeres, cum pro haerede agnoscitur, et quae facti est, atque etiam a non-haerede teneri potest. Forte non incommode titulus sive opinio haereditatis, actionis, dignitatis, officii, appellaretur.

Dixi Facultates nostras consistere tum in possessione tum in jure. Ubi addendum est
 10 detrahendas esse ab illis et obligationes nostras; alioqui de facultatibus nostris judicari satis non potest. Verum de eo nunc non agitur. Nobis enim tantum constitutum est enumerare omnia postulata. Quando ergo aliquid circa bona sive facultates nostras postulamus tunc desideramus, aut possessionem nobis obtingere rei alicujus, aut jus pariter et possessionem, aut jus tantum; verbi gratia constitui nobis obligationem, cedi darive
 15 actionem, obtingere liberationem a debito.

Enumerari ergo debent tum res, tum modi possidendi, tum species juris atque obligationis.

Res sunt vel corporales vel incorporales.

Corporales sunt immobiles, mobiles vel se moventes.

20 Imo res in universum sunt vel mobiles vel immobiles, nam et res quaedam incorporales sunt immobiles, ut redditus annui, census.

Corpora immobilia sunt aut res soli, aut superficies. Res Soli sunt, solum ipsum, flumen, piscina aut lacus, et sub terra fodinae. Superficies est naturalis vel artificialis. Naturalis ut sylva; artificialis ut aedificium.

25 Corpora mobilia sunt aut animata aut inanima. Inanima, pecunia, aut res pecunia aestimabiles. Res vel quae alienationis, vel quae consumptionis, vel quae usus gratia habentur, scilicet vel Merces, vel Annona, vel Supellex, quanquam Vestes quicquam inter annonam et supellectilem ambiguum esse videantur.

2 denique (1) facultas (2) qualitas L 4 ut (1) titulus haeredis, actionis, (2) haereditas, L 6 cum . . . agnoscitur erg. L 7 titulus (1) haeredis, (2) sive . . . haereditatis, L 13 nobis (1) dari, aut (2) obtingere L 14 f. tantum; (1) aut (2) neque (3) denique nobis obtingere liberationem ab aliquo obligatione nostra rerumvestrarum, a (4) verbi . . . debito L 19 moventes. (1) Immobiles (2) Imo L 22 sunt (1) solum, aut solo affixa seu superficies. (2) aut L 25 aut (1) pecuni (2) animata L 26 quae alienationis, vel erg. L 27 vel Merces, erg. L 28 inter (1) utrumque (2) annonam et supellectilem L

Sunt et fungibiles, sunt quae servando servari non possunt, sunt pretiosae, sunt res prohibiti usus promiscui.

Res incorporeales sunt qualitates quaedam in persona aliqua vel re definita; quarum nonnullas supra enumeravi.

Possessionem cum petimus, petimus vel possidere vel in possessione esse. Item nobis aut alteri possidere, item soli aut cum aliis. Petimus etiam vel conservari in possessione, vel possessionem nobis reddi, vel etiam de novo dari.

Jus quod petimus est vel singulare vel collectivum, id est simplex vel compositum. Singulare seu simplex est vel libertas vel facultas. Libertas est vel nostra vel rei nostrae. Nostra ab obligatione, rei nostrae a servitute.

Facultas vel si mavis actio est vel in personam vel in rem. Facultati in personam respondet obligatio personae. Persona obligata est vel in universum, quae dicitur servitus personarum, vel ad certam aliquam utilitatem nostram sive animi sive corporis, sive fortunae, sed hoc loco de fortunis tantum agitur.

Obligatur persona vel praecise ipso corpore suo, vel obligatur ad aestimationem, si praecise praestare nolit.

Praecise obligatur ad aliqua bonorum animi corporisque praestanda, augenda, conservanda, ad vitae adjutorium, ut conjux; ad terram colendam, ut colonus; ad obsequium et operas, ut libertus patrono, eousque scilicet quousque ob ingratitudinem in servitudinem revocari potest.

Huc pertinet, quis modice et privatim castigari possit, quis publice a magistratu. Quousque reverentia, obsequiumque a subditis debeatur. An subditi solum vertere possint. De fidelitate, et praestandis serviitiis militaribus aliisve quae functionem non recipiunt.

Huc pertinet etiam ut quis mihi rem in qua jus reale habeo det, aut vindicare permittat. Hoc enim ita praecise facere possum, ut si nolit etiam autoritate judicis rem de qua agitur domo ejus efferre, aut ipsum si immobilis res est expellere possim. Pertinet ad omissiones praecise. Idque videtur locum habere, etiam quotiescunque mihi aliqua certa species debetur, ut equus venditus non tamen traditus. Quanquam in eo non habeam dominium, id est, non possim vindicare a tertio aliquo.

3 quaedam *erg. L* 8, id . . . compositum *erg. L* 9 seu simplex *erg. L* 11 vel . . . actio *erg. L* 13 vel (*I*) certo nomine (2) ad *L* 15–17 suo, vel (*I*) si nolit, obligatur ad aestimationem. | (2) obligatur . . . nolit *erg.* | (*a*) Si praecise obligatur pro ratione muneris publici, vel pro ratione officii vel ratione (*b*) Praecise *L* 17 corporisque (*I*) juvan (2) praestanda, *L* 19 quousque (*I*) fas est (2) ob *L* 24 f. recipiunt (*I*) Venio ergo nunc tantum ab Actibus | in natura sua *erg.* | praecise sumtis, ad (*a*) actus (*b*) aestimationem. Postulatum ergo aut aestimatio certa, (2) Huc *L* 26 rem (*I*) domo ej (2) de *L* 27 res *erg. L* 28 etiam *erg. L* 30–S. 2832.1 aliquo. (*I*) Aestimatio (2) Superest *L*

Superest ut de aestimatione dicamus cum Actio non ad certam speciem, sed ad quantitatem, sive patrimonii augendi modum definitum tendit.

Est autem aestimatio certa vel incerta. Certa aestimatio cum vel certa re, vel certa specie ita definita est, ut non dubitetur de summa quam valet actio. Huc de rebus creditis
5 et si certum petatur.

Incerta aestimatio est, quae ex circumstantiis definiri debet.

Sequuntur ea quae a iudice postulantur, ut aliquid facere jubeat, vel ut aliquid ipse efficiat. Idque vel in actis, vel extra acta in rebus ipsis.

Huc refer cum commendatitias petimus, cum petimus aliquid inferiori iudici jubeat,
10 aut a pari requiratur.

Ad jurisprudentiam utilem absolvendam, ex Autoribus qui classes actionum scripsere, atque ex autoribus qui de iudiciorum ordine tractant, excerpti debent postulationes omnes, earumque postulata, petendi rationes, formulae, conditiones, exceptiones. Quin et ex actis addendae postulationes.

15 Omnes judiciales actus, sunt vel iudicis vel litigantium. Iudicis: declarationes, concessiones, mandata, executiones. Litigantium: postulationes vel postulationum refutationes.

Rationes postulandi sunt duo. Vel enim me ajo damnum quod passus sum non meruisse, adeoque restituendum esse; Vel me praemium meruisse. Damnum sum passus
20 casu, culpa, dolo. Dolo autem, id est fraude vel vi vel alio facto injusto, ut si quis rem meam sciens detinet, quae ad eum sine fraude aut vi pervenit.

9 refer (1) commendationes, (2) cum L 11 absolvendam, (1) excerpta est (2) excerptae sunt (3) ex L 13 earumque (1) rationes (2) conclusion (3) postulata, L 13 formulae, (1) exceptiones (2) conditiones, L 15–17 Omnes (1) chartae (2) judiciales . . . refutationes. *erg. L* 18–21 Rationes postulandi sunt (1) bonum publicum, restitutio rerum, laesiones (2) immeritum me esse. (3) | duo *erg.* | . . . quod (a) tali passum (b) passus . . . vi vel (aa) cessatione (bb) alio . . . | injusto *erg.* | . . . pervenit *erg. L*

501.DE JUSTITIA ET NOVO CODICE LEGUM CONDENDO

[Mai 1679 bis Mai 1680 (?)]

Überlieferung:

- L* Konzept: LH II 3, 1 Bl. 17–18. $\frac{3}{4}$ Bog. 2°. 2 $\frac{1}{2}$ Sp. auf Bl. 17 mit geringem Textverlust u. 18 r^o oben. Von Bl. 18 die untere Hälfte abgeschnitten. 5
- E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 621–623.

Leibniz knüpft in diesem wie im folgenden Stück, die beide im ersten Teil wörtlich übereinstimmen, an Grundsätze des römischen Rechts an. Bei der Verfolgung seines Plans des *Corpus juris reconcinnatus* versucht er, neben seinem deduktiven Vorgehen bei der Entwicklung von Definitionsketten zur Gewinnung gültiger Rechtsregeln nachzuweisen, daß auch die römisch-rechtlichen Grundsätze mit den von ihm entwickelten naturrechtlichen Geboten der Gerechtigkeit in Einklang gebracht werden können. Die inhaltliche Nähe zum folgenden Stück, das ein von Mai 1679 bis Mai 1680 häufig belegtes Wasserzeichen aufweist, begründet unsere Datierung. 10

JUSTITIA est constans voluntas suum cuique tribuendi.

SUUM scilicet, id est quod penes unumquemque esse convenit. 15

ESSE PENES ALIQUEM dicitur, QUOD IN ejus POTESTATE EST, sive id quod quis pro arbitrio tractare potest omnibus modis, qui non singulari ratione excipiuntur.

CONVENIRE autem rebus illud videtur quod in summa optimum est.

IN SUMMA, nimirum, id est si bonum generale, sive quod eodem redit, divinam voluntatem spectemus. Porro benevolentia generalis est ipsa Caritas: zelus vero caritatis scientia regi debet, ne erremus in aestimatione ejus quod optimum est: quoniam ergo Sapientia est scientia optimi sive felicitatis; ideo non poterimus fortasse vim JUSTITIAE melius complecti, quam si definiamus esse caritatem qualis in sapiente est. Justum autem, sive bonum Virum dicemus qui justitia praeditus est, et juste fieri, quicquid boni sapientisque viri arbitrio probari potest. 20 25

Et JUS appellamus potestatem quae in bonum virum cadit, nam quae contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum. Quemadmodum obligatio est quicquid bono viro necessitatem quandam imponit. Harum autem rerum scientia JURISPRUDENTIA

21 est (1) generaliter sive (2) : quoniam *L* 22 ergo (1) Scientia (2) Sapientia *L* 24 sive bonum Virum *erg. L* 26 in (1) justum (2) bonum virum *L* 28 scientia (1) sive ars aequi et boni (2) JURISPRUDENTIA *L*

appellatur. Et cum scire sit rationes reddere posse, consequens est illis qui Leges condunt, aut interpretantur vera principia noscenda esse, unde jus omne derivatur.

Immensam Legum vim paucis ea claritate complecti constitutum est nobis, ut neque hominum memoria multitudine oneretur, neque iudicium diutius fluctuet incertitudine
 5 sententiarum. Itaque imposterum jus finitum certumque esto.

Den folgenden Abschnitt in Kleindruck hat Leibniz ersetzt, dabei aber nur die beiden ersten Absätze und den Schluß nach Replicatio prima gestrichen:

Regula generalis haec tenenda est, ex nulla causa actio vel exceptio vel aliud juris remedium vel iudicis officium dabitur, quam quae in hoc Codice prodita est.

10 Hujus regulae exceptio prima est, si qua nova causa a nobis postea adjiciatur; volumus enim ab his qui jurisdictionem exercent ad nos referri, si qua ex facto emergant, digna quae lege comprehendantur.

Altera exceptio est, si qua non scripta parem cum scriptis habeant rationem: hanc exceptionem reprobamus, quia omnes de jure controversias tollere volumus, quod fieri non potest, si disputatio superest de rationibus legum non scriptis: itaque volumus imposterum non ex rationibus sed ex legibus agi. Cum enim
 15 esse arbitremur, quae legibus istis neglecta sint, satius est paucos damnum pati, donec ad nos referatur, quam incerti juris commune malum ali.

Tertia exceptio est si quae provinciae aut urbes peculiares habeant leges aut mores; ex illis dabitur illic iudicis officium. Replicatio prima est si jus locale in similem formam, qualis est codicis hujus redactum non sit, non dabitur inde iudicis officium. Volumus enim et jus locale certum ac finitum reddi ac
 20 [bricht ab]

1 f. est (I) ante omnia vera juris (2) illis . . . vera L 2 unde (I) omnia de jure responsa derivantur (2) jus L 3 Legum (I) vim (2) multitudinem (3) vim L 4 memoria (I) numero (2) multitudine L 5 sententiarum. (I) Erui (2) Praescribemus autem certas causas, ex quibus solis imposterum actiones aut exceptiones, aut alia quaecunque juris remedia dabuntur. (a) Et (b) Si quid (aa) autem (bb) vero supplendum esse (aaa) (non) (bbb) constiterit, (aaaa) ad nos (bbbb) volumus (cccc) ad nos referetur (dddd) ad (3) Itaque . . . esto L 10 f. adjiciatur; (I) nam si qu (2) volumus enim a iudicibus (3) volumus enim ab (a) Magistratibus (b) iis (c) his . . . (aa) habent (bb) exercent L 12 est, (I) si qua parem habeant rationem | cum illis quae lege comprehendimus. erg. | Sed haec exceptio reprobat, quia de ra (2) si L 14 legum . . . itaque erg. L 14 legibus (I) jur (2) agi. (a) Et cum pauca esse arbitremur quae legibus istis non contineantur, satius est ea paucorum damno negligi, quam commune malum aliquos (b) Cum L 17 mores; | nam gestr. | ex L 18 si | modo gestr. | jus L 19 et erg. L 19 locale | aequae gestr. | certum L 19—S. 2835.1 ac (I) Ex quibus causis datur | poten erg. u. gestr. | iudicis officium. (a) Regula (b) Causa prima generalis (2) Causae L

Causae generales ex quibus datur iudicis officium
seu ex quibus jus sumitur

Prima, ex illis causis omnibus, quae codice nostro comprehenduntur iudicis officium datur.

Secunda ex illis causis quas aliquando adjiciemus. Volumus enim ab his qui 5
jurisdictionem exercent, ad nos referri, si qua ex facto emergant, nova lege comprehendi digna.

Tertia ex illis causis quae jure locali continentur. Hujus causae generalis conditio prima est: si causa specialis sumta ex jure locali juri generali contraria non est. Conditio secunda si jus locale simili forma comprehensum est, qualem habet 10
Codex noster.

Causa generalis quarta ex consuetudine. Conditio prima si populus ita assuevit consuetudini, ut credat injuriam fieri si ea non observetur.

Causae generales reprobatae
seu ex quibus iudicis officium non datur

15

Prima ex illis causis quae praecedentibus non continentur. Volumus enim jus certum et finitum reddi. Hujus causae generalis reprobatae exempla sunt: primum, si tribunalium tantum consuetudo allegetur. Nam his tantum vim juris concedimus, quibus populus assuevit, ne homines non solitis offendantur. Sed mos tribunalium ad populum non pertinet. 20

Secundum est si praepjudicia quorumcunque etiam nostra allegentur: nam et his vim legis negamus.

1 (I) Ex quibus causis datur iudicis officium. Regula prima ex illis causis solis quae in hoc Codice proditae sunt. (2) Causae L 1 quibus | solis *erg. u. gestr.* | datur L 2 f. sumitur (I) Causa | generalis *erg.* | prima (2) Prima L 5 quas (I) postea (2) | aliquando *erg.* | L 8 f. generalis *erg.* L 11–13 noster (I), volumus enim et jus locale certum et finitum reddi (2), certe (3). Conditio tertia si sit (a) a (aa) nobis probatum (bb) summa potestate a (b) approbatum (4). Aliae causae reprobantur. Volumus enim jus (5). Causa quarta | (6). Causa . . . ut (a) eam justam esse opinetur (b) per sens (c) credat . . . observetur. *erg.* | L 14 reprobatae seu *erg.* L 16 f. Volumus . . . reddi. *erg.* L 17 generalis (I) exemplum est (2) reprobatae exempla sunt: L 17 f. primum, (I) exemplum est, si tribunalia (2) si tribunalium L 18–20 Nam (I) plebis tant (2) in populo tantum gratiam allegetur. (3) his . . . pertinet. L 21 praepjudicia (I) allegentur (2) quorumcunque (a) tribunalium (b) imo et (c) etiam nostra allegentur L 21 nam et (I) horum rationem haberi (2) his . . . negamus L

Tertium si allegetur eum contra quem desideratur iudicis officium eodem jure in alios usum. Nam et hanc a communi juris ratione discedendi causam tollimus: et alia satis ratione injuriis obviam ibimus, < – injustum – – >.

Quartum est si causa non certa consequentia sed conjectura tantum ex nostris
5 legibus colligatur. Nam volumus imposterum nullum esse conjecturis locum in quaestione juris, sed tantum in facti quaestionibus ubi careri illis non potest.

Quintum est, si quis non ex legibus nostris, sed ex earum rationibus aliquam causam ducat. Haec ideo rejicimus, quia rationes quae legislatorem movere conjectura tantum cognosci solent.

10 Sextum est si quis ex regulis quibusdam, quae a nobis praescriptae non sunt, causam juris sumat. Nam solent regulae esse exceptionibus obnoxiae, nostrae autem ita scriptae sunt, ut nullae aliae oriantur exceptiones, quae non diserte contineantur in ipsis, nascuntur enim ex diversarum legum conjunctione inter se.

Septimum est si quis ex communibus opinionibus aut doctorum autoritate jus
15 sumat.

Octavum est si quis causam ex Legibus Romanis sumat, quae in his nostris non contineatur. Quia non quidem Leges Romanas, sed tamen quicquid in eis adhuc robur habet in hunc Codicem contraximus.

1 desideratur (I) iudicium (2) iudicis officium L 5 esse conjecturis locum *erg.* L 10 f. sunt, (I) jus (2) causam juris L 11 obnoxiae, (I) et tantum memoriae discunt (2) nostrae L 11 autem | leges *gestr.* | ita L 12 f. contineantur (I) nostris legibus, id est quae nascantur (2) in ipsis, (a) id est quae non (b) nascuntur enim L 14 opinionibus (I) jus sumat. (2) aut L 16 f. non *erg.* L 17 contineatur. (I) Neque enim sustulimus (2) Quia non quidem L 17 tamen *erg.* L

502.DE JURE ET JUSTITIA

[Mai 1679 bis Mai 1680 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH II 6 Bl. 28–29. 1 Bog. 2°. 3 $\frac{1}{4}$ Sp.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 618–621.Übersetzung: MATHIEU, *Scritti Politici*, S. 125–129.

5

Das Wasserzeichen begründet auch die Datierung des inhaltlich verwandten vorangehenden Stückes.

De jure et justitia

Justitia est constans voluntas suum cuique tribuendi. Suum scilicet, id est quicquid penes ipsum esse convenit. Esse autem penes aliquem intelligitur, quod in 10 ejus potestate est sive quod is pro arbitrio tractare potest omnibus modis qui non singulari quadam ratione excipiuntur. Et convenire illud videtur quod in summa optimum est si bonum generale spectemus, id enim et Divinae Voluntati congruere constat. Quoniam autem benevolentia generalis est ipsa caritas: et zelus caritatis scientia regi debet, ne erremus in aestimatione ejus quod optimum est, sapientia autem est 15 scientia optimi, sive felicitatis; ideo non poterimus fortasse vim justitiae melius complecti, quam si definiamus, esse Charitatem qualis in sapiente est. Justum autem dicemus qui justitia praeditus est, et juste fieri, quicquid boni sapientisque viri arbitrio probari potest; et Jus appellamus potestatem quae in justum cadit, illa enim faciendi jus est, quae salva 20

9 (1) Justitia est (a) constans et perpetua voluntas suum cuique tribuendi. (aa) Sed quia (aaa) sign (bbb) dubitari potest quod sit cujusque (bb) Quid autem sit (aaa) cuiq (bbb) cujusque ratione (aaaa) di (bbbb) judicari potest (b) caritas (2) *Justitia* L 9 constans | et perpetua gestr. | voluntas L 9 f. tribuendi. (1) Sed quia (a) dubitari (b) saepe dubitatur, quid quisque suum recte dicat, sciendum est, ea ad unumquemque pertinere videri, | (2) Suum . . . est erg. | quicquid (a) in ejus potestate | (b) penes ipsum erg. | L 11 is erg. L 11 f. non (1) expresse (2) singulari quadam ratione L 12 excipiuntur. (1) Et convenire (a) cuique (b) intellig (2) Conveniens (3) Et convenire (a) rebus (b) illud L 13 f. spectemus (1) . Itaque si quis vim justitiae (a) corrupte (b) paucos complecti velit, (2) , id . . . constat. L 14–16 scientia (1) regitur (2) regendus est, (3) regi debet, | ne erremus in (a) judicando, itaque (b) aestimatione . . . est | sapientia . . . felicitatis erg. | ; ideo erg. | L 17 si (1) dicamus (2) | definiamus erg. | L 18 qui (1) sapientia (2) justitia L 18 f. , et juste (1) injusteque fit (2) fieri, . . . | sapientisque erg. | . . . potest erg. L 19 appellamus (1) facultatem sive potentiam (2) | potestatem erg. | L 19–S. 2838.1 cadit, (1) nam quae (2) illa enim (a) jure fieri (b) faciendi . . . salva (aa) justitia qualem (bb) justitiae . . . vero L

justitiae ratione fieri possunt, quae vero contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum est. Quemadmodum autem jus potestas est moralis, ita Obligatio (quae juri opponitur, cum facultatis sive libertatis cessatio sit), pro quadam necessitate morali haberi potest; nam quae jure fieri non possunt in jurisprudentia pro impossibilibus et
 5 quae fieri debent, pro necessariis habentur. Est autem jurisprudentia scientia ejus quod justum est. Et cum scire sit rationem cujusque reddere posse quousque satis est, itaque Artem juris, sive aequi bonique praecepta comprehensuri, vera juris Principia sive Causas ita tradere debemus, ut ex illis controversiae pleraeque omnes certa ratione finiri possint.

- 10 Justitiae rationes primas, sive quod idem est principia juris ex eo sumi debere dictum est, quod est optimum in summa, itaque explicari debet, quid sit bonum. Bonum autem cuique est, quod perficit sive juvat, Malum quod contrarium est; itaque Res sive ea quae nos juvare aut laedere possunt, ita distribui debent inter homines, ut maxima inde in summa, totius societatis perfectio possibilis oriatur, quae prout nunc sunt res humanae
 15 sperari possit. Haec autem maxima perfectio obtinebitur, si bona quae obtineri possunt, aut mala quae vitari non possunt ita distribuuntur, ut cuique ea assignentur quae eum maxime jvant, aut minime laedunt. Quoniam enim quae aliquibus valde bona, eadem aliis satis mala, aut etiam minus bona sunt; ideo patet magno delectu esse opus, ac multum interesse quae cuique tribuantur. Quae ut intelligantur distinctius considerandum
 20 est esse quasdam perfectiones quae invicem junctae nihil faciunt nasci melius ipsis, exempli causa; pulchritudo et robur: nam si in eodem homine reperiantur, nullum aliud bonum inde nascitur, quam horum duorum bonorum aggregatum sive summa. Aliae vero sunt perfectiones, quae non simplici additione, sed velut multiplicatione quadam sive ductu in se invicem conjunguntur, ex quibus oritur aliquid longe majus aggregato
 25 singulorum; ejusmodi sunt sapientia, pietas, potentia. Quoniam si idem pius, prudens, potensque sit, manifestum est, incredibiles inde fructus nasci, unum autem eorum sine alio vires suas exerere satis non posse; ac proinde ut in multiplicando, unum totum

2 Quemadmodum (1) et Obligatio (2) autem jus (a) facul (b) potestas . . . Obligatio L 3 cum | potesta *erg. u. gestr.* | facultatis | sive libertatis *erg.* | L 4 fieri (1) impossibile est (2) non possunt L 4 f. et . . . necessariis *erg.* L 5 f. scientia (1) ejus quod justum est usu | atque exercitio *erg.* | firmata | (2) et si exercitium accedat etiam ars (3) ejus . . . est. *erg.* | L 6 quousque satis est *erg.* L 7 praecepta (1) tradituri, (2) | comprehensuri, *erg.* | L 7 f. sive Causas *erg.* L 8 ita (1) trademus, (2) tradere debemus, L 11 , itaque . . . bonum *erg.* L 12 autem (1) est quod unamquamque rem (2) cuique est, quod (a) eum (b) perficit L 13 possunt (1) inter hom (2) , ita (a) distribuenda sunt, ut quam maxime (b) distribui . . . maxima L 17 quae (1) aliis b (2) aliquibus L 18 patet (1) multum interesse, quae cuique dentur, ac (2) magno L 20 quae (1) inter se (2) invicem L 21 homine *erg.* reperiantur, (1) nihil (2) nullum L 22 aggregatum (1) ut vocant, (2) sive L 24 quibus (1) nascitur (2) oritur L 25 pius, (1) potens, sapi (2) prudens, L 27 satis *erg.* L 27 posse; (1) prorsus qu (2) ac L

singulis alterius partibus applicatur, nam si potens idem sapiensque sit manifestum est, esse sapientiae usum in qualibet facultatum ejus parte spectari. Hinc sequitur, quanto quisque pietate et sapientia praestat, hoc majorem potestatem mereri: interdum etsi caetera paria sint, eum qui locupletior est aliis praeferrī, velut aptiorem rebus gerendi[s]; unde fit ut saepe dandum sit habenti et facilius sit divitem maximas opes sibi comparare, 5 quam pauperem ditescere. Vicissim et onera recte imponuntur locupletioribus, saepe magis etiam quam proportionē facultatum, nam fieri potest, ut quod pauperem eadem proportionē everteret, diviti tolerabile sit. Ex quibus constat non tam aequalitatibus aut proportionibus quibusdam, quam potius effectu ejus quod in summa bonum publicum maxime juvat aut laedit, omnia dijudicari. 10

Porro si jam satis in hominibus sapientiae atque caritatis esset, ac si civitates ita ordinari possent, quemadmodum Ordines quidam Religiosorum, ut omnia essent in cura ac potestate Reipublicae, singulis autem laborum pariter ac fructuum voluptatumque dimensum daretur, nihil aliud spectandum esset in Jurisprudencia, quam distributio, id est ut cuilibet illi labores tribuerentur in quibus minima molestia sua maximas res praestaret, 15 et ut illis vicissim praemiis excitaretur, quibus maxime juvari posset; sed quia talia sine maxima rerum conversione sperari non possunt, et homines, ut nunc facti sunt, statim ignavia torperent, si extra necessitatem positi publica cura sustentarentur; ideo cuique assignata sunt aliqua, sive a Reipublica sive a fortuna aut majoribus, in quibus industriae privatae materies relictā est. Et ne perpetuo fluctuarent, placuit ne hic amplius de meritis 20 quaereretur, sed de possessione possidendique causa. Nam et illud manifestum est de virtutis ac meritorum praestantia difficillimum iudicium esse; itaque optimum fuit, ut in his quae jam inter homines providentia distribuit omnes quasi aequales haberentur, nisi

1 f. nam (I) si quis sit potens, in (2) si . . . est, (a) nullam facultatum partem (b) esse (aa) in qua sapientiae (bb) sapientiae . . . | ejus *erg.* | . . . spectari. *erg.* L 4–6 est (I) rebus gerendis caeteris aptiorem esse. (2) aliis . . . sit (a) semel divitem (aa) in imme (bb) ad maximas (aaa) facultates (bbb) opes (b) divitem . . . ditescere. (aa) Contra (aaa) on (bbb) interdum (bb) Vicissim et L 6 f. saepe *erg.* L 7 f. quod (I) pauperem (2) pauperi proportionē (3) pauperem . . . proportionē L 8 quibus (I) iudicari | non *gestr.* | potest (2) | constat *erg.* | L 9 bonum (I) generale (2) publicum L 10 laedit, (I) iustum (2) omnia L 12 quidam *erg.* L 13 autem (I) usus prout e re esset, attri (2) operae fructusque (3) laborum L 14 distributio, id est *erg.* L 15 res (I) praestare posset, (2) praestaret, L 16 maxime (I) juvaretur, (2) juvari posset; L 17 possunt, (I) et (2) ea est hominum impe (3) et L 20 Et (I) quia in his non amp (2) ne (a) ista (b) perpetuo L 20 fluctuarent, (I) placuit, ut non circa j (2) quodammodo convenit inter homines, placuitque (3) placuit L 21 possessione (I) tituloque (2) possidendique causa (a) quadam (b) tantum. Possidendi causa autem vicissim non (c) . Nam L 21 f. de (I) virtute ac meritis (2) virtutis . . . praestantia L 22 esse; (I) ita sublata (2) itaque (a) nece (b) optimum L 23 homines (I) fortun (2) providentia L 23–S. 2840.1 quasi (I) ae (2) vir (3) | virtute *erg.* u. *gestr.* | aequales haberentur, (a) ea autem aequalitate l (b) nisi (aa) aut bello (bb) sortem b (cc) turbare omnia et sortem belli potius et (dd) | rescindere . . . rebus *erg.* | ab L

rescindere decreta divina, turbatisque rebus ab eventu belli futurae providentiae sententiam expectare potius, quam praesentis praejudicium sequi malle. Ut enim genus humanum sponte subeat communionis cujusdam leges, et dispensatorum judicio sua omnia summittat sperari non debet.

- 5 Ex his ergo verum habemus sensum trium primorum juris praeceptorum, quae sunt, *Honeste vivere, Neminem laedere, Suum cuique tribuere*, quae omnia ad bonum generale referuntur.

Der in Kleindruck wiedergegebene Text stellt einen ersten, gestrichenen Ansatz des Folgenden dar:

- Est enim honeste vivere idem quod ad perfectionem animi contendere (animus enim cujusque, id
10 est potissimum quod sumus), perfectio autem animi est, potentia ejus in corpus, et maxime in affectus qui sunt motus corporis, animum maxime afficientes, quos si satis compescere possimus, nihil est quod nos impediatur rationem sequi, id est virtutem colere. Itaque in eo exercendi sunt homines inde a juventute, ut rationis usus perficiatur, virtutumque habitus contrahatur. Haec domi parentum, haec praeceptorum in schola, haec sacerdotum in Ecclesia, haec in Republica Magistratuum cura summa esse debet: docendo atque assuefaciendo,
15 adhibitis rationibus, exemplis, praemiis, poenis.

Nam qui potestatem habent tria curare debent.

Primum est ut singuli maxime perficiantur, vere enim honestum est, quicquid nos, id est animum nostrum (animus enim potissimum est id quod sumus), perficit. Perfectio

1 f. providentiae (I) judicium (2) | sententiam *erg.* | L 2 Ut (I) autem (2) enim L 3 subeat (I) communiones (2) communionis L 3 et (I) diribito (2) dispensatorum L 4 omnia *erg.* L 6 f. quae . . . referuntur *erg.* L 9 vivere (I) , ad (2) idem L 9 f. contendere (I) , quae in eo consistit, ut (a) assuefiat ani (b) potenti (2) | (animus . . . | potissimum *erg.* | . . . sumus) *erg.* | perfectio L 11 maxime (I) validi (2) afficientes, L 12 colere. (I) In ha (2) Hoc est ergo in quo (3) Itaque L 12 ut (I) rationem perficiant (2) rationis (a) usum (b) usus L 13 domi *erg.* L 13 in schola *erg.* L 14 in Ecclesia *erg.* L 14–17 debet (I) . Quoniam autem non omnes aequae profecere in virtutum cultura consequens est, ut ea (2) : docendo . . . poenis. (a) Quoniam autem non omnes aequae profecere in virtutum cultura, convenit, ut quae publica sunt (b) Jam (c) Neminem laedere est, (d) Quoniam autem non omnes (e) | Deinde | (f) Alterum *erg.* | ut hi qui perfectione aequales sunt, aut pro aequalibus habentur aequo jure (aa) gaudio (bb) gaudeant; (aaa) denique ut (bbb) omnes autem aequales censentur | . Quod fit *gestr.* | in illis quae respublica non distribuenda sibi servavit, sed privatorum acquisitioni reliquit; denique ut in his quae ex publico distribuuntur ea perfectionis singulorum ratio habeatur, ut inde pulcherrimus in toto corpore contentus, statusque omnium optimus qui sperari potest, nascatur *gestr.* | quoniam nec omnia satis scrupulose examinari ad *erg.* | (g) | Nam . . . debent, (aa) tum ut (aaa) quisque (bbb) homines max (bb) | Primum est *erg.* | ut . . . perficiantur, *erg.* | vere L

autem animi est potentia ejus in corporis affectus motusque, quos si satis compescere possimus nihil est quod nos prohibeat rationem sequi, id est virtutem colere. Itaque in eo exercendi sunt homines inde a juventute, ut rationis usus perficiatur, et habitu contracto virtutum exercitatio nobis etiam jucunda reddatur docendo assuefaciendo; adhibitis rationibus, exemplis, praemiis, poenis. Haec domi parentum, haec magistrorum in schola, haec sacerdotum in Ecclesia, haec in Republica Magistratuum cura prima esse debet.

Altera autem, ut cuique pro modo perfectionis suae, prout in virtutum cultura profecit et prout aliis etiam bonis abundat, ita de publico commoda atque incommoda assignentur, quo et perfectioni ipsius futurae, et in summa bono generali consulatur, quod ex maxima possibili singulorum perfectione exurgit. Atque hoc est suum cuique tribuere. Differt autem hoc praeceptum a praecedenti; nam cum in nobis aliisque perficiendis laboramus, bona cuique illa tribuimus, quae distributione in multos non minuuntur, qualia sunt, sapientia et virtus, in quibus honestas consistit. Sed hoc loco de illis bonis agitur, quae cum uni tribuuntur, alteri decedunt.

Tertium praeceptum est, ut ea quae cuique assignata sunt, sive a providentia sive ab industria, sive a fortuna, ei communi ope conserventur, id est ut ne quis laedatur.

Ubi manifestum est, primo praecepto, in quo honestas commendatur, agi, ne homines laedere velint, hoc vero ne possint aut ut si laeserint, res restituantur. Manifestum est etiam quemadmodum homines in distributione quae ex publico fit distinguuntur perfectionibus, ita in conservatione rerum privatarum aequales haberi, nec jam amplius quaeri solere, quis altero sapientior sit, quis magis opes mereatur, aut illis rectius usus sit, sed quis semel illas habeat, nisi cum gravis causa ex jure publico nascitur, cur ab aequalitate juris privati sit discedendum.

4 exercitatio (I) jam hominibus | (2) nobis *erg.* | L 4 f. docendo . . . poenis *erg.* L 7 f. debet. (I) Alterum eorum quae curare (a) debent, (b) debemus, hoc est, (2) Altera autem, ut ea quae cuique assignata sunt, | sive a providentia sive a Republica *erg.* | ei (a) publica (b) | communi *erg.* | ope conserventur id est ne quis laedatur, (aa) nam pr (bb) | quoniam superiori *erg.* | praecepto (aaa) hominis (bbb) honestatis id quidem agitur ne homines laedere vellent, hoc (3) Altera (a) cura est (b) autem L 8 pro (I) modulo (2) modo L 8 f. cultura (I) praefecit, aut etiam prout (2) profecit (a) quin imo et caeterarum (b) et L 9 etiam *erg.* bonis (I) pollet, (2) abundat (a) caretque, (b) ita L 9 publico (I) volu (2) commoda L 9 f. incommoda (I) necessa (2) assignentur, quo (a) maxime (b) et (aa) ipsius (bb) perfectioni L 10 summa (I) optimo Reipublicae (2) bono L 11 exurgit. (I) Hoc ergo praecep (2) Atque L 13 quae (I) aliis communicari non possunt, (2) distributione L 14 consistit | ; nec sanitatem excipio caeteraque personalia bona *erg.* u. *gestr.* | . Sed L 15 f. decedunt. (I) In his (2) Tertium est (3) Tertia cura est (4) Tertium L 16 a (I) republica (2) providentia L 17 ope (I) consequentur. (2) conserventur | , id . . . laedatur *erg.* | L 18 praecepto (I) illud (2) quo j (3) in . . . commendatur L 22 solere *erg.* L 24 discedendum. | (I) In summa (2) Prorsus enim illud justum est, quod in summa optimum est, et (a) in privatis (b) jam publice (aa) utile (bb) utilissimum est. Jure optimum est homines aequales censi, ut turbae vitenturque nimiaeque scrupulositates. *gestr.* | L

503.DE SCIENTIA JURIS NATURALIS TRADENDA

[1680 (?)]

Die definitorischen Ansätze aus diesem Stück nimmt Leibniz im folgenden teilweise wörtlich wieder auf und vertieft sie. Die Datierung gründet sich auf die enge inhaltliche Verwandtschaft beider Stücke sowie
 5 auf identische Wasserzeichen.

503₁. DE PUBLICA FELICITATE**Überlieferung:**

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 61. 1 Bog. 2^o. 1 Sp. auf Bl. 61 r^o. (Auf Bl. 61 v^o N. 503₂).

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 613.

10 Übersetzung: HOLZ, *Polit. Schr.* 2, 1967, S. 134 f.

Quicquid publice utile est, faciendum est.

Commune bonum aestimaturex collectis in unam summam bonis singulorum.

Curandum ante omnia est, ut omnes sint contenti, sive ut nemo dolore afficiatur.

Proximum est efficere ut omnes sint felices, sive quam jucundissime vivant.

15 Potius est voluptatibus carere quam doloribus affici.

Laetitia est status voluptatum praevalentium, Tristitia dolorum.

Felicitas est status laetitiae duraturae.

Miseria est status tristitiae duraturae.

20 Bonum necessarium est, sine quo miseri sumus, caetera tantum utilia
 appellantur.

Bona malaque ita inter homines dispensanda sunt, ut minimum inde oriatur malum,
 aut maximum bonum commune.

Curandum est ut homines sint prudentes, virtute praediti, facultatibus
 abundantes, nimirum ut optima agere sciant, velint, possint. Prava autem nec cogitent,
 25 nec velint, nec possint.

14 omnes (*I*) jucundissime vivant (2) sint *L* 14 sive (*I*) in maximis voluptati (2) quam *L*
 14 f. vivunt. (*I*) Itaque (2) Potius *L* 16 Laetitia . . . dolorum. *erg. L* 17 status (*I*) voluptatis (2) |
 laetitiae *erg. | L* 18 status (*I*) doloris (2) | tristitiae *erg. | L*

PRUDENTIA et VIRTUS in animis inseruntur tum praeceptis, et eorum rationibus quae sunt praemia poenaeque naturales pariter et civiles, tum usu sive virtutum exercitio.

Praecepta¹ sunt vel de actibus internis sive cogitationibus, quae complectitur Theologia moralis quam vocant seu Doctrina Casuum Conscientiae; vel de Actibus externis qui in aliorum cognitionem per se incurrere possunt, de quibus agit jurisprudentia civilis. 5

FACULTATES autem, sive Bona quae inter homines dispensari possunt, arbitrio cujusdam potestatem habentis, sunt vel spiritualia vel temporalia, unde duplex jurisprudentia Ecclesiastica et Secularis. 10

503₂. DE SCIENTIA JURIS NATURALIS

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 61 v^o. (Auf Bl. 61 r^o N. 503₁).

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 614.

Übersetzung: HOLZ, *Polit. Schr.* 2, 1967, S. 135. 15

Scientiam Juris naturalis docere est, tradere Leges Optimae Reipublicae.

Scientiam juris arbitrarii docere, est leges receptas cum legibus optimae Reipublicae conferre.

Duae sunt partes juris, una de agendis, altera de actionum praemiis poenisque et generatim consequentiis, sive de bonis malisque quae vel ipso jure vel judicis officio, 20 eoque vel proprio motu, vel ob postulationem alicujus explicato contingunt. Caeterum ea

¹ Diesen Absatz hat Leibniz durch Umrandung hervorgehoben.

2 quae (1) partim ex natura rei sumuntur (2) sumuntur a praemiis poenisque naturalibus pariter et civilibus, (3) sunt . . . civiles *L* 7–10 civilis. (1) Quoniam rationes praeceptorum sunt praemia poenaeque, quae consistunt in bonorum malorumque dispensatione (a) . Hinc (b) eaeque vel naturales, quae per rei naturam actioni cohaerent, vel arbitrariae seu constitutae, quae voluntate alicujus potestatem habentis dispensantur: et quidem in his omnis (2) FACULTATES . . . Secularis. *L* 16 naturalis (1) tradere (2) | docere *erg.* | *L* 21 ob (1) alterius (2) postulationem *L*

quae ipso jure contingunt non in re ipsa, sed in jure consistunt, ideoque denique in ea quae per ipsa judicis officio impetrari queunt, resolvuntur.

Porro quaecunque Leges judicem etiam proprio motu facere volunt, ea nihilominus ab eo postulari possunt.

5 Hinc tota jurisprudentia tradi potest, certa constantique methodo, ea ordine enumerando, quae a judice postulari possunt.

Hinc duae sunt methodi jus tradendi, una secundum ordinem officiorum vitae, altera secundum ordinem Actionum seu postulationum in judicio.

504.DE JURE IN ARTEM REDIGENDO

10 [1680 (?)]

Zur Datierungsbegründung siehe N. 503.

504₁. DE SUMMA JURIS REGULA

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 62–65. 2 Bog. 2^o. 2 ³/₅ Sp. auf Bl. 62 r^o, v^o u. 65 r^o oben.

15 *E* G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 53, 86–88.

Weitere Drucke: 1. G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 83–87 (Teildruck). 2. T.

ASCARELLI (Hrsg.), *Hobbes, Th.: A dialogue between a philosopher and a student*.

Leibniz: Specimina juris. Mailand 1960 (Paris 1966), S. 409 f. (Teildruck, nur der erste Absatz).

20 Teilübersetzungen: 1. MATHIEU, *Scritti polit.*, 1951, S. 130–132 (nach *E*). 2. J. DE SALAS ORTUETA, *Escritos de filosofía jurídica y política*, Madrid 1984, S. 137–139.

2 queunt, (1) consistunt (2) resolvuntur *L* 7 una (1) per (2) secundum *L* 7 vitae, erg. *L*

Ut jus in artem redigatur, variis modis procedi potest, prout scopum aliquem certum sibi praefixit scriptor. Nam si judici scribamus, enumeranda sunt remedia juris, sive postulationes, earumque exceptiones, ut statim appareat quatenus postulationes admittendae sint, aut rejiciendae, vel moderandae. Si scribamus privatis eorumve advocatis, vitam remque familiarem hominis percurremus, et quodnam ex quoque facto 5 jus ei nascatur dicemus: eaque ratione juris cognitio pars est Scientiae Oeconomicae. Si Legislatorem instruere velimus, eumve qui legislatoris vice fungitur, id est cui juris supplendi atque interpretandi potestas concessa est, tractandum est ei jus per causas, dandaque opera est, ut omnia reducantur ad paucas quasdam regulas rationesve annotatis tamen placitis irregularibus, velut exceptionibus; nam quae contra rationem juris recepta 10 sunt, ad consequentias trahi non debent. Haec tradendi ratio scientialis est; priores magis indicum rationem habent prorsus quemadmodum Geometria dupliciter in systematis formam redigi potest, uno modo scientifico quem tradidit Euclides per rationes, altero practico pro illis qui propositiones scire satis habent, etsi rationes non intelligant.

Summa juris regula est; quicquid publice utile est, illud faciendum est. 15 Saepe autem, quod per se publice utile est, per accidens damnosum est, quia magnam nimis mutationem, aut diuturnam nimis inquirendi moram requirit. Bona malaque ita inter homines dispensanda sunt, ut minimum inde oriatur malum aut maximum bonum commune. Quemadmodum plantae in illo potius solo collocandae sunt in quo maxime fructus ferent; et recrementa in loca maxime sterilia 20 abjiciuntur.

Commune bonum aestimatur ex collectis in unam summam bonis singulorum. Itaque maximum bonum commune consistit in maxima multitudine ac magnitudine bonorum, quae singulis obtigere.

Bona vel NECESSARIA vel UTILIA sunt. Necessaria appello quae requiruntur ad 25 tranquillitatem mentis, sive quorum absentia affligimur. Caetera quibus facile caremus, utilia vocari possunt.

1 potest, (I) quorum quisque (2) prout L 4, vel moderandae erg. L 4 scribamus (I) advocatis percurranda omnis res Oeconomica est; s (2) privatis L 6 ei erg. L 7 fungitur, (I) qualis est hodie judex (2) id L 9 reducantur (I) aut (2) ad L 9 regulas (I), excep (2) rationesve L 10 tamen erg. L 16 quod (I) sua natur (2) per L 17 f. malaque (I) ita inter homines dispensanda sunt, qu (2) quae communia (3) ita L 18 inter (I) singulos (2) | homines erg. | L 18 sunt (I) ut (2) quemadmodum (3) ut L 18 minimum (I) sit (2) inde oriatur L 21 f. abjiciuntur. (I) Omne Bonum aut necessarium aut utile est. Necessarium bonum voco quod requiritur ad animi tranquillitatem, reliqua Utilia appello. (2) Commune L 26 sive (I) sine quibus (2) ⟨im⟩ (3) quorum (a) contrariis (b) | absentia erg. | L 26 Caetera (I) utilia sunt, ita ⟨ta⟩ (2) quorum (3) quibus L

Bona necessaria utilibus incomparabiliter majora sunt.

Danda opera est ut bona necessaria sint potius in multis utcunque, quam in paucis excellenter.

Contra danda opera est ut bona utilia sint potius in paucis excellenter, quam in
5 multis utcunque.

Danda opera primo est, ut omnes cives quoad licet, sint animo tranquillo et contento,¹ hoc enim, ut dixi, necessarium bonum est, sine quo miseri sumus.

Danda opera secundo est ut omnes cives sint moderati sive ut affectus
10 regere queant. Alioqui enim non diu contenti erunt, nam qui passionibus indulget, minimis etiam turbari potest. Moderatio vero efficit, ut tranquillitas sit durabilis.

Tertio ut omnes cives sint prudentes. Possunt quidem contenti homines esse et moderati, etsi prudentes non sint, sed hoc pendet a casu. Prudentia vero efficit, ut tranquillitas futura magis in potestate sit. Prudentiam intelligo, qualis et in rustico est, qui
15 familiae suae bene praeest.

Quarto ut cives sint optime erga bonum commune animati sive viri boni, quales etiam mediocria mala libenter ferant, ne multi alii miseri sint.

Quinto ut sint pii. Caeterum pios voco, qui credunt providentiam et affectu complectuntur seu qui ita affecti sunt, tanquam qui judicent eum esse ordinem rerum, ut
20 bonis seu bene erga bonum commune animatis bene futurum sit, malis male.

Sexto ut cives ament honorentque rectores, id est virtutem eorum ac potestatem agnoscant.

¹ *Am Rande*: Si politicam tractarem, primo dicerem efficiendum ut rectores sint contenti et ut cives sint erga rempublicam bene animati: et ostenderem ideo efficiendum etiam,
25 ut contenti sint. Sed nunc non publicam utilitatem rectorum gratia, sed per se tracto.

5 f. utcunque. (1) Jurisprudencia distingui solet a scientia procurandae publicae felicitatis. Neque (2) Efficiendum est, (3) Danda opera primo L 8 f. sumus. (1) Efficiendum (2) Danda opera secundo L 11 f. Moderatio . . . durabilis. erg. (1) Efficiendum est ut omnes cives (2) Danda opera est (3) Tertio L 15 f. praeest. (1) Da (2) Item ut sint Virtute praediti (3) Danda opera est (4) Quarto L 16 f. animati (1) . Ac proinde (2) sive . . . quales L 17 f. sint (1) Danda opera est, ut cives (2) Quinto ut L 18 f. credunt (1) bene erga bonum commune ea (2) providentiam . . . judicent L 20 bonis seu erg. L 21 rectores, (1) aut virtute praestantes (2) id L 23 f. rectores . . . ut erg. L

Septimo ut sint amici inter se. Sunt autem amici, quorum amor mutuus et cognitus est. Hoc satis efficietur, si virtute praediti sint, atque invicem aperti sive sinceri, ut mutuas dotes agnoscant.

Octavo ut sint scientes multarum rerum. Itaque curandum est ut artes quae apud externos in arcano habentur, nostris innotescant.

5

Nono ut sint corpore decori, validi atque agiles. Nam quae animus excogitavit, corpus exequi debet. Et decor multum in aliorum animis potest.

Decimo ut cives sint in omni animi atque corporis virtute exercitati. Exercitatio enim efficit, ut dotes nostras, cum opus est in promptu habeamus.

10

Undecimo ut habeant vitae necessitates. Egestas enim homines miseros, et improbos facit.

Duodecimo ut omnibus bene agendi instrumentis abundant, quibus scilicet animi corporisque dotes explicare et reipublicae prodesse possint.

Haec omnia ita brevius complecti licet: Curandum est scilicet, ut homines sint prudentes, virtute praediti, facultatibus abundantes, nimirum, ut optima agere sciant, velint, possint.

15

504₂. DE SCIENTIA JURIS TRADENDA

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 62–65. 2 Bog. 2^o. 1 $\frac{3}{4}$ Sp. auf Bl. 65 r^o unten, v^o u. 63 r^o.

20

E G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 88 f.

Weiterer Druck: 1. G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 4–7 (Teildruck).

1 ut (*I*) cives sint amici inter se, id est ut invicem sint aperti et bene affecti (2) sint . . . se. *L*
 6 ut (*I*) cives sint in omni corpore (*a*) exercitati (*b*) | decori *erg.* | validi atque exercitati (2)
 sint . . . agiles. *L* 7 Et . . . potest. *erg.* *L* 8 Decimo (*I*) denique ut cives sint (2) ut cives
 sint *L* 8 omni (*I*) intellectus (2) animi *L* 9 ut (*I*) possideamus ⟨bon⟩ (2) dotes *L* 9 nostras, (*I*)
 in promptu habeamus (2) cum *L* 13 bene *erg.* *L* 13 f. quibus . . . possint. *erg.* *L* 15 scilicet, (*I*)
 primum ut homines sint intelligentes eorum quae optima sunt; deinde ut sint in cognitis persequendis
 constantes (2) ut *L* 17–S. 2848.1 possint. (*I*) Omne bonum an (2) Scientiam *L*

Scientiam Juris Naturalis tradere nihil aliud est quam tradere Leges optimae Reipublicae. Scientiam juris civilis tradere est Leges receptas cum Legibus optimae Reipublicae conferre.

Optimae Reipublicae finis est, felicitas maxima possibilis singulorum.

5 Felicitas est status voluptatis duraturae.

Voluptas est sensus crescentis perfectionis.

Perfectio est magna potentia in exiguo volumine, seu multitudo in unitate; sive essentiae quantitas. Haec enim omnia eodem redeunt intelligenti.

Quaecunque² juvant sentientem faciunt voluptatem; nam quae juvant potentiam
10 augent, quae potentiam augent, augent perfectionem, ergo quae juvant sentientem augent
sentientis perfectionem. Sensus autem crescentis perfectionis est voluptas. Ergo quae
juvant sentientem faciunt voluptatem.

Itaque de Optimis Legibus acturo quaerendum est, in quo consistat Civium
perfectio. Cumque perfectio in eo consistat, quemadmodum diximus, ut potentia rei
15 augeatur, quod fit sublatis impedimentis sive aucta libertate (nam ostendi potest ipsam
per se potentiam in rebus augeri non posse, omnemque rem si non ab aliis impediretur,
infinitam virtutem habituram esse) ideoque scire debemus, in quo consistat potentia
personae, et quae sint impedimenta quibus natura ejus velut coercetur. Sed quia id quod
diximus de tollendis tantum impedimentis non satis omnes forte intelligunt; familiarius
20 nonnihil agendum atque perinde disserendum est, ac si duobus modis augeri posset
potentia, tum in se, tum sublacione impedimentorum.

Considerandum itaque est tum quae sit Potentia Hominum, tum quae sint ejus
impedimenta. Possunt autem homines cogitare et agere extrinsecus. Cogitatio est
activa quaedam repraesentatio multorum simul facta in re per se una.

25 Repraesentationem intelligo omnem expressionem rei per aliam, ita ut
quicquid assignari potest in uno, ei aliquid respondeat in altero, atque ita possumus
devenire

² Diesen Absatz hat Leibniz durch Umranden hervorgehoben.

1 quam (I) condere (2) tradere erg. | L 4 felicitas (I) omnium in (2) maxima L 13 Itaque (I) de
felicitate acturo, (2) de L 17 ideoque (I) intell (2) scire L 17 f. potentia (I) humana, sive ipsa per se
(2) personae L 18 natura (I) humana (2) ejus L 19 f. familiarius (I) nihil (2) nonnihil L
23 impedimenta. (I) Potentia (2) Possunt L 23 extrinsecus. (I) Cogitare est exprimere aliquid cum
conatu agendi (2) Cogitatio L 24 multorum (I) in una substantia (2) simul L 25 f. aliam, (I) sic
respondentem, ut unius contemplatione possimus (2) ita . . . aliquid (a) quisquam (b) respondeat L

in notitiam alterius. Sic Numeros repraesentamus per characteres, lineas per literas, corpora solida per figuras in plano delineatas, res per verba et notis istis semel bene constitutis, saepe ipsis ratiocinando utimur loco rerum.

Activam volo, nam ex omni cogitatione sua natura statim sequitur conatus agendi, seu voluntas quaedam. Multa simul in re per se una repraesentari necesse est, nimirum quicquid sit denique id quod appellatur *Ego*, certe sum unum quoddam per se, et in hoc uno sunt omnes illae repraesentationes cogitantis. In quo praecipue differt repraesentatio, quae fit in cogitatione, a repraesentatione, quae contingit in speculo aut pictura. Nam repraesentatio est aggregatum quoddam ex variis partibus, quae singulae suo subjecto insunt, ideo si nimis propinque accedamus ad Tabulam totum non videmus. At Ego sum una quaedam substantia, in qua tota rei quam sentio repraesentatio est. Sentio enim me unum omnes illas repraesentationis partes percipere. Atque hoc adeo verum est, ut ne quidem ideam unius substantiae habituri essemus, nisi tale quid in nobis experiremur.

Ex hac jam definitione Cogitationis intelligi potest in quo consistat ejus perfectio, nimirum ut repraesentatio sit exacta (vel quod idem est ut cogitatio sit distincta), ut sit valide activa (id est ut voluntas recta ratione quaesita sit firma), denique ut repraesentatio sit ample diffusa (hoc est, ut multa simul uno mentis ictu comprehendamus).

2 corpora . . . delineatas, *erg. L* 4 Activam (*I*) desidero (2) | volo *erg. | L* 6 se, (*I*) ad quod (2) et ad hoc unum pertinent omnia quae (3) et *L* 7 quo (*I*) multum ab (2) dif (3) praecipue *L* 9 singulae (*I*) per se (2) <ab> (3) suo *L* 10 insunt, (*I*) et (2) | ideo *erg. | si* (*a*) pro (*b*) nimis *L* 11 est. (*I*) Percipio (2) | Sentio *erg. | L* 15 sit (*I*) distincta (2) exacta, (*a*) ut (*aa*) actio inde nascatur (*bb*) conatus in (*cc*) sit (*aaa*) valida in a (*bbb*) ad agendum potens, (*b*) (vel . . . distincta), *L* 16 recta *erg. L* 16 ut (*I*) quam (*a*) mult (*b*) plurima simul animo comprehendamus (*c*) sit ampla (2) repraesentatio *L*

505.TENTAMINA QUAEDAM AD NOVUM CODICEM LEGUM CONDENDUM [1680 (?)]

Leibniz faßt auf insgesamt vier Foliobogen zusammen, was ihm für die Verwirklichung des *Codex novus legum* und damit der Vermittlung der *Elementa juris naturalis* grundlegend ist. Das Stück ist nach dem
5 gut, nur für dieses Jahr, belegten Wasserzeichen datiert.

505₁. ERSTER ANSATZ

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 59–60. 1 Bog. 2^o. 4 Sp.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 606–608.

10 Jurisprudencia, sive jus in quo versamur est scientia viri boni; justitia autem est voluntas viri boni constans et prompta quam habitum appellamus. Quae autem viro bono possibilia, impossibilia, necessaria sunt, ea licita sive justa, illicita, debita dicuntur. Nam quae contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum est. Itaque jus quod habemus agendi vel non agendi, est potentia quaedam sive libertas
15 moralis. Obligatio autem est moralis necessitas, illi nimirum imposita, qui viri boni nomen tueri velit.

Leibniz hat den Absatz in Kleindruck zunächst durch den folgenden Text bis zum Durchschuß, dann durch den nachfolgenden Absatz ersetzt:

Quoniam autem vir bonus est qui benevolus est erga omnes, eo tamen magis quo major in
20 unoquoque virtus id est animi perfectio est. Consequens est, Summam Juris Regulam esse, ut omnia dirigantur ad maximum bonum generale; haec in tria alia praecepta scinditur: honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Est autem honeste vivere virtutem in universum colere, ut ad juvandos alios aptiores simus;

10 (1) Jus in quo versamur (2) Jurisprudencia *L* 11 et (1) firma (2) prompta *L*
11 f. autem erg. *L* 20 virtus (1) ac perfectio est (2) id *L* 22 tribuere. (1) Est autem honeste vivere nihil aliud quam virtutem colere. Nam ut (a) bonum commune obtinendum (b) boni communis obtinendi causa primum nos ipsos ita perficere conabimur, ut simus ad juvandos alios aptissimi, quod fiet virtutem in universum colendo, (aa) est enim vi (bb) in eo enim perfectio animi consistit, ut et veras rationes promte perspiciamus, et perspectas quantum in nostra potestate irrevocabili firmitate sequamur, quod crebro exercitio obtinemus. Et qui sic animatus est (2) Est *L* 22 f. ad (1) societatem juvandam (2) juvandos alios *L*

et virtus universa relata ad societatem, dicitur justitia universalis, ad quam ipsa justitia particularis supra definita vocat, ut societati praeparemur. Quatenus vero justitia particularis efficit ut actu ipso ad societatis bonum feramur, duo praecipit, ut neminem laedamus, et ut cuique pro meritis proximis, quorum prius commutativae posterius distributivae justitiae est. Quarum discrimen ut intelligatur cogitandum, propria enim hominum sunt industria vel fortuna in eorum potestatem redacta, quae ablata persequi possunt 5 sive bello, sive querela apud potentiorum, quoniam eatenus non dignitatis ratio habetur, sed omnes homines aequales, ejusdemque juris compotes censentur, et cum de agri proprietate disceptatur, non id agitur quis dignior agro, aut melior agricola sit, sed quis agrum in potestate habuerit. Quia homines ipsi suae sustentationi prospicere coguntur; itaque relinquenda sunt illis quae collegere: aut si pro dignitate omnia distribuere vellemus, sublata proprietate prospiciendum esset a Republica singulorum felicitati. In his ergo quae mea aut 10 tua sunt locum habet justitia commutativa. In his vero ubi singuli inaequales censentur et in quae non nisi jus congrui habent, ut ab aequitate dispensantis expectent, quod sibi convenit habita utilitatis communis ratione, regnat distributiva, quae locum habet tum in privato, ut beneficia sua inter homines recte dispenset, tum in civitate, quae jus in omnia habet, sed quaedam sibi servat publicae rei gerendae causa, quorum commoda et onera inter singulos proportionem meritorum et virtutum, aut criminum et vitiorum, habita communis utilitatis 15 ratione partitur, quaedam administrationi singulorum relinquit, in quibus tamen retinuit jus adimendi cum e publica re erit, itaque cum poenas aut tributa exigit neminem laedere intelligitur, modo non homines ad miseriam redigat.

Quoniam autem vir bonus est qui benevolus est erga omnes, eo tamen magis quo majorem in unoquoque virtutem id est animi perfectionem agnoscit, consequens est, 20 Summam Juris Regulam esse, ut omnia dirigantur ad maximum bonum

1 virtus (I) in universum (2) universa L 1 f. universalis, (I) quam (a) co (b) ipsa justitia particularis supra definita coli jubet. (2) ad . . . vocat. (a) Justitia porro particularis ad (aa) felicitatis bon (bb) societatem (b) ut L 4 f. intelligatur (I) cogitandum est, (a) quaedam hominibus propria esse, (aa) imo (bb) ac (cc) id est vel | (b) quaedam (aa) communia (bb) propria seu (c) duplex hominibus jus in res esse, (aa) jus proprietatis, (bb) jus mei et tui, et jus congrui (2) cogitandum, . . . sunt erg. | L 5 quae (I) amissa (2) | ablata erg. | L 7 non (I) quaeritur (2) id agitur L 8 habuerit. (I) Haec justitia commutativa appellatur. Cum enim homines periculo suo per se sustentationem proprio studio cogantur, non adeoque (2) Nam si de dignitate et congruo esset disceptandum (3) Quia L 9 itaque (I) si aequum est, ut quae (2) relinquenda L 10 singulorum (I) commodae sustentationi (2) felicitati. L 10 In (I) propriis (2) | his erg. | L 10 f. quae . . . sunt erg. L 11 his (I) autem quae communia sunt, et in quae (2) vero ubi L 11 inaequales . . . quae erg. L 13 f. in (I) Republica, quae omnium rerum domina est, (2) civitate . . . habet L 14 sed (I) quaedam administrationi singulorum relinquit, (a) certo tamen (b) quam tamen certo modo circumscripsit, servatur sibi pot (2) quaedam L 14–16 | quorum | commoda et erg. | . . . ratione (I) dispensat (2) partitur erg. | (a) , etiam (b) , quaedam L 16 tamen (I) sibi servavit (2) exceptit (3) | retinuit erg. | L 17 itaque (I) respublica (2) cum L 17 intelligitur, (I) neque enim res hominum propriae (2) modo L 18 redigat | , quo casu vinculum quo civitati obligamur, solum est redditque proprietas (I) civit (2) laeso, et jus belli gestr. | L

generale sive communem felicitatem; haec in tria alia generalia praecepta scinditur: primum est honeste vivere, id est omnem virtutem colere, ut ad societatem juvandam aptiores simus, quod est iustitiae universalis quae omnem quoque conscientiae obligationem continet nam et cum Deo nobis societas est cujus ante omnes cura haberi
 5 debet. Secundum est neminem laedere, id est nemini auferre quae ille sibi vel fortuna vel industria in potestatem redegit; eatenus enim omnes homines aequales ejusdemque juris compotes censentur; nec cum de fundi proprietate agitur, quaeritur, quis dignior, aut agro colendo aptior sit, sed in cujus potestatem venerit, quoque titulo sive modo: nam si pro dignitate omnia distribuere vellemus, sublata proprietate
 10 prospiciendum esset a Republica singulorum sustentationi ac felicitati. Atque haec est iustitia commutativa, in qua proinde strictam sive arithmeticam aequalitatem locum habere ajunt.

Tertium est suum cuique tribuere. Suum inquam non ut ante proprium, ut exigi possit, sed congruum, ut ratione communis utilitatis possit expectari. Ubi quoad per
 15 commune bonum licet habetur ratio virtutis ac meritorum, vitiorumque ac criminum, et locum habet quaedam aequalitas inter inaequalia, quam geometricam vocant, inaequalibus enim ita tribuuntur inaequalia, ut habitus sive ratio personarum inter se, sit aequalis habitudini rerum quae ipsis tribuuntur.

Quoniam autem vir bonus est qui benevolus est erga omnes, eo magis tamen quo
 20 quisque majoris perfectionis capax est quae maxime in virtute consistit, sequitur summam juris regulam esse, ut omnia ad maximum bonum generale sive communem felicitatem dirigantur. Haec scinditur in tres alias: prima est Honestè vivere, (id est virtutem colere ut ad alios juvandos aptiores simus), secunda neminem laedere id est nemini auferre, quod sua fortuna industriave quaesivit, nam
 25 in his omnes homines aequali jure utuntur, et cum de agro disceptatur, non quaestio est quis eo dignior sit et melius agrum culturus, sed quis eum in potestate habuerit: nam si bona pro dignitate

2 primum est *erg. L* 2 colere, (1) quatenus ad (2) ut ad societatem *L* 3–5 quae . . . debet. *erg. L*
 5 Secundum est *erg. L* 6 enim *erg. L* 7 de (1) agri | (2) fundi *erg. |* proprietate (a) quaeritur non id
 <agitamus> (b) agitur, non quaeritur *L* 8 potestatem (1) fuerit, quo (2) venerit *L* 9 si (1) de dignitate
 ageretur (2) pro *L* 10 sustentationi ac *erg. L* 13 inquam (1) id quod cuique convenit (2) non *L*
 15 habetur (1) locus (2) | ratio *erg. | L* 17 ut (1) proportio inter (2) habitus *L* 18 aequalis (1) rationi (2)
 proportioni (3) habitudini *L* 19 eo *erg. L* 20 majoris (1) felicitatis (2) perfectionis *L* 22 prima est
erg. L 23 f. secunda *erg. L* 26 et (1) magis (2) melius *L*

distribuere vellemus eoque praetextu possessoribus auferre, sublata proprietate etiam de singulorum sustentatione respublica curam gerere deberet. Tertia regula est suum cuique tribuere, suum inquam id est quod ipsi tribui congruum est utilitati publicae. Et hic quidem inspicitur, quis dignior sit.

Atque haec justitia distributiva vocatur, quam tum privati in rebus propriis tum 5
societas in communibus dispensandis exercent. Comprehenditur sub ea et contributiva, neque enim commoda tantum sed et onera communia inter singulos ex usu publico distribuuntur, itaque secundum hanc justitiam et poenae irrogantur, rebus ita institutis ut mala in suos autores refluant potius quam alios affligant. Ex quibus intelligi potest 10
quomodo tribus illis praeceptis justitia universalis, particularisque commutativa ac distributiva; jus item internum quo Deo tenemur, publicum quo societati, privatum, quo singulis obstricti sumus, contineatur: quod discrimen sit inter jus strictum, aequitatem, pietatem; ac denique quomodo multorum egregiorum virorum diversae de principiis juris sententiae concilientur.

Cum vero multa ratiocinatione atque exercitatione opus sit, ut homines oblati 15
occasionibus quod justum est tum per se promte invenire possint, tum sponte exequi velint, duobus opus fuit, tum praeceptis sapientum, quae ante oculos haberi ac memoria teneri satis esset, tum potestate superiori, ut impetus naturae nondum rectis assuefactae spe ac metu coereretur. Praecepta autem juris hac potestate armata in civitate generali vocis acceptione leges vocantur; ex quibus jus civile componitur. Itaque in jure civili non 20
tractantur motus interni, qui Dei atque Ecclesiae judicio relictis sunt, omittuntur etiam multa virtutum munia, ut liberalitatis, officiositatis, urbanitatis, tum quod eorum gratia in hoc consistit, ut spontanea sint, tum maxime, quod multo majora et magis necessaria inculcanda sunt, quae vix assequi possumus, tantum abest, ut legibus (uti nunc sunt res 25
humanae), ad haec minora descendere vacet, nisi major quam nunc toto fere orbe fit educationis ratio habeatur, restant ergo ea tantum in jure civili tractanda, quorum nomine judicium datur, sive ad quae homines cogi posse legibus constitutum est; ubi simul explicandus est praescriptus cogendi modus. Itaque agendum est de Magistratuum apud quos lege agi potest officiis quo pertinet forma judiciorum, recensendaeque sunt

1 eoque . . . auferre *erg. L* 7 usu (1) reipublicae (2) publico *L* 8 itaque (1) huc poenae (2) secundum *L* 13 f. ac . . . concilientur. *erg. L* 17 ante . . . ac *erg. L* 18 tum (1) auxilio (2) potestate *L* 19 potestate (1) munitati (2) armata | in civitate *erg.* | (a) Lege (b) generali *L* 22 virtutum (1) officia (2) | munia *erg.* | *L* 25 f. nisi . . . habeatur *erg. L* 26 ergo *erg. L* 26 civili (1) concludenda (2) | tractanda *erg.* | (a) quae (b) quorum nomine judicium datur (3) ad quae homines superiori (4) quorum *L* 27 f. simul (1) tradendus est cogendi modus ex (2) explicandus est praescriptus (a) a Rep (b) cogendi *L* 28 Itaque | primum *gestr.* | agendum *L* 28 f. apud . . . potest *erg. L*

postulationes ac querelae quae apud Magistratus moveri¹ possunt, id est actiones exceptiones, et exceptionum exceptiones, imo et aliae petitiones qualescunque. Querelae autem vel in publicis vel in privatis judiciis proponuntur; in publicis cum praemium aut poena petitur, quia reipublicae interest; in privatis, cum tuemur quod ad nos pertinet.

5 505₂. ZWEITER ANSATZ

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 57–58. 1 Bog. 2^o. 1 Sp. auf Bl. 58 r^o links. (Auf Bl. 57 N. 505₄, auf Bl. 58 v^o rechts das Ende von N. 505₄, auf Bl. 58 v^o links N. 505₃ und auf Bl. 58 r^o rechts N. 505₅).

10 *E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 610 f. (Teildruck).

Jus in quo versamur est ars aequi et boni (1.1. § 1. de *Justitia et Jure*), hoc est scientia efficiendi ut omnes aequaliter tractentur, nisi cum bonum commune aliter postulat.

Vir bonus est qui erga omnes bene affectus est, eo tamen magis quo quisque ad
15 commune bonum aptior est.

Itaque justitia est caritas sapientis et justus etsi ipse sapiens non esset, in regendo atque mediocritate prudenti continendo hominis erga hominem affectu, sapientem imitatur. Unde fit ut quae regulis comprehendi omnia non possunt boni prudentisque viri arbitrio committantur.

20 ¹ *Über moveri*: institui

1 postulationes ac *erg. L* 1 f. id . . . qualescunque *erg. L* 4 quia . . . interest *erg. L* 4 cum (1) petitur quod nostrum est (2) tuemur *L* 11 (1) Jus (2) Jurisprudencia (3) Jus . . . versamur *L* 11 (1.1. § 1. de *Justitia et Jure*) *erg. L* 12 ut (1) inter homines certe (2) omnes *L* 12–14 postulat. (1) Justum (a) dicitur (b) est quod regulis scientiae (aa) juris | (bb) illius *erg. | (aaa) congruit (bbb) contrarium non est.* (2) Justum est quod regulis hujus scientiae contrarium non est. (3) Vir *L* 16 caritas (1) qualis in sapiente est. (2) sapientis *L* 17 regendo (1) bene (2) atque (a) in (b) mediocritate (aa) continendo hominis (bb) prudenti *L* 18 f. Unde . . . committantur *erg. L*

11 de *Justitia et Jure*: Dig. 1, 1 1. 1 pr.

Porro quemadmodum in agendo quaedam impossibilia quaedam possibilia, et ex his nonnulla necessaria sunt; ita quae recte, atque ut virum bonum decet, facturo impossibilia sunt, haec injusta vocamus; contra possibilia ipsi, licita sive justa; nam quae facta contra bonos mores sunt, ea in jure nec facere nos posse credendum est; jus itaque quod habemus facultas quaedam est sive potentia moralis: et obligatio est 5 necessitas moralis, unde quorum necessitas viro bono imposita est, ea debita appellantur.

Regulae juris generales sunt Honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Est autem honeste vivere, virtutem sequi, vitia fugere, nihil ad juvandum agere, quo animum indicet vitio corruptum quod societati nocere possit, alioqui etsi non 10 aliter laeseris, suspectum te facies et cavendum, fiduciamque et tranquillitatem tolles: et satis jam laesisti, si Societati autem actu ipso nocetur, vel eos qui in ea vivunt offendendo, quod prohibetur altero praecepto quo jubemur; neminem laedere; vel bona malaque communia aut non procurando avertendoque aut non ita distribuendo, quemadmodum societatis interest, interest autem societatis frui unumquemque 15 communibus bonis proportionem meritorum in societatem aut virtutum a quibus scilicet merita sperari possunt; et quia mala quorundam evitari nequeunt, malos potius quam innocentes affligi: qui sensus est praecepti quo jubemur suum cuique tribuere. Suum, id est quod ad ipsum pervenire publice refert.

Tres itaque habemus partes jurisprudentiae de justitia universali, sive virtutibus 20 societati utilibus, de justitia particulari in jure publico pariter et in jure privato.

1 f. impossibilia (1) quaedam media, alia denique (2) quaedam . . . nonnulla L 3 injusta (1) dicitur (2) | vocamus *erg.* | L 3 f. ipsi, (1) justa (2) licita sive justa; | *necess. erg. u. gestr.* | nam L 5 quod habemus *erg.* L 6 necessitas | quaedam *gestr.* | moralis (1) et | proinde *erg.* | (2) | unde *erg.* | L 9 tribuere. | Nam qui commune bonum quaerit dabit operam, tum ut aptum se reddat ad agendum bene habitumque virtutis comparet, (1) tum (a) et ab (b) omni pravitate agere desuescat; dein (2) tum etiam ut res (3) vitii extirpat; tum *erg. u. gestr.* | Est L 9 vivere, (1) idem quod virtutes colere, quae societati n (2) virtutem . . . fugere; | hoc est exercere sese ut *gestr.* | nihil L 9 ad juvandum *erg.* L 10 quod (1) societatem laedere (2) societati nocere L 10–12 possit (1) . Nam | (2) Alioqui (3) , alioqui . . . non | aliter *erg.* | . . . si *erg.* | (a) societas autem actu ipso laeditur (b) societati . . . nocetur L 12 vel (1) auferendo aut (2) imminu (3) singulos (4) singulorum laedendo, vel (5) bona minuendo. (6) eos L 12 f. vivunt (1) laedendo (2) offendendo L 13 f. laedere; (1) tum (2) vel . . . malaque L 14 aut . . . aut *erg.* L 15 quemadmodum (1) e re est (2) societatis L 15 interest, (1) id est pro cuiusque merito (2) hoc est secundum cuiusque merita et virtutes, (3) interest L 16 f. a . . . possunt *erg.* L 17 nequeunt, (1) nocentes (2) | malos *erg.* | L 17 f. quam (1) alios (2) reliquos (3) | innocentes *erg.* | L 19 pervenire (1) communiter (2) in (3) publice L 19 f. refert. | Unde sequitur etiam commune bonum procurandum esse, malum averruncandum. *gestr.* | Tres L 20 habemus (1) justitiae partes, universalem, particularem in (2) partes L 20 f. sive . . . utilibus *erg.* L

505₃. DRITTER ANSATZ**Überlieferung:**

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 57–58. 1 Bog. 2^o. 1 Sp. 58 v^o links. (Auf Bl. 57 N. 505₄, auf Bl. 58 v^o rechts das Ende von N. 505₄, auf Bl. 58 r^o links N. 505₂ und auf Bl. 58 r^o rechts N. 505₅).

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 612 (Teildruck).

De justitia et jure

Omnis de jure tractatio versatur circa bona et mala quibus alter alterum afficere potest, quae si prudenter et cum ratione dispensata sint, juste id factum dicitur, sin minus
10 querelae nascentur. Unde manifestum est justitiam esse caritatem sapientis.

Quae ab hominibus fiunt, ea justa aut injusta haberi constat, dum ad bona malaque referuntur. Et Vir bonus censetur, qui hoc agit ut prosit omnibus noceat nulli. Sed cum non omnibus aequè prodesse possimus, et quod mea interest, saepe cum aliorum utilitate pugnet, affectum hominis erga hominem ratione moderandum esse constat, ideo
15 justitiam definiemus caritatem sapientis, nam vir bonus etsi non esset sapiens, neque enim omnes per se sapere possunt sapientis tamen praescripta sequitur in agendo; quae si vis cogendi addita sit, leges dicuntur. Porro justa illicita, debita, appellamus, quaecunque viro bono possibilia aut impossibilia aut necessaria sunt factu. Nam quae facta contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum est. Itaque jus quod
20 habemus agendi aliquid aut omittendi est facultas sive potentia quaedam moralis; et

7 (1) Jus in quo versamur est (a) ars aequi et boni (b) scientia ejus quod justum est (2) De *L* 7 jure (1) Justitia est caritas sapientis: (a) debemus enim erga omnes bene affecti esse, magis tamen erga (b) rationis enim est, ut homo erga hominem bene affectus sit, magis tamen erga (aa) eum (bb) praestantiorum (cc) eum qui sapientia et virtute (2) Omnis *L* 9 sint, (1) recte (2) juste *L* 10 nascentur | quae denique in bella et mutuam perniciem erumpere possunt *erg. u. gestr.* | . Unde *L* 10 f. sapientis. (1) Sive (2) ac (a) virum justum esse simul virum (b) Virum bonum esse (3) Justum id esse omnes consentiunt, de quo nemo cum ratione queri potest (4) Quae *L* 11 justa (1) atque (2) | aut *erg.* | *L* 11 f. malaque | aliena *gestr.* | referuntur. *L* 12 bonus (1) habetur (2) | censetur *erg.* | *L* 12 f. cum (1) hoc id saepe fieri nequeat, in conflictu (2) saepe alterutri nocere (3) non *L* 14 pugnet, (1) benevolentiam (2) affectum *L* 15 f. sapiens, (1) sapientem tamen in agendo imitatur (2) neque . . . tamen *L* 16 f. quae . . . dicuntur *erg.* (1) Hinc quae viro bono possi (2) Porro quae viro bono possibilia sunt, ea licita sive justa dicuntur, quae vero | illicita sive *erg.* | contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum est (3) Pos (4) Porro *L* 19 f. quod (1) habemus definiri potest (2) habemus . . . est *L*

obligatio necessitas est moralis, quae scilicet viro bono imposita est, si nomen suum tueri velit.

Regularum autem quibus caritas sapientis gubernatur haec summa est; ut dirigantur omnia ad majus bonum generale, quod obtineri potest.

505₄. VIERTER ANSATZ

5

Überlieferung:

- L* Konzept: LH II 3, 1 Bl. 57–58. 1 Bog. 2^o. 3 Sp. auf Bl. 57 u. 58 v^o am Rand. (Auf Bl. 58 r^o links N. 505₂, auf Bl. 58 v^o links N. 505₃ und auf Bl. 58 r^o rechts N. 505₃).
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 608–612.

Jus in quo versamur est scientia boni et aequi. Nam vir bonus est qui amat omnes; sed cum saepe plurium utilitates inter se pugnent affectus hominis erga hominem ratione moderandus est, et ad cujusdam aequalitatis mensuram revocandus, ut vera non rebus tantum sed et personis pretia ponamus. Itaque cum caritas sit habitus amandi omnes, justitia erit caritas sapientis; non quod vir bonus esse nequeat, qui sapiens non est, sed quod aget ex praescripto sapientum, cui si vis addita sit cogendi etiam hos qui boni non sunt, ut bonos imitentur, hoc praescriptum lex dicetur. Porro quae viro bono 10
 possibilia impossibilia aut necessaria sunt, licita sive justa, aut peccata, aut denique debita esse dicentur. Nam quae facta contra bonos mores sunt, ea nec facere nos posse in jure credendum est. Itaque jus quod habemus agendi aut omittendi, est potentia quaedam moralis: obligatio autem moralis est necessitas, illi scilicet imposita, 20
 qui viri boni nomen tueri velit.

3 quibus (1) sapientis ca (2) sapiens (3) caritat (4) affectu (5) in (6) caritas (a) in sapiente (b) sapientis (aa) dirigitur (bb) gubernatur *L* 10 (1) Jus in quo versamur est Scientia (a) aequi (b) boni et aequi (c) viri boni. Vir bonus est qui amat omnes. (2) Jus *L* 11 pugnent (1) virt (2) affectus *L* 14 sapientis; (1) porro quae Viro bono (2) non *L* 15 quod (1) vir (2) aget *L* 15 hos (1) ut instar (2) qui *L*

Summa juris regula est, in cujus usu scientia caritatis consistit, quaerendum esse bonum maximum generale. Cum enim apud sapientes pro demonstrato sit, esse Monarcham universi Deum, cujus potentia pariter et sapientia summa est, certa salus erit in hujus gratia esse: certa pernicies ab hujus amore disjungi. Jam si Deum amamus etiam
 5 bonum vel quod eodem redit, Dei gloriam quaeremus, cum constet perfectionem rerum, pro cujusque natura Deum sibi proposuisse: et ratione admirabili consecutum esse, itaque de praeteritis contenti erimus, in quibus Dei voluntas praejudicata est, sed in futuris ubi nostrae materiam industriae reliquit dabimus operam, ut quantum judicii nostri vis penetrare potest, voluntatis ejus instrumenta simus; proinde quanto quis praestantior erit,
 10 et plus in rem publicam conferre posse ac velle videbitur, tanto magis in eo et divinae virtutis imaginem colemus, et communis studii socium diligemus.

Ex hac regula nascuntur tres aliae, quae tribus juris partibus respondent, ac vulgo celebrantur: Honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Honeste vivere nihil aliud est quam virtutem colere, virtus autem est habitus agendi cum
 15 ratione, unde oritur ille animi vigor, quo fit ut affectus pareant menti, et ut bene consulta non jam difficulter et quasi vi nobis illata, sed velut naturali quodam impetu exequamur, quoniam consuetudo recte agendi in alteram naturam transit. Itaque eo quisque ad commune bonum juvandum aptior erit, quo magis non tantum intelligens, sed et in recte agendo exercitatus erit, alioqui aut labetur ignorantia, ex qua pravitas oritur, aut optima
 20 decreta non semper in animo praesentia habebit, aut factis consulta praecurrentibus aget poenitenda: Praeterea qui pravis actionibus vitium animi indicat, suspectum se facit et cavendum; contra qui rationem constanter sequitur mirifice et ad societatem in universum, et singulatim ad amicitiam aptus erit. Est enim ratio in rebus omnibus quod pecunia in commercio, certa nimirum et constans mensura cui fidi possit ubicunque
 25 terrarum simus: Et quem in rationis verba jurasse scimus, cum eo certum habemus tractandi modum cum alii saepe inanibus offendantur, et sese in omnes formas mutant. Primum itaque juris praeceptum est virtutem colere etiam in his quae non statim ad alios referuntur, qualis

1 est, (1) ut contendamus (2) in . . . consistit, L 3 est, (1) felicitas certa (2) certa salus L
 4 f. Jam (1) qui Deum amat etiam commune bonum quaeret (2) si . . . quaeremus L 6–9 et . . . ubi (1) nobis Deus (2) nostrae . . . proinde *erg.* L 10 et *erg.* divinae L 11 et . . . diligemus *erg.* L
 13 tribuere. (1) Primum enim ipsi virtutem colemus (2) Honeste L 15 ratione (1) et (2) unde oritur L
 15 affectus . . . ut *erg.* L 16 quodam *erg.* L 17 quoniam . . . transit *erg.* L 17 quisque (1) perfectior erit et ad bonum ju (2) ad L 19 f. ex qua | plerumque *gestr.* | pravitas . . . habebit, *erg.* L 21 pravis (1) animis (2) | actionibus *erg.* | L 21 f. et cavendum *erg.* L 24 f. ubicunque terrarum simus *erg.* L
 27 virtutem (1) sequi (2) | colere *erg.* | L 27 ad (1) societatem (2) | alios *erg.* | L 28–S. 2859.1 qualis temperantia est, *erg.* L

temperantia est, ut in omnibus rebus rationem sequentes, perficiamus animum, et ad juvandam societatem prompti ac validi, ad nocendum difficiles tardique reddamur. Et in hoc quidem virtutum exercitio vitae honestas consistit.

Proximum est, ut actu ipso neminem laedamus. Laedi autem possunt homines in animo, ut si perniciose dogmata aut mali mores ipsis instillantur, si tranquillitas 5 adimatur; in corpore, si usus ejus deterior reddatur, sanitate, robore, pulchritudine etiam imminutis; sed et in externis rebus offendi possumus, ut existimatione et bonis. Existimatio autem laedetur, si quem odiosum aut contemptibilem efficiamus abalienatis animis sive amicorum ejus sive caeterorum quibus innotuit. Sed ea denique laesionis species quae in bonis est maxime in judiciis agitari solet. Sciendum est autem si res 10 humanae optimam rempublicam facile paterentur omnium rerum dispensationem in publica potestate futuram esse, et fruituros homines bonis communibus proportionem virtutis ac meritorum prout e re publica foret, cuique rem bene gerendi amplissima instrumenta praeberi: Nec dubito quin hoc consequi potuerint homines, si recte educati fuissent, nunc vero cum ad ignaviam proni sint et plerumque potestate impotenter utantur 15 necessitate acuenda industria est ne virtus ubertate laxetur, et difficile est invenire incorruptos et satis diligentes, et erga omnes benignos dispensatores; ideo relicta cuique est acquirendi variasque res quas natura e sinu suo effundit in potestatem redigendi libertas, in quo tum fortuna tum industria dominatur. Jam ergo introducta rerum proprietate, quoties de agro lis est, non quaeritur, uter dignior sit, aut uter melius sit 20 culturus, sed uter eum in potestate habuerit. Itaque cum de laesione sive de damno vitando agitur, omnes homines aequales habentur, neque praestantiori fas est injuriam minori inferre. Illud tamen manifestum est si cui publicae necessitatis causa suum auferatur, querendi jus non habere modo non ad miseriam redigatur.

Tertium juris praeceptum est suum cuique tribuere bona malaque communia 25 tum procurando atque avertendo tum inter singulos ita distribuendo quemadmodum

2 ac validi *erg. L* 5 ut *erg. L* 5 f. si tranquillitas adimatur *erg. L* 7 imminutis; (1) in existimatione (2) sed et *L* 7 offendi possumus *erg. L* 8 efficiamus (1) , sive apud notos in universum, sive apud amicam singularem (2) in (3) sive (4) abalienatis (a) amicorum (b) animis amicorum (5) apud amicos ejus (6) abalienatis *L* 9 f. caeterorum. (1) Denique in bonis quae laesionis species maxime (2) quibus . . . maxime *L* 11 facile *erg. L* 12 et (1) fruiturum unumquemque (2) pro meritis (3) fruituros *L* 13 prout (1) effi (2) consultius (3) e re publica *L* 15 fuissent (1) vero ubi (2) nunc . . . utantur *L* 17 omnes (1) officiosos (2) rerum (3) | benignos *erg. L* 21 habuerit. (1) In his ergo judiciis omnes homines aequales habentur (2) Itaque *L* 21 f. sive . . . vitando *erg. L* 22 f. praestantiori (1) permissum est (2) alteri (3) minori injuriam facere fas est (4) fas . . . inferre. *L* 23 f. Illud . . . redigatur. *erg. L* 25 juris *erg. L* 26 quemadmodum (1) e re est, ita tamen ut quoad ejus fieri potest virtutis ac meritorum (2) societatis *L*

societatis interest; hoc est proportione meritorum in societatem, aut virtutum ex quibus merita sperari possunt: sed et in malis distribuendis vitiositatis ratio habenda est, ut quoties mala quorundam evitari non possunt, mali potius quam innocentes affligantur; unde intelligi potest, in praemiis poenisque, et justitia distributiva pariter et contributiva,
 5 haberi quidem rationem geometricae cujusdam aequalitatis, quoad commode licet; majorem tamen publicae utilitatis, nec semper homines proportionem virtutum ac vitiorum distingui posse. Saepe enim virtute praeditis alia rerum gerendarum instrumenta desunt, nec semper ut nunc res sunt humanae, a Republica suppleri possunt. Sunt etiam tempora ubi minores virtutes magis necessariae sunt. Et saepe minus vitiosi magis sunt infelices,
 10 ut crimina eorum in nervum erumpant puniriue eos necesse sit exempli causa.

Tres jam habemus partes Jurisprudentiae, secundum haec tria juris praecepta; justitia enim vel universalis est vel particularis, universalis consistit in honestate vitae, sive in virtute affectus moderante in universum, qua fit ut homo sit rationis audiens, aptusque ad juvandam, ineptus ad laedendam societatem. Particularis justitia
 15 est virtus quae affectum hominis erga hominem ita moderatur, ne actu ipso laedere, sed ut actu ipso prodesse velit. Haec vel privata vel publica est. Privata eadem est quae commutativa et consistit in servanda illa aequalitate inter cives, ut eodem omnes jure utantur, et cum commutant aliquid vel sibi detrahunt ut laesio absit et vel cuique res sua servetur, aut si ademta sit, ut vel cuique in specie, vel in aestimatione reddatur: quod ad
 20 quietem necesse est; nam [si] hic de dignitate ac meritis ageretur nullus esset concertationum finis. Justitia particularis circa publica eadem est quae distributiva sub qua contributivam comprehendo. Agitur enim, ut suum cuique tribuatur, suum inquam, id est, non quod ita ad ipsum pertinet, ut in judicio petere stricto jure possit, quemadmodum in iis fit circa quae justitia commutativa versatur, sed quod ipsi dari ex
 25 aequitate convenit, ac Reipublicae interest. Agitur enim de procuranda utilitate generali, et communibus

5 cujusdam (I) aequitatis (2) proportionis (3) | aequalitatis *erg.* | L 8 f. Sunt . . . sunt. *erg.* L
 11 Tres (I) itaque (2) | jam *erg.* | L 11 f. praecepta; (I) primum de (a) ju (b) Honestate (c) justitia (aa) particulari (bb) universali, sive Honestate ac virtutibus societati utilibus in universum; secundum in universum, quibus homines ad societatem apti redduntur. Reliqua so (2) justitia L 12 est (I) ac Ho (2) quae (3) vel . . . universalis L 13 affectus moderante *erg.* L 13 f. sit (I) aptus (2) rationis . . . aptusque L
 14 juvandam, (I) difficilis ad (2) ineptus L 15 virtus *erg.* L 15 f. ipso (I) laedat, sed ut actu ipso prosit (2) laedere . . . velit L 16 f. Privata (I) consistit in non laedendo (2) eadem . . . et L 17 ut (I) aequo (2) | eodem *erg.* | L 18 cum . . . vel *erg.* L 19 specie | sua *gestr.* |, vel L 20 sic L ändert Hrsg.
 21 Justitia particularis circa *erg.* L 22 enim (I) de procuranda utilitate reipublicae, et communibus bonis malisque per praemia poenasque, ac largitiones atque exactiones (2) , ut L 23 inquam, (I) non quod proprium ipsi est (2) id L 23 stricto jure *erg.* L 24 quemadmodum . . . versatur *erg.* L 25 utilitate (I) communi (2) generali L

bonis malisque tum per praemia et poenas, tum per largitiones atque exactiones illas in publica abundantia (quemadmodum victor populus Romanus agros inter cives partiebatur), has in publica necessitate in singulos ex societatis usu distribuendis. Itaque ad jus publicum sive distributivum sive ad [officium] magistratuum qui publica bona dispensant etiam iustitiae administratio pertinet formaque judiciorum. Porro jus civile tractanti conjungenda est iustitiae universalis tractatio, et ea juris publici portio, quae circa praemia poenasque virtutum versatur. Neque hic de ordinanda Republica agitur, sed explicanda est ordinata, quantum privatos scire necesse est. Primum ergo de Magistratuum officiis agendum est quo pertinet ordo judicialis: deinde quid ab illis peti possit, sive quae actiones publicae privatis instituantur.

505₅. FÜNFTER ANSATZ

Überlieferung: *L* Konzept: LH II 3, 1 Bl. 57–58. 1 Bog. 2°. 1 Sp. auf Bl. 58 r^o rechts. (Auf Bl. 57 N. 505₄, auf Bl. 58 v^o rechts das Ende von N. 505₄, auf Bl. 58 r^o links N. 505₂ und auf Bl. 58 v^o links N. 505₃.)

Jus in quo versamur est scientia caritatis et iustitia caritas sapientis. Est enim caritas habitus amandi omnes, et qui ita affectus est vir bonus vocatur. Iustitia vero virtus est quae affectum hominis erga hominem ratione moderatur. Porro sapientia est scientia felicitatis. Felicitas autem in eo posita est, ut in Dei gratia atque amore vivamus cujus potentia et perfectio summa est. Cumque idem sapientissimus sit, perfectionem rerum generalem, et maxime praestantissimarum creaturarum quae scilicet ratione utuntur sibi propositam habebit. Itaque qui Deum amat, id est qui sapit omnes amabit, sed unumquemque eo magis quo expressiora in eo divinae virtutis vestigia lucebunt, et quo promptiorem validioremque in communi bono, vel quod eodem redit gloria Dei omnium bonorum auctoris procuranda socium habebit.

1 exactiones (1) in publica necessitate (2) illas *L* 3 ex societatis usu *erg.* *L* 3 distribuendis (1) quemadmodum (a) e re est (b) interest societatis. (aa) Ita scilicet (bb) Pertinet itaque ad hanc iustitiae speciem etiam (2) . Itaque *L* 4 f. sive . . . | officiumque *L* ändert Hrsg. | . . . dispensant *erg.* *L* 6 ea (1) particularis portio (2) | juris *erg.* | *L* 16 f. Iustitia . . . moderatur *erg.* *L* 17 Porro *erg.* *L* 18 gratia (1) simus (2) atque . . . vivamus *L* 19 et (1) pulch (2) perfectio *L* 21 sapit (1) commune bonum (2) omnes *L*

Si jam omnes ita animati atque exercitati essent, quod recta educatione consequi possimus, neque Magistrorum praeceptis, neque legum potestate admodum opus esset; nunc jam vero plerique neque ipsi per se intelligunt veras justi injustique causas; nec facile ad omnes species factorum generales juris regulas accommodare possint: in horum
 5 gratiam demonstrandum est, justitiam, non ut quidam veterum dicebat, stultitiam, sed potius sapientiam esse: et enumeratis potissimis causarum figuris admonendum est quid justum sit. Quia vero plurimi non tam intelligentia² quam quod pejus est bona mente et recte agendi voluntate, alii autem virtutis exercitio carent facileque affectibus abripiuntur, necesse fuit societatis tuendae causa regulas a prudentibus praescriptas
 10 publica potestate armari, unde in majoribus societatibus communis felicitatis causa initis quas vocant Respublicas, jura civilia nata esse constat.

505₆. LETZTE FASSUNG

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 53–56. 2 Bog. 2°. 8 Sp.

15 *E*¹ G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 13–21.

*E*² GRUA, *Textes*, 1948, S. 612 (Teildruck, nur der 1. kleingedruckte Abschnitt).

Weiterer Druck: G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 8–18.

Übersetzungen: 1. MATHIEU, *Scritti politici*, 1951, S. 114–124. 2. DE SALAS ORTUETA, *Escritos de filosofia juridica y politica*, 1984, S. 111–120 (nach *E*²).

20 ² *Über intelligentia: ingenio*

1 f. quod . . . possimus *erg. L* 2 legum (*I*) autorit (2) potestate *L* 2 admodum *erg. L* 3 nunc *erg. L* 3 plerique (*I*) sapientia carent, ut ipsi per se (2) neque *L* 5 gratiam (*I*) de officiis (2) jus (3) demonstrandum *L* 6 esse: (*I*) enumerandi sunt casus, in quibus maxima osten (2) atque (3) et *L* 6 figuris (*I*) ostendend (2) admonendum *L* 8 alii . . . exercitio *erg. L* 10 f. unde (*I*) leges natas esse constat (2) in . . . constat *L*

5 quidam veterum: d. i. Carneades, vgl. LACTANTIUS, *De divinis institutionibus*, V, 16, 3.

Jus in quo versamur est scientia caritatis, et justitia caritas sapientis, sive virtus quae hominis affectum erga hominem ratione moderatur. Caritas autem est habitus amandi omnes, et qui ita affectus est vir bonus vocatur. Porro sapientia est scientia felicitatis. Felicitas autem in eo posita est, ut in Dei gratia atque amore vivamus, cujus potentia et perfectio summa est. Cumque idem sapientissimus sit, perfectionem rerum generalem, et maxime praestantissimarum creaturarum quae ratione utuntur, sibi propositam habebit. Itaque qui Deum amat, id est qui sapit, omnes amabit, sed unumquemque eo magis, quo magis expressa in eo divinae virtutis vestigia lucebunt, et quo promptiorem validioremque in communi bono, vel quod eodem reddit, gloria Dei bonorum datoris procuranda socium sperabit.

Intellecta ergo justitiae, et quod ad eam rem necesse erat, sapientiae caritatisque natura, manifestum est, quod Viro bono possibile, impossibile, necessarium est, si nomen suum tueri velit, id justum sive licitum, injustum, ac denique debitum esse. Nam quae contra bonos mores sunt ea nec facere nos posse credendum est: atque eo sensu dici potest, jus quod habemus agendi aut non agendi potentiam quandam sive libertatem moralem esse, obligationem vero necessitatem.

Die beiden folgenden Abschnitte in Kleindruck hat Leibniz anschließend ersetzt:

Summa juris regula est omnia dirigere ad majus bonum generale, quae scinditur in tres alias vulgo celebratas, honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere, quarum prima ad justitiam universalem pertinet sive virtutem in universum quatenus refertur ad Societatem, reliquae duae ad particularem, secunda ad commutativam inter privatos, tertia ad distributivam eorum quae communia sunt. Est autem honeste vivere, animum virtute excolere, virtusque est habitus animi rectam rationem sequentis: quemadmodum enim in hac naturae nostrae imbecillitate ad prava inclinati sumus, affectibus mentem praevenientibus qui falsorum bonorum specie sollicitantur, ita assuefactione aliam velut naturam induimus, ut postea quasi naturali quadam facilitate ad recte agendum feramur. Quem animi vigorem ubi nacti sumus, et in nos ipsos potestatem, ut ratione tantum moveamur, tum maxime ad societatem ineundam et commune bonum procurandum apti videmur. Itaque Virtus in universum prout refertur ad societatem justitia universalis appellatur, etiam cum circa illa versatur, quae societatem non laedunt.

1–3 sapientis (I) . Est enim Caritas, habitus amandi omnes, et qui ita affectus est vir bonus vocatur. Justitia (a) autem (b) vero virtus quaedam est quae affectum hominis erga hominem ratione moderatur. (2) , sive . . . vocatur. L 10 bonorum datoris erg. L 15 quod . . . non agendi erg. L 15 sive libertatem erg. L 19–21 quarum . . . pertinet | sive . . . Societatem erg. | . . . sunt erg. L 22 animum (I) virtutis usu (2) virtute | usu str. Hrsg. | L 23 f. affectibus . . . | specie sollicitantur *versehentlich gestr.* | erg. L 26 ineundam erg. L 27 f. universalis erg. L 28 versatur, (I) qualitatem p (2) ut (3) quae L 28 societatem | per se *gestr.* | non L

Summa juris regula est omnia dirigere ad majus bonum generale ex qua tres aliae nascuntur, etiam vulgo celebratae honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Prima pertinet ad justitiam, ut loquuntur universalem, nam vitae honestas nihil aliud est, quam virtus in universum seu habitus animi ad rationem sequendam affectusque continendos obfirmati. Cum enim perfectio animi consistat
 5 in virtute, et tanto quisque magis prodesse possit, quanto magis virtute pollet; sequitur justitiam particularem, quae maximum bonum generale quaerit, virtutis studium imperare, quo maxime ad juvendam societatem praeparatur. Nam primum nos ipsos emendare, et perfectionem animi sive virtutem intellectus voluntatisque persequi debemus, quae in eo consistit, ut regulas vitae sive rectae rationis praecepta intelligamus, et perpetuo usu nobis praesentia reddamus, animumque ad sequendam in omnibus rationem affectusque moderandos,
 10 obfirmemus. Qui ita animati sunt demum et aliis prodesse possunt; itaque justitia universalis nihil aliud est quam ipsa virtus in universum, quatenus ad societatis commune bonum hominem praeparat: et manifestum est, primum praeceptum justitiae particularis esse, ut virtutem sive justitiam universalem colamus, vel ut vulgo loquuntur, honeste vivamus, etiam in his quae primo aspectu ad aliorum commoda non pertinent, neque ad societatem referri videntur. Reliqua duo justitiae particularis praecepta, proxime ad aliorum bona malaque
 15 pertinent; atque ita distinguuntur: [*bricht ab*]

Summa juris regula est omnia dirigere ad majus bonum generale, unde tria illa nascuntur juris praecepta etiam vulgo celebrata, honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere. Primum pertinet ad justitiam ut loquuntur universalem, nam vitae honestas nihil aliud est quam Virtus in universum, seu
 20 habitus animi ad rationem sequendam affectusque continendos obfirmati. Cum enim perfectio animi consistat in virtute, et tanto quisque magis prodesse possit, quanto magis virtute pollet; sequitur ipsam justitiam [universalem] quae per se bonum generale quaerit, virtutis universae studium imperare, quo maxime ad societatem juvandam praeparemur. Reliqua duo juris praecepta pertinent ad particularem justitiam, a caeteris
 25 virtutibus distinctam, id enim agunt, ut actu ipso aliis prodesse studeamus, cum caeterae virtutes animum praeparent tantum. Est autem justitia particularis duplex commutativa et distributiva, illius est neminem laedere, hujus cuique tribuere quod ipsi

1–7 ex . . . praeparatur *erg.* (1) Itaque (2) Nam *L* 3 universalem, (1) reliquae duae ad particularem, quae vel commutativa est et versatur in jure privatorum ac laesionem cavet; vel distributiva, quae in jure publico (2) nam *L* 3 universum |relata ad societatem *gestr.* | seu *L* 5 virtute, (1) manifestum est ipsam justitiam particularem stud (2) et *L* 6 quae (1) commune bonum (2) maximum *L* 7 f. animi (1) quaerere (2) sive . . . persequi *L* 10 obfirmemus. (1) Et in his omnis virtus intellectus pariter ac voluntatis consistit (2) Qui *L* 10 animati (1) , illi (2) |sunt *erg.* | *L* 10 aliis |maxime *gestr.* | prodesse *L* 11 bonum (1) refertur (2) hominem *L* 14 f. malaque (1) referuntur, et (2) pertinent; *L* 16 f. generale, (1) tres aliae nascuntur (2) unde . . . praecepta *L* 22 ipsam *erg.* *L* 22 particularem *L ändert Hrsg.* 25 ipso (1) prodesse (2) aliis prodesse *L*

convenit ex usu societatis. Versatur autem commutativa in privato, distributiva in publico jure. Equidem in optima republica omnia essent publici juris, et inter privatos dispensarentur exceptis iis quae corpori cujusque cohaerent, et ad commodum vivendum necessaria sunt, sine quibus miseri sumus: sed cum plerique homines ita male educati sint, ut virtutem non per se quaerant ut rem jucundam, sed ut necessariam, ideo in rerum 5 abundantia si omnia a societate singulis certo procurarentur animum laxarent; deinde si ex publico vivendum esset omnibus et sub disciplina praefectorum, velut in coenobiis, difficile esset dispensatores reperire satis industrios et aequos et benignos, plerumque enim homines auctoritate impotenter utuntur; multo autem adhuc difficilius esset satisfacere singulis, unusquisque enim sibi ipsi rectissime sapere videtur; ideoque ut 10 nunc sunt homines libertas iis potius relinquenda est consulendi sibi ipsis periculo suo: ita respublica immensa singulorum cura exoneratur, cavere tamen in universum debet ne facile sit cuiquam se suasque fortunas evertere, dandaque opera est etiam ut industria singularis auxilio publico sublevetur. Porro quae Respublica privatorum potestati reliquit, in his omnes velut aequales habet; et quae quis fortuna vel industria quaesivit, ea 15 nemo etsi praestantior ei auferre potest. Itaque cum in iudicio de agri proprietate disceptatur, non id agitur quis dignior sit, aut quis melior sit agricola, sed quis agrum habuerit in potestate et quomodo sit nactus. Alioqui aut infinitae essent lites de dignitate ac meritis; aut si cuncta pro dignitate partienda essent respublica omnium rerum dispensationem recipere in se deberet ut homines sustentationis ac felicitatis securi omni 20 se in res suas jure abdicare possent; quod cum hodie fieri facile nequeat, consequens est in his quorum curam societas a se rejicit, relinqui homines in statu naturae rudis, extra ordinem ac societatem, ubi quisque alteri jure aequalis habetur in his quae semel in ejus potestate sunt, nulla

1 ex usu (I) communi (2) societatis *erg.* L 2 jure. (I) Quod ut recte intelligatur, sciendum est alia bona (a) singulorum (b) in singulorum potestate esse, ut cujusque vita, (c) ad singulos pertinere, alia esse communia societatis quae (aa) inter (bb) ex usu publico dispensantur. (aaa) Quamquam enim (aaaa) optimae Rei (bbbb) in Optima Republica (bbb) Sane si (2) Equidem L 2 f. privatos (I) distribuerentur (2) | dispensarentur *erg.* | L 4 plerique *erg.* L 5 sint, (I) ut in rerum abundantia animum laxent, et ubi rem (2) ut L 6 si . . . procurarentur *erg.* L 6 animum (I) laxant (2) laxarent; (a) ac (b) ut contineantur in disciplina difficile esset reperire dispens (c) | deinde *erg.* | L 7 et | vicissim *gestr.* | sub L 9 homines (I) potentia utuntur (2) auctoritate L 10 satisfacere (I) omnibus (2) | singulis *erg.* | L 11 libertas (I) potius relinquenda est hominibus (2) iis . . . est L 13 f. evertere, (I) itaque (2) et (a) in (b) tum in optima Republica tum in nostra (3) | dandaque . . . etiam *erg.* | . . . sublevetur L 17 sit, (I) agrum melius exculturus, (2) aut . . . agricola L 17 quis | eum *gestr.* | agrum L 18 et . . . nactus *erg.* (I) Ita (2) Alioqui L 19 aut (I) reipublicae (2) si . . . essent *erg.* L 20 f. ut . . . possent *erg.* L 21 facile (I) non possit (2) | nequeat *erg.* | L 23—S. 2866.1 in (I) potestate habet, (2) ejus . . . ratione *erg.* (a) et (b) tametsi | enim *erg.* | L

congrui habita ratione, tametsi enim forte ut est apud Xenophontem, unus brevis staturae toga prolixa, pavementum verreret, alter vastissimi corporis vix mediam partem tegeret sua, non ideo ad permutandum cogi possent, quod Cyro puero videbatur. Atque haec est aequalitas illa, quam vulgo arithmetica vocant; ut omnes censeantur hactenus ejusdem dignitatis ac nulla personarum habita ratione quisque tantundem recipiat, quantum amisit. Potest tamen Respublica hanc libertatem variis legibus circumscribere, cum possit omnino tollere, exempli gratia nonnunquam imperat, ut homines suas merces etiam inviti vendere cogantur, sublevandae annonae causa. Deinde in publica causa imperare tributa potest et si necesse sit, dominio illo eminenti in res singulorum uti, modo ne quis ad miseriam redigatur, nam ille vinculo solutus esset, quo reipublicae obstringitur.

Justitia distributiva (qua contributivam comprehendo) versatur circa res publici juris, ut bona malaque communia procurentur et avertantur, atque inter singulos ita dispensentur, quo suum cuique tribuatur. Suum inquam, id est non ut antea, quod stricto jure petere potest a privato in societate judicio, extra eam bello; sed quod a Reipublicae aequitate expectat, velut conveniens personae suae. Dispensatio autem ita fieri debet, quemadmodum postulat majus bonum generale; mala enim alioqui communia futura derivanda sunt in autores, vicissim praeclare gestorum autores fructum aliquem percipere debent. Itaque saepe proportionem virtutum meritorumque ac vitiorum aut criminum distributio bonorum malorumque fiet, quam aequalitatem geometricam vocant; cum scilicet in ipsa inaequalitate servatur aequalitas quaedam rationum, ut inaequalibus inaequalia tribuantur proportionem eadem servata inter res tributas quae est inter personas. Verum sciendum est hoc fieri ex accidenti, per se autem dispensatorem publicum non analogiae hujus, sed maximi publici boni rationem habere quod saepe cum hac proportionum aequalitate consistere non potest. Quaerendum enim esset an fundamentum

3 quod . . . videbatur *erg. L* 4 f. vocant; (1) cum enim (2) homin (3) non dignitatis homin (4) omnes enim ae (5) nam (6) ut nulla circumstant (a) boni (b) ejus quod congruum est, habita ratione, illud stricte (7) ut omnes censeantur (a) aequales et (b) hactenus *erg. | ejusdem dignitatis L* 5 ratione (1) hoc unum spectetur, ut (2) quisque *L* 5 f. quantum (1) alterius (a) fact (b) culpa aut (2) amisit. *L* 7 gratia (1) saepe (2) | nonnunquam *erg. | L* 12 (qua . . . comprehendo) *erg. L* 13 f. juris, (1) eorumque dispensationem, qua (2) ut . . . | procurentur et *erg. | . . . quo L* 14 f. quod (1) ei (2) sine injustitia a (3) in judicio (4) stricto jure *L* 15 privato (1) stricto j (2) in . . . bello; *L* 15 f. a (1) reipublicae bo (2) Reipublicae *L* 16 suae. (1) Haec justitia non per se geometricam pro (2) Dispensatio *L* 17–19 generale; (1) itaque (2) licet pl (3) saepe accadat ut aequitas illa proportionem virtutum merit (4) consistitque tum in l (5) malis (6) mala . . . debent *L* 21 ut | scilicet *gestr. | inaequalibus L* 22 tribuantur (1) ut (a) ratio eor (b) proportio eorum, quae (2) proportionem *L*

1 apud Xenophontem: XENOPHON, *Institutio Cyri*, I, 3, § 17.

distributionis ponendum sit in praeteritis meritis ac criminibus (quae vulgo demerita vocant) an potius in virtutibus ac vitiis id est futurorum meritorum criminumque spe et metu. Quae sane idem non sunt. Hinc ut e re est, nunc unum nunc alterum magis spectabitur, ac saepe ambo simul, sed unum plus alio, quin imo saepius neutrum, sed hoc potius, in futurum quidem, ut cuique instrumenta praebeantur atque adimantur juvandi 5 nocendique, in quo non virtutis tantum ac vitii sed et aliarum circumstantiarum ratio habenda est, fieri enim potest ut minus vitium in uno magis nocere possit, quam in alio majus; in praeteritum vero ut exemplum praemii poenaeque statuatur, quo magis homines excitentur. Unde saepe minus vitium magis punietur, cum nimium increbescit; et majoris virtutis minor ratio habebitur, cum minus necessaria, aut satis frequens 10 habetur: Denique fieri potest, ut miser aliquis peccati mediocris gravissimam poenam luat, quando exemplo opus est, dum alius multo pejor pro temporum ratione mitius tractatur. Fateor tamen quo melior status reipublicae est hoc magis proportionem servare posse. Caeterum Dispensatio commodorum atque onerum publicorum non tantum in praemiis poenisque, sed et in largitionibus atque exactionibus consistit; illae enim in 15 publica abundantia (ut cum populus Romanus hostium agros inter cives dividebat), hae in publica necessitate locum habent. Et in utrisque minus proportionis quam usus publici ratio habenda, exempli gratia, ut ea potius vivendi ratio id hominum genus tributis gravetur, qua facilius carere Respublica potest.

Ex his intelligi potest secundum tria illa praecepta, tres esse jurisprudentiae partes, 20 jurisque gradus: jus proprietatis cuius est neminem laedere, jus societatis seu congrui de hominum erga homines officiis, ut cuique quod ei convenit tribuamus, denique jus internum seu jus pietatis cuius est omnes nostras actiones secundum honestatem componere, etiam cum non videntur pertinere ad societatem, quia certe cum Deo nobis societas intima est, in quem peccamus, quicquid male agimus. 25

1 distributionis (I) sumendum sit a (2) | locandum *erg.* | (3) ponendum . . . praeteritis L 5 in futurum quidem, *erg.* L 6 quo | saepe *gestr.* | non L 7 fieri . . . potest *erg.* L 9 saepe (I) majus vit (2) majus crimen (3) minus L 13 f. Fateor . . . posse *erg.* L 14 Dispensatio (I) bonorum malorumque (2) commodorum atque onerum L 15 praemiis (I) malisque (quae (2) poenisque L 17 necessitate (I) a singulis (2) locum L 17 habent. (I) Et in largitionibus pariter ac com (2) Et L 17 utrisque (I) non tam ullius (2) | minus *erg.* | L 18 id . . . tributis *erg.* L 20 tria (I) juris (2) | illa *erg.* | L 21–S. 2868.1 jus (I) merum (a) jus (b) sive strictum, jus congrui (aa) jus (bb) sive aequitatem (cc) (quod species est aequitatis), jus internum, seu (aaa) pietatem (bbb) | jus *erg.* | pietatis (2) | proprietatis *erg.* | (a) (quod stricti sive meri juris species est) (b) cuius . . . actiones (aa) recte | (bb) secundum honestatem *erg.* | . . . cum (aaa) nulla (bbb) non . . . agimus. (aaaa) Nam (bbbb) Jus (aaaaa) merum (bbbbb) | proprietatis *erg.* | L

Jus proprietatis est infimus juris gradus, habetque locum et in statu naturae rudis, ubi omnes homines aequales habentur, neque ideo quis re quam tenet, carere volet, quod alterum ei rei magis aptum agnoscet ad commune bonum. Ut si qui forte sibi occurrant, qui se non cognoscunt, unusquisque possessiones suas tuebitur, quia de animo
 5 ejus certus non est, sed ubi alter alterius virtutem fidemque agnoscet, fieri potest, ut judicet sua interesse, societatem quandam iniri, in qua jure suo quisque aliquatenus discedat, ut cuique tribuatur quod ipsi convenit respectu communis boni. Sed cum difficile sit plerumque de congruo judicare, etiam constitutis societatibus placuit jus hoc merum in bonis privatorum relinqui, nisi si quid expresse excipiatur usus publici causa,
 10 quo privatae administrationis libertas circumscripta est. Agitur ergo in hoc jure de possessione, de modis acquirendi sive titulis possessionis sive universalibus sive particularibus; de Dominio vero ac praesumpto; caeterisque juribus in rem, denique de obligationibus, nempe aut cum quis nactus rem alterius atque ex ejus damno lucratus est; aut cum ipsius culpa res intercidit, quo casu perinde ab eo petitur, ac si inde lucratus
 15 esset, aut etiam cum justam suspicionem sive mali animi, sive imprudentiae praebuit, quo casu cautio damni infecti exigi potest. Sed cum sola meri juris hujus observatione homines felices esse non possint; nisi sibi sufficere, et sapere omnes intelligantur, perpetuas enim querelas nasci necesse est, maxime ex suspicionibus; deinde cum res ipsa ostendat, alium alio sapientiore ac vividiore esse, ideo congruum est rationi, ut
 20 omnia ordinentur secundum maximum bonum commune, et ut quisque aequum sese praebeat in abdicando jure suo stricto, cum id ex societate cum foenore sit recepturus. Atque in eo consistunt vitae officia inter homines, quibus quisque se paratum ostendit ad aequam societatem atque amicitiam; ex quibus denique quaedam reipublicae ordinatio secundum rationem rerumque statum et jus civile nascitur quo libera administratio
 25 circumscribitur, et praemia poenaeque definiuntur, et Magistratus constituuntur, tuendi juris causa. Itaque pars haec juris naturalis, de congruo, nihil aliud est, quam jus civile optimae reipublicae

1 et *erg. L* 2 tenet, | *gratis erg. u. gestr.* | carere *L* 3 agnoscet (1) utriusque boni (2) ad . . . bonum. *L* 4–7 tuebitur (1) : et (2) cumque (3) plerumque (4) | quia . . . est *erg.* | sed ubi (a) se nos (b) alter . . . agnoscet, (aa) videbit aliquando sua (bb) fieri . . . convenit (aaa) ex usu com (bbb) respectu . . . cum *erg.* | *L* 10 ergo (1) hic de possessione ac titulo ejus sive causa, de dominio sive certo sive praesumpto, quod ex possessione nascitur, de (2) in hoc jure | (a) mero (b) naturali *gestr.* | de *L* 11 f. sive universalibus sive particularibus *erg. L* 12 denique (1) de damno quod mihi datum est de rerum vindicatione, aut petitione aestimati (2) de *L* 15 f. aut . . . justam (1) animi nocendi (2) suspicionem . . . potest *erg. L* 17 et (1) recta (2) sapere *L* 19 ac (1) magi (2) vividiorem *L* 19 rationi *erg. L* 20 quisque (1) quantum in se est (2) aequum *L* 23 f. quibus (1) nascitur denique quaedam reipublicae ordinatio secundum rationem rerumque statum (a) magistratuumque (b) nam (c) et (aa) praemia poenaeque constituuntur, et | (bb) legibus quibusdam jus civile nos (2) denique . . . quo *erg.* | *L*

sive de rebus ad maximum bonum commune ordinandis; sed quia optima respublica intelligi non potest, sine optima educatione quae nunc adultis jam hominibus non est in potestate; etiam illud docendum est, quomodo ab optimae Reipublicae idea pro rerum statu quam minimum tamen sit abeundum: quemadmodum illi qui de muniendi arte tractant, etiam ad irregularia propugnacula deflectere coguntur. 5

Constituta jam Republica quaerendum est quae sint magistratuum ac privatorum officia legibus praescripta, et quousque privatis rerum suarum administratio et iustitiae commutativae usus competat; Magistratibus autem rerum communium dispensatio atque interpretatio legum, id est usus distributivae iustitiae sit relictus. Nam si districte Magistratibus omni interpretatione interdictum sit, redibitur ad aliud jus strictum sive merum, 10 non amplius naturae rudis, ut prius illud quo cuncti aequales censebantur, sed legitimum. Idque fieri potest eo magis quo leges sunt perfectiores. Interpretatio enim imperfectam legem supplet. Nam si omnia ita formata essent, ut non vacillandum esset hominibus, sed velut filum in labyrintho datum viaque designata, ut nisi volentes declinare non possent (quod obtineri poterat, si lingua rationalis haberetur), optime sine dubio consultum esset 15 rebus humanis. Itaque in optima republica sublatum esset, jus strictum proprietatis, sed ejus loco introductum esset jus strictum communitatis, nec privati de rerum proprietate ac commutatione nec iudices de interpretatione legum ac dispensatione rerum communium dubitare possent: itaque privatis non aliis esset opus juris praeceptis, quam ipso legum volumine, aut etiam quod adhuc satius est more publico recte agendi, ac 20 traditione virtutis a maioribus recepta, a cujus consuetudine nemo vel hilum declinare posset, quin statim in eum animadverteretur. Nunc vero ut res sunt humanae, leges ipsae per se non sufficiunt, sed ubi silent ex iustitiae commutativae ac distributivae praeceptis apud magistros traditis supplentur, qui cum in his rebus raro utantur certis definitionibus ac demonstrationibus legesque ipsae obscurae et confusae sint, neque in numerato 25 habeantur; mirum non est, jurisprudentiam passim incertam esse. Danda itaque opera est tum ut Leges ordinentur, tum interpretandi supplendique leges principia constituentur, addita methodo quadam certa quae sit filum in labyrintho, qua principia variis causarum figuris accomodentur.

1 ad (1) commune bonum (2) maximum L 1 sed (1) in nostris (2) quia L 4 quam minimum tamen erg. L 7 privatis (1) juris sui (2) rerum L 8 competat erg. L 9 distributivae (1) juris (2) iustitiae L 10 redibitur (1) ad jus quoddam (2) ad aliud jus L 10 f. merum, (1) sed non amplius naturale, (2) non . . . rudis erg. ut . . . censebantur erg. L 14 datum (1) certusque (2) viaque L
15 lingua (1) aliter firmata esset (2) rationalis haberetur) L 17 nec (1) iudices amplius (2) privati L
18 de (1) distr (2) interpretatione L 20 quod adhuc satius est erg. L 20 publico (1) ac traditione recepta (2) recte L 23–25 praeceptis (1) ali (2) a (a) philosophis (b) philosophia demonstratis supplentur. Unde cum philosophi in his rebus fere certis definitionibus ac demonstrationibus non utantur mirum non est (3) apud . . . demonstrationibus L

Superest summus juris gradus, quem pietatem appellavimus: quemadmodum enim
 jus societatis jure proprietatis perfectius est, continet enim non tantum conservationem
 rerum cujusque (quamquam ea nec obtineri sola proprietate rigide servata possit), sed
 etiam emendationem in melius quousque inter homines mutuis auxiliis fieri potest. Ita
 5 jus pietatis non modo societatis praecepta supplet, eaque omnia complectitur, quae ad
 societatem humanam spectare non videntur; sed etiam felicitatem spondet, quam
 homines mutua ope sibi dare non possunt. Cum enim omnia sint in potestate Dei,
 sequitur etiam minimos motus nostros interiores ad placitum ejus componendos esse, ne
 societatem cum ipso nascendo initam, vivendo cultam violemus, quo nihil periculosius
 10 intelligi potest, quia nihil eum latet, nihilque apud eum negligitur: sed omnibus peccatis
 poenae, omnibus bene gestis praemia digna destinantur. Quod si hanc cum Deo
 societatem recte colimus, id est si Deum vere amamus, si omnia ad perfectionem animi
 dirigimus, nihil homine felicius erit. Immortalis enim anima est, et Mundus sub Deo
 Rectore optima respublica est, et si daretur nobis seriem nosse futurorum, agnosceremus
 15 ne fingi quidem aliquid optabilius posse, quam quae Deus praeparavit his quos amat et
 quibus amatur. Quid ergo caetera moramur, quae veram felicitatem non nisi minuere
 possunt, augere non possunt? Tantum virtuti, hoc est intellectus voluntatisque
 perfectioni, qua licet studeamus, et subinde operam demus, ut bona quae largitus est
 nobis Deus (omnibus autem magna largitus est) in caeteros diffundamus. Nam si haustus
 20 aquae frigidae mercedem habebit, quid his futurum est qui magnum aliquid in rebus
 humanis ad gloriam Dei ac commune bonum gessere quandoquidem *qui ad justitiam
 erudiere multos quasi stellae* fulgebunt. Itaque quo major quisque est in hac vita, hoc si
 sapit felicius erit; sed et eo infelicius, si rationem administrationis reddere non potest.
 Caeterum amor ipse Dei satis magna cuique merces erit, pro mensura sui gradus: et satis
 25 est Deum efficere, ut quo magis amamus eo magis fruamur aspectu et amore suo, nam
 omnium animi affectuum, amor odiumque efficacissimi sunt, et nihil esse felicius potest
 quam amare quod

2 jus (1) congrui (2) societatis L 3 rigide erg. L 5 pietatis (1) caetera (2) omnia perficit juri
 societatis (3) non L 6 humanam erg. L 7 homines (1) mutuis auxi (2) mutua L 9 f. periculosius
 (1) intelligit (2) intelligi potest L 10 eum (1) legiti (2) negligitur L 11 omnibus (1) recte factis
 praemia destinantur (2) bene L 11 digna erg. L 12 f. perfectionem (1) nostram, ac gloriam ipsius sive
 commune bonum dirigimus (2) dirigimus animi (3) animi dirigimus L 13 felicius (1) fingi potest: (2) | erit.
 erg. | L 13 f. sub (1) Rectore Deo (2) Deo Rectore L 14 est (1) magis etiam quam mortalium animi (2)
 et L 15 quidem (1) aliud (2) aliquid L 15 quam . . . praeparavit erg. L 16 quae (1) novam f (2)
 venturam (3) veram L 17 possunt? (1) Statu (2) Duobus tantum sta (3) Tantum | ergo gestr. | virtuti L
 21 ac (1) communem fe (2) commune bonum L 22 in hac vita erg. L 24 f. et . . . suo erg. L 26 et
 (1) summa fel (2) nihil L

perfectissimum sit, eoque semper potiri. Inde enim maxima animi voluptas, et quod caput est, etiam in maxima fortuna, majoris securitas. Est autem voluptas nihil aliud quam sensus crescentis perfectionis. Dei autem perfectio quodammodo in nos transfunditur, intelligendo atque amando, cumque inexhausta sit, nec tota simul intelligi possit, quo magis in rerum interiora admittemur, eo major delectationis novae materia nascetur, alternatione perpetua admirationis rerum novarum, atque subsequentis earum intellectus. Haec illi demum satis capiunt, qui sciunt, quam sit pene ad ecstasin usque jucundum, novas semper admirandasque perfectiones invenire in eo, quod amamus. Sed abripior argumenti suavitate, quanquam de eo nimia dici non possint, neque omnes quid amor quid visio Dei satis recte assecuti videantur; nam si intelligerent, non possent non commoveri.

His jam principiis conscientiae regendae disciplina inaedificanda est, quae justitiam universalem complectitur, nam si Deus non esset, sapientes ad caritatem non ultra obligarentur, quam ex usu suo esset; neque ad honestatem nisi suae perfectionis causa, cujus in hac vitae brevitate, si anima immortalis non esset, ratio satis haberi non posset. Deus autem accedens efficit ut omne honestum sit utile, et omne turpe damnosum, atque qui publici boni causa etiam se morti et cruciatibus exponeret, non ideo desipere judicaretur.

Itaque Elementa juris naturalis tradituro, primum exponenda essent principia justitiae communia, de caritate sapientis, deinde jus privatum seu praecepta justitiae commutativae, de eo quod observatur, inter homines quatenus aequales habentur, tertio jus publicum de dispensatione bonorum malorumque communium inter inaequales ad majus commune in hac vita bonum. Quarto jus internum de virtute universa et obligatione naturali erga Deum, ut felicitati perpetuae consulamus. His jam sunt subjicienda Elementa juris legitimi humani ac divini, humani tum in republica nostra, tum inter gentes; divini in Ecclesia universali. Jus autem legitimum tradetur, enumerando officia magistratuum, et privatorum quae legibus (sub quibus hic mores comprehendo) definiuntur.

2 est, (I) perpetua expectatio (2) etiam L 2 fortuna, (I) expectatio (2) securitas (3) majoris L
4 f. nec . . . possit erg. L 5 major (I) admirationis materia nascentur, alter (2) delectationis L
6 f. nascetur (I) alternante perpetuo admiratione | rerum novarum, atque subsequente earum intellectu erg. | ac
perceptione. Atque (2) , alternatione . . . Haec L 14 f. neque . . . posset erg. L 19 essent (I) jura
proprietatis (2) principia L 20 justitiae (I) deinde (2) communia (3) communia . . . sapientis L 20 jus
privatum seu erg. L 21 quod (I) fieret (2) observabitur inter hos qui aequales haberentur, (3) observatur .
. . . habentur, L 21 f. tertio (I) res (2) de (a) distributione | (b) dispensatione erg. | bonorum malorumque
publicorum pro singulorum portione inter inaequales (3) jus . . . inaequales L 22 f. ad (I) commune hujus
vitae bonum (2) majus . . . bonum erg. L 23 internum (I) de obligatione erga Deum (2) de L
25 subjicienda | sunt str. Hrsg. | Elementa L 25 divini (I) humani in republica nostra (2) humani . . .
gentes; L 27 (sub . . . comprehendo) erg. L

506.DE JURE ROMANO IN ARTEM REDIGENDO AD CONDENDUM EDICTUM PERPETUUM

[August 1680 bis September 1684 (?)]

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH II 3, 3 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 5 Sp.
*E*¹ G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 90 f. (Teildruck).
*E*² GRUA, *Textes*, 1948, S. 763–767 (Teildruck).
 Weiterer Druck: G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 103 f. (Teildruck).

- Leibniz nimmt hier seinen früheren Plan (vgl. *Nova methodus* VI, 1 N. 10, S. 323–329), das *Jus Romanum* systematisch aufzubauen, in Angriff. Die Datierung stützt sich auf das häufig belegte Wasserzeichen.

Ut Jus Romanum in artem redigatur; sic puto agendum:

Condatur Edictum quoddam perpetuum, sive nova quaedam Legum formula. In qua enumerare[n]tur Modi quibus jura constituuntur et finiuntur.

- 15 Et quia sunt quidam modi communes pluribus juribus, et ipsis factis alligati, facta autem consistunt in personis, rebus, actibus, hinc de facto agendum videtur antequam de jure.

- Et haec sunt ut ita dicam regularia juris. Sed si quis velit omnia juris Romani complecti huic etiam annotanda sunt, tum ea quae sumuntur ex aliis disciplinis, ut
 20 theorematum juris ratio reddatur, tum etiam irregularia et errores conditorum juris et interpretum, sive dum ipsi suis principiis dissona dicunt, quae suis quaeque principiis ascribenda sunt (huc et Antinomiae), sive dum verba aliter explicant quam sunt in usu, sive dum falsa aliarum disciplinarum theoremata assumunt.

Itaque opus hujusmodi capitibus:

12 Romanum *erg. L* 15 alligati, (1) haec (2) facta *L* 16 in (1) rebus, (2) personis, *L* 16 hinc (1) ea tracta (2) de *L* 17 f. jure. (1) Capita tractationis haec esse videntur: (a) De Personis (b) De personarum generibus. Quis personam habeat. Quando quis alterius personam gerat, seu de Repraesentatione (aa) De plurium personaru (bb) De concursu plurium personarum, De personarum privilegiis, sive (aaa) commodis (bbb) beneficiis et oneribus. De personarum definitio speci (2) De ve (3) De verborum definitionibus. Sunt tamen et quaedam postea, in jure quorum ratio reddi non potest (4) Et *L* 19 complecti (1) et (2) huic *L* 19 etiam (1) irregularia (2) annotanda *L* 19 sunt, (1) ea nimirum, quorum ratio (2) tum *L* 20 irregularia et *erg. L* 22 (huc et Antinomiae) *erg. L* 24–S. 2873.1 capitibus: (1) Lexicon juris, sive de Verborum significationibus (2) Grammatica *L*

Grammatica juris, sive de particularum, flexionum et syntaxeon interpretatione singulari.

Logica juris sive de quibusdam ratiocinandi formis, quas Jurisconsulti volunt recipi, huc praesumptiones juris et de jure; et de probationibus.

Metaphysica juris, ¹ ut de Uno, Multis, causa, effectu, toto, parte et similibus. 5

Physica juris, ut de naturis animalium, agrorum, aliarumque rerum. Huc refero quae rem medicam spectant.

Mathematica juris, ut de Mensuris, Ponderibus, notatione temporum.

In his omnibus multa recipiuntur, contra rerum ac disciplinarum veritatem et ἀκρίβειαν, vel quia exactitudo non est necessaria, ut cum fingimus circumferentiam 10 esse triplam diametri, vel quod lapsi sunt Legislatores, privato tamen Jurisconsulto etiam errantibus illis parendum est.

Est etiam Ethica juris, sive de hominum moribus, virtutibus, vitiis, quorsum et Theologiam referendam censeo.

Novissimum est Politica juris, quae tamen cum ipsa fere jurisprudentia coincidit, 15 esseque nihil aliud quam Nomothetica ipsa. Et hanc forte satius est omnibus praemitti, velut normam ad quam caetera exigenda sunt.

Sequuntur ipsa juris capita:

DE FACTO

Quis personam juris habeat. 20

Quis alterius personam repraesentare possit.

De successione in alterius personam.

De concursu personarum. (dubito)²

¹ *Am Rande*: Est et Historia juris.

² *Am Rande*: De personarum generibus 25

1 particularum *erg.* L 4 f. probationibus. (1) Ethica ju (2) Metaphysica L 6 animalium (1) rerum, (2) agrorum L 6 f. Huc . . . spectant. *erg.* L 10 quia (1) contenti (2) exactitudo L 11 f. etiam (1) latentibus (2) errantibus L 13 hominum (1) moribus atque eme (2) moribus, (a) virtute (b) virtutibus, L 13 f. vitiis, (1) huic Theologia juris con (2) Politica juris, sive (3) quorsum . . . censeo L 17 quam (1) omnia (2) | caetera *erg.* | L 19 f. FACTO (1) De person (2) Quis L

De personarum beneficiis }
 De personarum oneribus } privilegiis

Intelligo autem ea quae certo juri ascribi non possunt, sed per plura vagantur,
 5 alioqui illuc referenda sunt magis; nisi malimus utrobique citare ac designare.

De personarum connexionibus.

De Rebus juris atque obligationis capacibus.

De Rerum generibus.

De rerum privilegiis, exempli causa, quod negatur picturam tabulae cedere.

10 De rerum connexionibus.

De rerum subrogationibus.

De Actibus quae juris effectum habent.

De actuum generibus.

De actuum privilegiis.

15 De actuum connexione. }
 De actuum adjectionibus. }

De actuum interpretatione sive signis.

DE JURE PRIVATO

De pecuniariis actionibus

20 Damnum culpa datum sarcendum est aestimatione communi.

Si damnum dolo datum sit, restituendum est quanti interfuit.

Ex cujus facto damnum secuturum est, is securitatem praestare debet.

Judicium civibus datur ex omnibus illis causis, ex quibus alioqui hominibus extra
 civitatem positus ad vim prosilire jus esset.

11 De . . . subrogationibus *erg.* *L* 17 f. signis (*I*) De Verborum Significatione. De regulis juris. De
 Lemmatibus juris, seu de his quae ex aliis disciplinis in jure assumuntur. (2) DE JURE PUBLICO (3) DE *L*
 19 f. actionibus (*I*) Neminem laedere, (2) Damnum *L* 20 datum (*I*) restituendum (2) sarcendum *L*
 21 f. Si . . . interfuit. *erg.* (*I*) De damno securo prae (2) Qui (3) Ex *L* 23 Judicium (*I*) privatis (2) |
 civibus *erg.* | *L* 24 positus *erg.* *L*

Fundamentum juris privati est aequalitas. Cum enim difficillima sit adjudicatio praestantiae, hinc antequam certa ejus norma reperiatur, aequales omnes censendi sunt. Nam si constet esse aliquem eousque praestantem, ut intersit omnium, plus ei juris concedi quam caeteris, jam alia erga ipsum juris ratio est.

	posse	scire	velle	5
De	casu	culpa	dolo ³	
	vi	scientia	voluntate	
	metu	ignorantia		

De actione ex casu, in quantum quis locupletior factus est.

De Actione ex culpa ad aestimationem.

10

De actione ex dolo ad id quod interest.

De Actione securitatis, seu damni infecti.

De Actione injuriarum, quando id quod interest sua natura actionem non recipit.

Aestimatur tamen a iudice, quasi actio ex dolo. Huc pertinere puto etiam cum quis aliquid facit solo animo aegre faciendi.

15

De Actione in factum, sive ex casu.

Si quis damno meo locupletior sit factus. Is enim mihi non culpa sua, neque dolo, sed casu tenetur.

Si is qui Constantinopoli est se intra biduum Romae sistere promiserit, agenti opponitur exceptio doli v. l. 1. §. 3. *de eo per quem factum erit quo minus quis in judicio sistat.*

20

De actione ex casu, seu in factum, quo damnum meum cessit in lucrum tuum, ad illud omne quo locupletior factus es.⁴

³ *Darüber*: malitia

⁴ *Am Rande*: Actio quanti locupletior es, itemque actio innoxiae utilitatis sunt in factum vel ex quasi contractu.

25

1 aequalitas (1), ut scili (2). Videntur enim homines (3). Cum L 2 ejus (1) ratio (2) | norma erg. | L 12 De (1) jure securi (2) Actione L 14 Aestimatur . . . dolo. erg. L 15 aliquid (1) facile (2) facit L 19 (1) Si quis impossibilia petat, ut (2) si quis (3) Si L 22 casu, (1) ad (2) seu . . . quo L 23–S. 2876.1 es. | Dicitur et actio in factum *gestr.* | De L 25 Actio (1) in quantum (2) quanti L 25 locupletior (1) eris (2) es L

De actione ex culpa tua qua mihi damnum datum est ad communem rei aestimationem, quamvis damno meo nihil ad te pervenerit. Dicitur et actio ex quasi delicto.⁵

De actione ex dolo tuo vel malitia, qua mihi damnum datum est, ad illud omne
5 quod mea interfuit. Dicitur et actio ex delicto.⁶

De Actione innoxiae utilitatis. Nascitur ex casu seu facto, tendit ad lucrum, quod sine incommodo tuo percipere possum; si quid tu patiaris.⁷ Dabitur tamen tibi exceptio libertatis, ut aliqua lucri pars ad TE perveniat.

Itaque apparet duabus actionibus aliquem locupletem fieri posse; una: actione in
10 factum innoxiae utilitatis, altera: actione ex dolo, nam in id quod interest etiam lucrum cessans venit.

Actio securitatis potest reduci ad praecedentes, nam metus justus, jam tum malum est: is metus nascitur vel ex facto seu natura rei, vel culpa dolove. Imo ex omnibus capitibus praecedentibus datur actio tum damni resarciendi tum cavendi.

15 Actio injuriarum est ex dolo, comprehenditque id omne quod quis alteri aegre facit. Itaque et vulnera libero homini inflicta huc pertinent. Quin imo videtur et ex culpa dari, tendit autem tum ad emendationem imposterum, tum ad hoc ne damnum fiat. Etsi autem aestimari accurate non possit pecunia, aestimatur tamen utcunque. Dabitur et quasi actio injuriarum, ut rem mihi incommodam tibi inutilem auferas. Datur ergo actio injuriarum
20 ex facto, culpa, dolo.

Actiones personales sunt ex contractu, quasi contractu seu in factum; quasi delictis seu ex culpa; delictis seu ex dolo.

⁵ *Am Rande*: Actiones in factum contumacia resolvuntur in actionem ex doli ut *de edendo*.

25 ⁶ *Am Rande*: Plures ex dolo vel delicto singuli tenentur in solidum, uno solvente caeteri liberantur. Nescio an hoc aequum.

⁷ *Über* patiaris: permittas

1 ex (I) dam (2) culpa L 1 est erg. L 2 f. , quamvis . . . delicto erg. L 5 f. mea (I) interesse p (2) interfuit. | Dicitur . . . delicto. erg. | (a) De Actione securitatis. Haec ut verum fatear non peculiari indiget capite, sed erit vel actio in facto (b) De L 6 seu facto erg. L 7 patiaris. (I) Haec sola est actio im (2) Ut (3) Exc (4) Dabitur L 12 tum (I) causa (2) malum L 13 seu . . . rei erg. L 13 f. Imo . . . tum (I) emendandi damni, tum (2) damni . . . cavendi. erg. L 15 quod (I) quis alteri facit animo (2) quis L 18 accurate erg. L 19 tibi (I) inu (2) inno (3) inutilem L 20 facto, (I) dolo (2) culpa L 21 personales erg. L 22–S. 2877.1 dolo. (I) Actiones tendunt vel ad malum, | *darüber* damnum | tollendum vel ad (a) bonum | (b) lucrum erg. | obtinendum. (aa) Malo (bb) Mali tollendi causa, tum ut (aaa) lucrum cessans (bbb) malum admissum resarciatur, tum ut malum futurum vitetur. Boni (2) Actiones | personales erg. | L 23 Actiones (I) ex (2) in L

Actiones personales sunt vel damni tollendi vel lucri habendi causa. Damnum tollitur, sive damnum praeteritum sarciatur, sive damnum futurum vitetur.

Lucrum habetur, sive lucrum ex facto aliquo praeterito cessans restituatur, sive lucrum ex futuro facto nasciturum quaeratur.

Actiones sunt vel circa rem pecuniariam, vel circa alia commoda atque incommoda 5 quae vendi emique non possunt, sive quae in commercio non sunt. Qualia sunt, existimatio, tranquillitas animi, sanitas; virtus. Horum nomine datur actio injuriarum; si quis alterum incommodet, diceriis differat, dolore afficiat, corrumpat.

Cautionis usufructuariae petitio, et actio ex novi operis nuntiatione qua cautio 10 petitur, ex eodem fonte oriuntur nam omnis novitas periculosa est.

In eo qui alterius rem tractat sui solum commodi gratia, etiam possibile malum spectatur, attamen cum discrimine. Nam si gratis habet malum sarcire debet, quod praevidere possibile fuit. Si vero jure habet, saltem possibile damnum culpa communi damnum ad cautionem exigendam sufficit.

Actio tendit vel ad indemnitatem vel ad lucrum. Indemnitas est conservatio vel 15 restitutio.

Iusta Postulatio est 1) quaecunque nobis utilis est et nullius utilitati contraria est, 2) quaecunque nobis necessaria.

Jure postulo: 1) quicquid mihi utile est, aliis indifferens 2) quicquid mihi valde utile 20 est aliorum vero utilitati.

Jure postulatur 1) Omne commodum postulantis, quod aliis non est incommodum, 2) Omnis indemnitas etiam quae aliis incommoda est.

1 damni (I) emen (2) corrigendi (3) | tollendi *erg.* | L 1 lucri (I) obtinendi (2) | habendi *erg.* | L
1 causa. (I) Damni tollendi, ut (2) Damnum L 2 sive (I) malum p (2) damnum (a) quod sensimus eme (b)
| praeteritum *erg.* | L 3 lucrum (I) cessans (2) praeteritum (3) ex . . . cessans L 4 lucrum (I) futurum
acquiratur (2) ex . . . quaeratur L 5 sunt (I) circa (2) vel L 5 rem (I) pecu (2) sua natura aestimabilem,
vel circa id (3) pecuniariam L 6 f. sunt, (I) honor, qui (2) existimatio, (a) dig (b) tranquillitas L
8 alterum (I) infa (2) incommodet L 8 differat, (I) laedat, corrumpat (2) dolore L 11 solum *erg.* L
12 spectatur (I) . Ideo (2) quia (3) si damnum dederit (4) , attamen L 13 f. communi *erg.* L
14 f. sufficit. (I) Actiones dividi possunt secundum (a) capita | (b) origines *erg.* | ex quibus dantur, et secundum
fines ad quos tendunt. Actio datur ex (aa) <facto> | (bb) casu, *erg.* | ex culpa, ex dolo. (aaa) Ex casu (bbb) Tendit
vel ad (aaaa) damni (bbbb) lucrum, vel ad indemnitatem, vel (2) Actio L 16 f. restitutio. | Conservatio *str.*
Hrsg. | (I) Postulare possumus, ut (2) Iusta L 17 utilis (I) et nemini damnosa est. 2) quae (2) | est *erg.* | L
19 Jure (I) postulatur (2) postulo L 19 mihi (I) ad rem servandam (2) valde L 21 postulatur (I)
quicquid (2) 1) L 22 incommodum (I) 2) quicquid valde commodum est. Hinc sequitur Omne (2) 2) L

Habemus actionem lucri, et actionem indemnitis. Contra actionem lucri datur exceptio lucri, contra actionem indemnitis datur exceptio indemnitis. Contra exceptionem indemnitis datur replicatio culpa.

Si postulationi lucri opponatur exceptio lucri, datur replicatio culpa. Si postulationi
5 lucri opponatur exceptio indemnitis datur replicatio doli.

In postulationibus vel generaliter spectatur lucrum et damnum, sive ut quatenus quis locupletior aut pauperior fiat; nulla habita ipsarum rerum ratione; vel considerantur etiam res ipsae, nam etsi quis indemnitas servari possit pretio restituto, tamen saepe malet rem recipere, quam pretium.

10 Id omne postulare quis jure potest, quod publice utile est.

Publice utile est, quicquid privatim utile est.

De his quae debentur sive jure postulantur:

1) quicquid Reipublicae interest.

De jure, seu de his quae recte fiunt.

15 Jure fit 1) quodcunque nemini incommodum est.

Regula: Liberum est, mihi quidvis.

Excipitur: Si tuum lucrum tuae utilitate contrarium sit.

Replicatur: Si mihi necessarium sit ad indemnitas.

Duplicatur: Si ego culpa mea damni causa fuerim.

20 Triplicatur: Si tu dolo tuo effeceris, ut ego in culpa essem.

Quadruplicari videtur si et ego in dolo fuerim, sed haec quadruplicatio rejicitur.

6 spectatur (1) commodum incommo (2) lucrum L 6 ut (1) quis plus (2) quatenus L 7 fiat; (1) vel interesse cense (2) nulla L 7 vel (1) considerabitur (2) considerantur L 8 saepe (1) volet (2) malet (a) aliquis (b) rem (aa) retinere (bb) recipere, L 9 f. pretium. (1) Postulatio (2) Actio (3) Id L 10 jure erg. L 14 f. fiunt | et ommittuntur gestr. | . Jure L 15 1) erg. L 15 f. est (1) 2) quicquid publice bonum est. Libertatis exceptio est incom (2) . Regula L 16 est, (1) quicqu (2) | mihi erg. | L 16 f. quidvis. (1) Exceptio (a) nisi (aa) cuiqu (bb) cuidam (b) quod nemini rei incommodum est. Replicatio (2) Exceptio (3) Excipitur L 17 f. Si (1) cuidam incommodum sit. (2) tibi (3) tuum lucrum (a) intercipiat (b) tuae . . . sit | (aa) Replicatio est (bb) Replicatur L 18 Si (1) omissio (2) mihi neces (3) facienti (4) mihi L 18 f. indemnitas (1) Duplicatur Si alteri (2) Excipitur 2º Si cuidam damnosum sit (3) Duplicatur L 19 Si (1) faciens culpa sua damni causa sit (2) ego . . . fuerim L 20 Si (1) is cui factum incommo (2) tu L 20 f. essem. (1) Quadruplicatur si (a) < - > (b) et ego in dolo fuerim. Excipitur secundo, si tibi damnosum sit. Replicatur si (2) quadruplicatur (3) Quadruplicari L

Quicquid nulli alteri regulae contrarium est, liberum esto.

Utilitatem cujusquam ne impedito, nisi tuae utilitatis causa.

Damnum nemini dato nisi tuae indemnitis causa.

Actio:

Si factum tuum causa sit ne lucrum aliquod ad me perveniat.

5

Si factum tuum tibi inutile causa cessantis lucri mei futurum sit, datur actio ad omissionem.

Postulatio omittendi: reg[ula] 1: Omittere debes impedimentum lucri mei.

Excipitur: Si idem sit lucri tui auxilium.

Reg. 2: Omittere debes auxilium damni mei.

10

Excipitur: Si sit impedimentum damni tui.

Postulatio praestandi: praestare debes auxilium lucri communis.

507.DE JUDICIS OFFICIO ET POSTULATIONIBUS

[August 1680 bis Februar 1685 (?)]

Überlieferung:

15

L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 45 u. 52. 1 Bog. 2°. 2 1/2 Sp.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 761–763.

Das von Leibniz in der Überschrift ergänzte *et postulationibus* mag auf seine Absicht hinweisen, hier das Stück N. 500 *De Postulationibus* anzufügen. Wir datieren nach dem häufig belegten Wasserzeichen.

1 (1) Postulatio (a) max (b) libertatis. (2) Postulatio libertatis (3) Postulatio (libertatis). Liberum est quidvis. Exceptio commodi. Nisi cuidam incommodum sit (4) Liberum est quicquid nemini nocet. (5) Liber (6) Postulatio libertatis. Liberum est (a) quicquid nulla contraria postulatione prohibetur. (b) nulli (7) Postulatio (a) (omi) (b) utilitatis (8) Quicquid *L* 1 f. esto. (1) Postulatio utilitatis. Debitu (2) Utilitatem cujusquam ne impedito (3) Si damnum (a) alterius (b) cujusque prohibet (4) Utilitatem *L* 4 Actio: (1) Si facto tuo utilitas (2) Si *L* 6 tibi inutile erg. *L* 7 f. omissionem. (1) Si factum tuum causa (a) damni (b) emergentis damni mei futurum sit. Actio ad om (2) Postulatio omittendi: (a) Si factum tuum causa cessantis lucri mei futurum sit. (b) causa 1. (c) reg. 1. . . . mei *L* 9 f. Excipitur (1) Si tibi ipsi uti (2) Si factum tuum tibi ipsi utile futurum sit (3) Si idem (a) causa (b) sit . . . auxilium. (aa) Causa 2. (bb) reg. 2. Si factum tuum causa damni mei futurum sit (cc) Reg. 2 . . . mei *L* 11 Excipitur: (1) Si factum tuum indemniti tuae necessarium sit (2) Si . . . tui *L* 12 Postulatio (1) agendi (2) praestandi *L*

De Judicis officio et postulationibus

Si sciamus quod sit judicis officium constabit etiam quae sint officia caeterorum, id est quae iudex jubere vel vetare possit.

Judicis officium consistit vel in decernendo vel in exequendo. Explicatur autem vel
5 sponte vel praecedente imploratione.

Imploratio autem vel est Postulatio vel persecutio postulationis. Postulatio contradicta est Actio, Exceptio, Replicatio, Duplicatio, Triplicatio, aliaque id genus disputantium positiones.

Actiones sunt vel praejudiciales, vel reales vel personales. Praejudiciales voco quae
10 libertatem ipsam personae afficiunt, ut cogi possit facere quod jubetur, nec ad praestandum id quod interest admittatur. Reales sunt, quae rem ita afficiunt, ut invito domino vel possessore in eam exerceri possint, nec oblata aestimatione finiantur. Denique personales sunt, sive patrimoniales, cum quis dare vel facere debet, sed si nolit tamen praestando id quod interest, liberatur.

15 Actiones praejudiciales multae sunt: ut conjugiales, liberales, obsequiales.

Conjugiales sunt quae ex sponsalibus vel nuptiis descendunt, et tendunt ad cohabitationem et vitae adjutorium item ad praestationem debiti conjugalium.

Liberales sunt quibus aliquis in libertatem aliquam asseritur vel in servitutem petitur. Huc pertinet actio in ascriptitios, quin et in famulos, ut serviendi tempus
20 absolvere cogantur.

Obsequiales sunt in eos a quibus reverentia et obsequium exigi potest, ut liberos, clientes, subditos. Qui actione praejudiciali victus sententia stare nolet, cogetur vinculis laboribus, aliove genere poenarum corpus afficientium. Huc refer actionem jurisdictionis.

25 Est etiam actio qua parentes vel nutritii (tutoresque) liberos vel pupillos a

1 et postulationibus *erg. L* 2 sciamus quod sit *erg. L* 3 quae (1) permittere illis iudex aut quae ab ipsis exigere possit (2) iudex *L* 5 praecedente (1) postulatione (2) imploratione *L* 6 f. postulationis. (1) Po (2) Si postulatione alius contradicat, nascitur (3) Postulatio contradicta est *L* 7 f. Triplicatio, (1) atque (2) aliaque id genus (a) litigationes. (b) positiones. (c) disputantium positiones. *L* 9 vel (1) personalissimae, vel reales, (2) in personam (3) praejudiciales *L* 13 sunt, (1) vel (2) | sive *erg.* | *L* 13 f. si (1) omittatur (2) nolit tamen *L* 15 multae *erg.* sunt (1) liber (2) matrimoniales (3) ut conjugiales *L* 16 quae *erg. L* 16 vel (1) matrimonio (2) desc (3) nuptiis *L* 17 vitae (1) officia (2) | adjutorium *erg.* | *L* 18 f. quibus (1) persona in libertatem vel servitutem petitur. (2) aliquis . . . petitur. *L* 20 f. cogantur. (1) Denique (2) Obsequiales *L* 21–23 ut (1) clientes (2) liberos . . . victus (a) praestare nolet (b) compelluntur (c) homines si nolint, coguntur (d) sententia . . . afficientium *L* 25 vel nutritii *erg. L*

detentoribus petere possunt. Imo quisque de populo habet *actionem de libero homine exhibendo* sed videtur ea ad aestimationem tendere, vid. l. 3. § 13. D. ibi.

Actio in rem est rei vindicatio directa vel utilis publiciana in rem actio, huc referri debet actio successoria, petitio haereditatis, ususfructus, usus, servitutis aut libertatis praedialis. Interdictum possessionis, postulatio retentionis pignoris, hypothecae. Nam et 5 posset fieri ut ipsa hypotheca peteretur, id est ut quis declarari postularet hypothecam ad se pertinere, tametsi forte rem sibi tradi non postulet.

Actionum successoriarum species dist[incte] tractari merentur, quatenus quis agit ut successor declaretur: secus est, si quis ex successorio jure aliquid sibi postulet, ut si haeres rem haereditariam vindicet a fure, aget ea actione qua defunctus agere potuisset. 10 Huc pertinet actio qua quis se judicem, Magistratum, dominum jurisdictionis, nobilem, cognatum, conjugem, patrem, filium, quin et creditorem, liberum a debito (quae est actio ex *lege diffamari*) haberi petit, aliaeque quas omnes uno nomine declaratorias appello, quibus jus tantum aliquod vindicatur. Possent et praejudiciales appellari, nam aliis actionibus praejudicium faciunt. Nam alia etiam actio est qua quis se dominum declarari 15 petit, forte ne invito quidem servo, [alia] qua servum vindicat. Tametsi soleant ambae concurrere, ita in rei vindicatione simul declaratoria inest. Potest autem et declaratoria esse sine vindicatione, ut si quis se dominum declarari petat rei quam possidet, contra alium qui se pro domino gerit, aut pro domino gerere posse aut velle videtur. Itaque re recte expensa declaratoriae sive praejudiciales actiones praemittendae essent caeteris 20 omnibus Actionibus nimirum de statu, realibus, personalibus. Nullum enim jus est, cui non respondeat actio declaratoria. Dubitari potest an quis possit instituere actionem declaratoriam qua se pronuntiari petat alteri obligatum. Caeteris actionibus inest declaratoria plerumque. Si vero servitus vel libertas obligatio vel potestas confessa sint, jam non datur 25

2 exhibendo (I) ita ut exhibens tenea (2) sed L 2 f. ibi. (I) Actio Realis est, rei vindicatio, directa vel utilis, actio declaratoria vel in rem incorporalem, vel in rem corporalem. Actio in rem incorporalem a me declaratoria dicitur. Quales sunt: petitio haereditatis, petitio servitutis aut libertatis, actio confessoria vel negatoria vel confessoria, nam in his ipsa iudicis pronuntiatio pro traditione est. (2) Actio in rem (a) corporalem (b) est vel rei vindicatio vel publiciana (c) est . . . publiciana L 4 debet (I) vindicatio (2) actio successoria L 4 aut erg. L 5 Interdictum erg. possessionis, (I) juris retinendi, petiti (2) postulatio retentionis L 5 f. et erg. L 10 fure, (I) non (2) perinde (3) aget L 11 judicem, Magistratum erg. L 11 f. nobilem, erg. L 16 alius L ändert Hrsg. 17 concurrere, (I) quin (2) ita L 23 qua (I) pronuntiatur alteri obligatus. (2) se . . . obligatum. L 24 declaratoria (I) interdum (2) plerumque L 24 libertas (I) potestas vel (2) obligatio L

1 f. Dig. 43, 29 l. 3 § 13. 13 Vgl. Cod. 7, 14 l. 5.

declaratoria, sed verbi gratia interdictum retinendae possessionis. Eadem vero est tractatio actionum declaratoriarum quod enumeratio jurium et obligationum; caeterae autem actiones traduntur explicando juris cujusque effectus. Praemittendae tamen sunt declaratoriae generales, ut successoriae, nam hae generaliter circa res personasque, non
 5 circa jus et obligationem specialem versantur; quin et dantur declaratoriae verborum, item quibus pronuntietur rem aliquam veram vel falsam esse; aut aliud quiddam de quo quis pronuntiari velit ad perpetuam rei memoriam. Ut si qua res mihi vendita sit et peritura timeatur, poterit a iudice peti, ut re aspecta pronuntiet eam vitiosam esse; ut securus sim; neque enim ideo redhibere cogor; sed possumus retinere, forte enim mea
 10 diligentia restitui poterit etc. Itaque ad actionem declaratoriam instituendam sufficit utcunque probari mea interesse.

Ex his concludo me rectius facturum si omisso Schemate actionum ad ipsas personarum, rerum, actuum: denique jurium et obligationum enumerationes redeam. Duplex enim methodus est, una facti qua cuique personae rei, actui assignetur jus suum;
 15 altera juris qua cuique juri atque obligationi factum assignetur ex quo descendat. Et arbitror recte facturo conjungendam esse utramque tametsi necesse sit idem bis dici. Nam si prolixius aliquid repetendum sit, remitti lector potest.

Videtur eadem esse jurisprudentiae tractatio cum tractatione ejus quod in Republica utile est.

20 Primum itaque dicendum erit de justitia et jure; deinde de Reipublicae forma, et officiorum distinctione. Hinc de jussis et vetitis, praemiisque et poenis; denique de jure privato sive de his quae subditorum arbitrio relinquuntur, salva reipublicae utilitate. Novissime de juris persecutione seu judiciis. Nimirum agendum est de jure publico, de jure medio, de jure privato.

25 Nisi potius tractandum erit, primum de virtute ac reipublicae felicitate seu scopo legum; deinde de modo ita homines educandi ac regendi ut felices fiant seu de disciplina; de libertate seu de his quae arbitrio privatorum relicta sunt, deque his quibus tueri possunt libertatem, sive de actionibus et judiciis. Sed res eo rediit ut novissima fere tantum pars tractari possit. Nam virtus et disciplina in republica negliguntur; satisque
 30 habetur praestare hominibus libertatem et qualemcumque securitatem.

6 esse; (1) item (2) vel si quis (3) aut L 7 res (1) sibi (2) mihi L 7 f. et *erg.* peritura (1) videatur (2) | timeatur *erg.* | L 12 f. ipsas (1) rerum (2) personarum, rerum, (a) jurium (b) actuum: L 13 f. redeam (1) ut de personis et earum successionibus (2) . Duplex L 14 actui *erg.* L 20 de (1) Republica personarum (2) Personis ortu (3) societatibus (4) Reipublicae L 21 distinctione. (1) Deinde de (2) Inde | (3) Hinc *erg.* | de (a) vetitis et permissis (b) jussis L 25 seu (1) fi (2) scopo L 27 arbitrio (1) hom (2) privatorum L 29 negliguntur; (1) tantu (2) satisque L

508. PRAEFATIO NOVI CODICIS

[August 1680 bis Februar 1685 (?)]

Überlieferung:*L* Konzept: LH II 4, 4 e Bl. 24–25. 1 Bog. 2°. 5 Sp.*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 624–628.

5

Den Plan eines neuen *Codex Leopoldinus* entwickelt Leibniz ausführlich in einem Brief vom 7. Juli 1678 an den kaiserlichen Hofkanzler Johann Paul Hoher (I, 2 N. 332). Leibniz, der das Projekt eines *Codex novus juris* schon lange verfolgt (vgl. die *Nova methodus* von 1667, VI, 1 S. 299, 306 und die *Ratio Corporis Juris Reconcinandi* von 1668, VI, 2 N. 30) und vorbereitet (vgl. N. 501 und 506), verweist immer wieder auf dessen Notwendigkeit, so auch in N. 107 vom Mai 1681). Einen offiziellen Auftrag zur Verwirklichung des *Codex* hat Leibniz allerdings nie erhalten. Wir datieren das Stück nach dem Inhalt und dem häufig belegten Wasserzeichen. 10

Praefatio Novi Codicis

Imperator Caesar Leopoldus, etc.

Ut querelis civium subveniatur, haec necessaria esse constat: in Republica ipsa vim 15
et auctoritatem, in Magistratibus prudentiam et religionem, in ipsis legibus claritatem et
sufficientiam. Majestas nostra salusque Sacri Imperii Deo curae erit; nobis atque
Ordinibus delectus hominum per quos rempublicam administremus, nunc autem
constituimus Leges promulgare, unde quisque officium suum in omni negotio facile
discat, neque aut ignorantia se lapsus, aut subtilitate juris circumventum, queri possit. 20

Didicimus enim eas hominum ac temporum vitio tenebras judiciis invectas esse, ut
raro causa alicujus momenti tractetur, in qua inter ipsos peritos controversiae satis
perplexae nasci non possint.

Integras provincias, imo in eadem provincia Academias aut Scabinatus, in eadem
urbe tribunalia dissidere, circa quotidiana juris capita: unde fieri saepe ut litigantes de 25

15 haec *erg.* *L* 15 ipsa (*I*) ordinem (2) | vim *erg.* | *L* 16 f. legibus (*I*) certitudinem et omnibus
causis facilitatem. (2) claritatem et sufficientiam. *L* 17 Majestas (*I*) Reipublicae (*a*) Deo curae erit (*b*)
nostrae ac (2) | nostra salusque *erg.* | Sacri *L* 18 Ordinibus (*I*) Ma (2) delectus *L* 21 judiciis *erg.* *L*
25–S. 2884.2 fieri (*I*) ut (*a*) iudices (*aa*) per (*bb*) perinde (*cc*) eventus incerti sint ac si alea ludant; prout enim
(*aaa*) juveni (*bbb*) iudex magistrum in juventute habuit, aut Academiam (2) saepe ut . . . versentur |, dum pro
placitis atque sectis Jurisconsultorum, locisque unde responsa petentur, *gestr.* |. Nam *L*

eventu anxii suspensique ac malis artibus obnoxii sint fortunaeque multorum ac vita ipsa in ambiguo discrimine versentur. Nam prout locus erit ad quem acta iudicii transmittentur, petendi responsi causa, aut etiam pro Doctorum placitis, quos audit judex atque apud quos tirocinium posuit; aliud jus nascetur. Usque adeo ut si super
 5 eadem causa decies consulas, dena diversa consilia aliquando expectes.

Causae incerti juris, quemadmodum nobis relatum est, tum a legibus ipsis tum a moribus fluxere. Leges ipsae ob vetustatem variasque lectiones (vid. *Anti-Tribon.*) non raro difficiles sunt, sed neque causis nostris sufficientes. Et in magna earum multitudine deprehensum est nonnulla manifeste, plurima consequentiis inter se pugnare.

10 Difficiles¹ sane quia vastis voluminibus sparsim continentur, in quibus interdum neque ordo neque consensus. Eadem saepius dicuntur diversis locis diversaue ratione; neque animo condendi legem, sed interpretandi, factumque est praepostere ut interpretationum fragmenta singulariaque responsa habeamus hodie pro legibus generalibus, ipsae veteres leges edictaque non extent, quibus tamen responsa vel
 15 Jurisconsultorum vel etiam Caesarum nitebantur. Quin et in eodem legum corpore priora posterioribus abrogantur; nonnunquam autem dubium est quae a quibus. Nam *Codex repetitae praelectionis*, multa in *Digestis* mutavit; *Novellae* autem non tantum *Digestis* et *Codici*, sed etiam ipsae sibi pugnant, nonnullae etiam incertae sunt autoritatis, quemadmodum et sumtae ex illis *Authenticae*. Quousque autem porrigatur juris mutatio
 20 saepe disputabatur. Itaque qui

¹ Diesen Absatz hat Leibniz durch Umrandung hervorgehoben.

2 prout (1) magistro (a) do (b) acta (2) auditus (3) locus L 3 aut (1) prout judex vel assessor (a) in (b) apud Doctor (2) etiam pro (a) Academiae (aa) aut (bb) ac (b) Doctorum L 5 consilia (1) sis habiturus (2) aliquando L 5–9 expectes. (1) Causa incerti juris, tum a legibus ipsis tum a consuetudinibus petenda est. Leges ipsae difficiles sunt, neque causis sufficientes. (2) Causae . . . vetustatem (a) et multiplicitem (b) variasque . . . | (vid. *Anti-Tribon.*) erg. | . . . sufficientes. | Et . . . pugnare erg. | L 10 sane (1) tum ob vastitatem voluminum, quibus comprehenduntur, tum quia verba resque eorum saepe a nostris temporibus abhorrent. (2) , quia L 10 sparsim erg. continentur, (1) unde (2) in quibus (a) saepe (b) | interdum erg. | L 13 fragmenta | (1) privatorumque (2) singulariaque responsa erg. | L 14 generalibus erg. L 14 f. , quibus . . . vel (1) interpretum (2) Jurisconsultorum . . . nitebantur. erg. L 16 abrogantur; (1) et magna pars (2) nonnunquam L 17 praelectionis, (1) Digestis qui (2) quinquaginta | illis erg. | decisionibus satis agitata (3) multa L 17 f. non tantum erg. Digestis . . . etiam erg. L 18 f. , nonnullae . . . *Authenticae* erg. L 20 saepe (1) disputatur. (2) disputabatur. (a) | Denique erg. u. gestr. | (b) Itaque L

7 Vgl. F. HOTTOMANNUS, *L'Antitribonian, ou discours sur l'étude des loix*, Paris 1567 u.ö.; lat. Übers. Hamburg 1647.

ex ipso Legum Romanarum Corpore certa juris capita condere volet, immenso labore exhausto post innumerabilem regularum atque exceptionum multitudinem digestam ac recensitam, satis adhuc in incerto erit, quoties textus corruptus arguetur, aut ob fragmenta abrupta vel veterum verborum rerumque ignorantiam inextricabilis obscuritas relinquetur.

5

Cumque omnia legibus non comprehendantur, quas utique sufficientes minime esse constat, implicabitur animus argumentis legum saepe contrariis. Argumenta autem fere petuntur a legis ratione, qua interdum nihil incertius: neque in universum concedendum est, eam esse interpretum auctoritatem ut ipsi extendere ad similia sententiam legis possint, praesertim cum ipsae Leges nunc admittere nunc rejicere videantur hunc
argumentandi modum, et lubrica sit similitudinis aestimatio. Axiomata etiam, vel regulas juris ex legibus eruere sibi quisque soleat, quibus postea in causis definiendis utatur, quae tamen distinctionibus passim eliduntur, et officium perdunt: et si optimae sint dubiae adhuc auctoritatis habebuntur, ipsae enim leges negant ex huiusmodi regulis jus sumi debere. Denique ob varias juris mutationes multa satis absurda et incohaerentia
inventa sunt, quae sub regulas aequitatis cogi non possunt.

10

15

Jam vero quemadmodum magna veteris juris pars cum ipsis rebus hodie exolevit, ita vicissim editae sunt novae negotiorum formae quae pristinis legibus regi non possunt: ubi vero leges siluere, ibi maxima coepit fingendi refingendique juris licentia. Quanquam enim pragmaticae imperii sanctiones, et locorum statuta nonnullis causis normam
dederint, pleraque tamen arbitrio reliquere. Sed et ad consuetudines provocari solet quas

20

1 ipso (1) juris C (2) Legum (a) Cor (b) Romanarum L 2 exhausto *erg.* L 3 f. aut (1) ob (2) ex fragmentis abruptis aut ob (3) ob . . . vel L 4 ignorantiam (1) sensus (2) inextricabilis L 5 f. relinquetur | (1) , legesque ipsae (2) textusque ipsi vel recta vel consequentiis pugnabunt *erg. u. gestr.* | (a) Argumentis etiam (b) Cumque L 6 f. legibus (1) enuntiari nequeant, implicabitur argumentis legum. (2) non . . . saepe (a) pugnantibus. (b) contrariis. L 7 f. autem (1) a simili, a contrario, (2) | fere petuntur *erg.* | L 8 qua (1) saepe | (2) interdum *erg.* | nihil (a) in tanta vetustate (b) incertius: (aa) et disputari potest an (bb) neque (aaa) omnino liquidum (bbb) in . . . concedendum L 10 nunc (1) admittant nunc rejiciant (2) admittere. . . videantur L 11 f. , vel regulas juris *erg.* L 12 quisque (1) solet, (2) soleat, L 12 definiendis (1) utitur, (2) utatur, L 13 f. perdunt: (1) incertaeque (2) praeterea dubiae (a) sunt (b) auctoritatis habentur, (3) et . . . habebuntur, L 15 f. debere. (1) Itaque dum alius verbis legum plane standum (a) ait (b) putat, alius (aa) rationibus (bb) mentem (cc) rati (dd) mentem (aaa) ejus (bbb) auctoris inspicendam censet, quam rursus diversi varie accipiunt (2) Ut taceamus (3) Denique . . . possunt L 17 cum ipsis rebus *erg.* L 18 ita (1) contra multa (2) hodie (3) alia rerum facies (4) nova negotiorum forma nata est, (5) vicissim L 18 novae (1) rerum (2) negotiorum L 21 consuetudines (1) plerumque provocatur (2) provocari solet L

tamen probare difficile est: et quotidie quod unus moribus abrogatum ait, alter vim suam retinuisse contendit: reditur itaque ad receptas collegiorum jus dicentium vel de jure respondentium sententias; quae tamen subinde unius auctoritate nascuntur et intereunt, neque satis posteros obligant, et mire inter se pugnant, hinc perpetuae tribunalium lites, 5 et sententiarum decretorumque reformationes, ultimus enim iudex recte pronuntiasset censetur, ut proinde multum intersit quis velut in sorte novissimus exeat; et quo postremum acta mittantur. Quodsi multi doctores casu aliquo consentiant, ut fere unum insignem virum alii plurimi sequi solent, oritur id quod vocant communem opinionem, quae neque naturam satis adhuc certam habet, neque vim obligandi. Nam quibus favet ab 10 his in consuetudinis nomen trahitur, perinde ac si vim juris haberet, adversa autem pars ne probabilitatem quidem ei relinquit ac rem de integro ad leges rationesque exigendam censet. Quid vero si pugnent communes opiniones contra communes aut sententia aliqua communior vel communissima dicatur? Itaque sine Bibliotheca amplissima jurisconsulto esse cuiquam non licebit: suffragiaque non jam a viventibus assessoribus, sed prius a 15 mutis doctoribus petentur, quorum et numerus infinitus est et oracula saepe ambigua saepius pugnantia redduntur. Quis jam taedium feret evolvendi cujus vitandi causa multi inconsideratas sententias praecipitabunt, et quo colore in causarum patronis prolixitatem allegandi culpamus, si quidem allegatione autorum victoriae ratio constat?

Equidem in tanta perplexitate juris principes quidam consultatione peritorum habita 20 celebriores quasdam controversias definierunt inter suos non sine fructu. Sed exigua haec sunt et arctis limitibus comprehensa: itaque obstruendus est fons mali superiore manu quod melius fieri non posse quam Codice novo condito jam dudum prudentibus visum est. Sed in hoc non tantum brevitatis claritati jungenda est, ne cumulentur potius controversiae ut fere fit novis constitutionibus, quam tollantur, verum etiam quod 25 difficillimum sufficientia legum opus est, ut recte officio suo fungantur, neque supplendi causa ad opiniones Jurisconsultorum redire necesse sit.

2 receptas (1) iudiciorum (2) collegiorum (a) jura (b) jus L 7 f. unum (1) de grege (2) reliqui (3) | insignem virum *erg.* | (a) multi (b) alii plurimi L 9 quae (1) quam vim habeat adhuc in controverso est (2) neque L 9–12 obligandi. (1) Quid (a) si (b) enim (2) Nam . . . pars (a) vix ei probabilitatis (b) rem de i (c) ne . . . quidem (aa) parere existimat (bb) ei . . . integro (aaa) argumentis (bbb) ratione ac (ccc) ad . . . vero *erg.* L 12 aut (1) opin (2) sententia L 14 non (1) amplius | (2) jam *erg.* | L 15 doctoribus (1) petenda erunt (2) petentur, quorum | et . . . et *erg.* | L 16 pugnantia (1) vi (2) erunt (3) redduntur L 16 f. cujus . . . praecipitabunt *erg.* L 18 quidem *erg.* L 19 in . . . juris *erg.* L 19 quidam (1) prudentes (2) in suis ditionibus (3) consultatione L 20 inter suos *erg.* L 23–S. 2887.1 jungenda est (1) sed et | quod difficillimum est in legibus *erg.* | sufficientia postulatur ne (a) quid facile in ambiguo (b) qua juris incertitudo restet. | (2) ne . . . sit. *erg.* | (a) Primum itaque enumeranda erunt (b) Hoc L

Hoc tamen assequemur, si quidem distinguamus ea quae definiri possunt ab his quae per naturam rerum in arbitrio iudicis relinqui necesse est. Deinde si definita juris capita enumeremus, ac severe edicamus, ne ulla imposterum a iudice cuiquam detur actio vel exceptio vel replicatio vel ut verbo dicamus postulatio, nisi quae in aliquo capitum propositorum velut in albo nominatim ostendi possit: utque ipse iudex nihil sponte agat 5 nisi potestate hic diserte concessa.

Rejicimus autem omnia argumenta legum extra ea quae arbitrio iudicis relinquemus, quia generalibus quibusdam formulis omnes causas comprehendere conati sumus, ne quam ad similia aut contraria procedendi occasionem relinqueremus, sed ut nuda subsumptione omnis haec ratiocinatio constaret. Itaque neque ullam amplius inter jus 10 strictum et aequitatem in legibus istis interpretandis distinctionem feremus; quoniam ipsas leges ad aequitatem composuimus. Excussae enim sunt jussu nostro pleraeque controversiae, dataque opera est ut verba ita formarentur quo finem acciperent observatae hactenus difficultates. Itaque officium iudicis imposterum erit leges nostras attente inspicere, et ex diversis locis inter se componere, neque enim aliunde 15 distinctiones inferri patiemur, in quo propter miras rerum combinationes satis magnum adhuc exercendae prudentiae suae campum habebit. Quoniam tamen incredibilis est negotiorum varietas, et ab hominibus nihil perfecti sperari potest, itaque si qua causa offerretur in qua iudex pro religione sua aestimabit servato legum nostrarum rigore, gravem alicui injuriam inferri posse, tum vero quia inter jus aequitatemque positum 20 discrimen nobis solis oportet et licet inspicere, volumus ad nos referri, vel ad eos quibus hanc curam commitemus. Idem fieri iubemus, si qua causa actionis alicujus vel alterius postulationis omissa a nobis videbitur, quae

3 capita (1) ita enumeremus, ut constet (2) enumeremus ac (a) diserte | (b) severe *erg.* | L 3 a iudice *erg.* L 6 nisi (1) concessa legibus ipsis nostris potestate (2) potestate . . . concessa. L 7 f. argumenta (1) quae a (a) legum (b) legis hujus ratione petentur (2) legum, | extra . . . relinquemus, *erg.* | L 8 quia (1) omne (2) generalibus L 8 formulis (1) omnia (2) omnes causas L 9 contraria (1) argu (2) procedendi L 9 f. , sed . . . constaret *erg.* L 12 composuimus. (1) Excussimus (2) Excussae L 13 controversiae | ac difficultates *erg. u. gestr.* |, dataque L 13–17 ita (1) componerentur (a) quo (b) ne intactae (c) quo finem acciperent | difficultates hactenus (aa) agitatae (bb) observatae. (aaa) Si q (bbb) Quod (ccc) Quoniam tamen homines sunt quibus in hoc opere componendo usi sumus, tantaque e (2) formarentur . . . erit (a) verba nostra (b) leges . . . attente (aa) rimari, | (bb) inspicere *erg.* | . . . habebit (aaa) praeter ea quae ipsius (aaaa) officio (bbbb) aestimationi (cccc) arbitrio ac (aaaaa) conscientiae (bbbbb) religioni reliquimus. (bbb) Quoniam L 17 f. est (1) rerum (2) negotiorum L 18 perfecti (1) expectari (2) sperari L 19 sua (1) iudicavit (2) aestimavit (a) servatis legum nostrarum verbis (b) servato . . . rigore, L 21 oportet et *erg.* L 22 causa (1) minime (2) nondum satis comprehe (3) aeq (4) vel (5) actionis L 23 postulationis (1) offerretur, (2) omissa . . . videbitur, L

magnam rationem habebit; aut si qua controversia ex verbis nostris nascatur, neque enim privatis facultatem concedimus supplendi juris legumque et conditor et interpres idem merito habetur. Legibus autem et statutis et consuetudinibus omnibus, huic Codici contrariis, quae nominatim exceptae non sunt, eatenus vim omnem abrogamus; neque aut
 5 receptarum in iudicando ac pronuntiando sententiarum aut opinionis doctorum utcumque communis rationem imposterum habemus. Satis enim eas examinari curavimus semel, cum de codice nostro scribendo consultaretur. Veteres leges merito retinentur, quia nostras magnam partem inde excerpimus; nolumus tamen nostras ex illis interpretationem capere, sed contra illas ex nostris: nolumus etiam postulationes ex illis
 10 sumi, quod non a nobis diserte confirmatum constet: alioqui nihil actum erit hac diligentia nostra, revolvemurque in priores ambiguitates. Utiliter tamen veteres quoque Leges adhibebuntur, ut tot praeclaris constitutionibus Antecessorum² nostrorum, luculentissimisque peritorum sentiis, animi jura colentium ad veram prudentiam formentur, faciliusque collatione constet quid quove consilio a nobis actum sit. Itaque et
 15 libris doctorum virorum suus usus manebit, nam in tanta rerum ubertate excitabitur memoria legendo et ipsa exercitatione comparabitur prompta de jure respondendi facultas, si quis oblatas species exigat ad constitutiones nostras. Cumque omnibus non statim detur in foro ac luce versari, iudiciisque assidere; lectione prudentium aliquatenus supplebitur, quod aetati aut occasioni deest. Praesertim autem tunc proderit in bonis
 20 autoribus versatum esse, cum incident causae arbitrio iudicis ac litigantium relictæ, ubi vel de utilitate potius quam de jure agitur, vel facti potius quam juris quaestio est. Ex libris enim perinde atque ex usu fori, multiplex argumentorum variarumque observationum atque considerationum copia

² *Darüber*: Majorum

1 ; aut . . . nascatur *erg.* L 2 f. juris (I) . Contra leges ac (2) . Omnes (3) . Consuetudini (4) . Statutis autem et (5) legumque . . . statutis et L 4 f. aut (I) con (2) receptae in iudicando ac pronuntiando consuetudinis, neque (3) receptarum . . . aut L 6 imposterum *erg.* L 8 tamen *erg.* L 9 nostris: (I) neque ullum inde argumentum in iudicio peti concedimus, quod non no (2) nolumus etiam (a) jus (b) | postulationes *erg.* | L 10 diserte *erg.* L 13 ad veram prudentiam *erg.* L 14 f. sit. (I) Sed | (2) Itaque *erg.* | et libris (a) egregiis suis (b) doctorum virorum suus L 15–S. 2889.2 manebit, (I) multa (2) nam quae inde discent (3) nam in tanta rerum ubertate excitabitur (a) memoria (b) animus (c) memoria legendo, | et (aa) exercitatio (bb) ipsa exercitatione prompta de jure respondendi facultas comparabitur *erg.* | (cc) praesertim in causis arbitrio iudicis ac litigantium relictis | legisse bonos autores proderit, ita eni *erg.* | argumentorum copia habebitur, unde pro sua quisque prudentia statuet quod e re videbitur. (aaa) Quae vero nos (bbb) Jus certum (4) nam . . . definitum L 21 jure (I) quaeritur (2) agitur L

nascetur, quae sponte cuius in mentem non venissent. Etsi enim positis certis circumstantiis lege lata jus definitum reddere possumus, modum tamen ipsas illas circumstantias eruendi atque animadvertendi tradere doctoris est non legislatoris. Progrediemur tamen in hoc quoque genere quousque licet, certisque formulis articulis atque indicibus praescriptis, iuvabimus hominum infirmitatem. 5

Itaque si quis imposterum jure suo excidet, non nobis neque legibus, sed vel calamitati temporum, vel suae imprudentiae imputabit. Nos certe pro munere quod nobis summus rerum arbiter credidit, dabimus operam, ut neque legitimis iudicum sententiis atque decretis sua vis; neque probatis legibus boni magistratus desint. Neque dubitamus omnes Sacri Imperii ordines in partem curae nostrae venturos esse, ut iurisdictio quam a nobis atque imperio habent recte exerceatur. Si qui scientes secus facient, norint a se 10 violatam sacramenti religionem, feudique leges ac provocandi ad nos facultatem laeso cuius denegatae iustitiae causa patere. Denique si quid seculi vitio statim vindicari non possit, Deum ultorem non defuturum.

509.DE JUSTITIA AC AMORE VOLUNTATEQUE DEI

15

[August 1680 bis Dezember 1688 (?)]

Überlieferung:

*L*¹ Konzept: LH II 3, 1 Bl. 50–51. 1 Bog. 2°. 2 1/2 Sp.

*L*² verb. Reinschrift: LH II 3, 1 Bl. 49 u. 52. 1 Bog. 2°. 3 S. (Unsere Druckvorlage.)

E G. MOLLAT, *Rechtsphilosophisches*, Leipzig 1885, S. 36–41 (nach *L*²). 20

Weiterer Druck: G. MOLLAT, *Mittheilungen*, Leipzig 1893, S. 35–40 (nach *L*²).

Übersetzung: MATHIEU, *Scritti polit.*, 1951, S. 107–113.

Leibniz hat diese auf Grund des Wasserzeichens und der Folge auf die vorangehenden Stücke wohl schon zwischen August 1680 und Ende 1681 konzipierte Abhandlung in Wien ins reine geschrieben und dabei überarbeitet. Das Wasserzeichen für die Reinschrift ist für August bis Dezember 1688 belegt. 25

7 pro (1) viribus et (2) munere *L* 8 f. operam (1) quantum in nobis erit, (2) ut neque (3) ne rectis legibus boni magistratus, neque (a) justis (b) decretis legitimis (c) legitimis | iudicum *erg.* | sententiis atque decretis sua vis desit, (4) ut . . . desint. *L* 11 facient, (1) sciant (2) | norint *erg.* | *L* 11 f. se (1) violatarum sacramenti religionum, feudique legum rationem reddi (2) violatam . . . leges *L* 13 quid (1) temporum (2) | seculi *erg.* | *L*

Von diesem oder einem verwandten Stück hat Leibniz eine Abschrift an H. Justel gesandt (vgl. I, 5 S. 358).

Die Zwischenüberschriften hat Leibniz in beiden Fassungen am Rande in eckigen Klammern hinzugefügt.

5 Justitia est caritas sapientis.

JUSTITIAM compendiosissime pariter atque efficacissime definiri posse arbitror, Caritatem sapientis, caritatem scilicet, seu benevolentiam generalem, quae futura esset etiam in sapientissimo, si quis talis inter homines versaretur. Quod non ita accipio, quasi Virum Justum sive Bonum, necesse sit rerum cognitione excellere, et Primas aequi
10 bonique causas intelligere; sed quod in iis quae pertinent ad caritatem, eadem facturus sit quae sapiens faceret aut juberet. Itaque Justus vel ipse summa ratione agere assuetus erit, vel saltem, quod hic sufficit, promptus obtemperare sapienti. Et ut aliae virtutes in aliis affectibus moderandis versantur, ita putandum est justitiam in affectu hominis erga hominem seu juvandi nocendique voluntate regenda occupari.

15 Justitia haec possibilis est et cadit caritas in sapientem.

Hinc statim occurritur Carneadi, qui Justitiam dicebat summam esse stultitiam, quod per eam homines alienis commodis cum damno proprio velificarentur. Quae objectio ex ignorata justitiae definitione nata est. Caritas enim sapientis stulta esse non potest. Hoc ergo supererat, ut ostenderet Carneades, impossibilem esse Definitionem
20 nostram, id est

5 (1) Justitiae definitio (2) Justitia . . . sapientis. *L*¹ 7 sapientis, (1) sive quae in sapienti | (2) hoc est (3) seu qualem sapientissimus (4) seu quam sapiens haberet, et (5) caritatem . . . generalem *erg.* | quae *L*¹ 8 f. in (1) sapienti: (2) sapientissimo, | si . . . versaretur *erg.* | (a) ; non quod (b) . Quod . . . quasi *L*¹ 9 sit (1) esse sapientem, (2) rerum cognitione excellere, *L*¹ 9 f. et . . . intelligere; *erg.* *L*² 11 faceret (1) sive sit ipse sapiens, (a) aut certe (b) sive ratione agere assuetus, (c) sive (2) | aut (a) praeciperet (b) juberet *erg.* | *L*¹ 11 ipse (1) sapiens erit, sive (2) | summa *erg.* | *L*¹ 11 f. erit, *erg.* (1) sive | (2) vel saltem *erg.* | quod | ad justitiam *gestr.* | hic *L*¹ 12 sufficit, (1) suetus (2) | promptus *erg.* | *L*¹ 12–14 | Et . . . | moderandis *erg.* | . . . hominem, (1) benevolentia scilicet (2) nocendi juvandique (ri) (3) seu . . . occupari. *erg.* | *L*¹ 15 est caditque | caritas *erg.* | *L*¹ 17–19 | quod (1) alienis commodis velificaretur (2) per . . . velificarentur; *erg.* | (a) nam si sapiente digna est, stulta esse non potest. | (b) quae . . . potest. *erg.* | *L*¹ 19 f. Carneades, (1) justitiam, quam definivimus impossibilem esse, | (2) quodsi quis defendat impossibilem esse nostram (a) notionem | (b) definitionem *erg.* | (3) impossibilem esse (a) notionem (b) definitionem nostram, *erg.* | *L*¹

caritatem cum ratione consistere non posse. Sed posse ex ipsis Caritatis et Sapientiae notionibus manifestum est. Sapientia enim est Scientia felicitatis, jam saepe in futurum utile, et in Summa suadendum est, felicitatem hoc est laetitiam durabilem quaerenti (: cujus magna pars recte factorum conscientia est :), alienis commodis etiam cum sua praesenti jactura favere, neque aliud a Viro justo nos desideramus, quam quod ipsimet maxime utile esse ostendemus. Itaque desideratum Socratis implebimus, qui honestatem et utilitatem male dissociata reconjungi optabat, illique male precabatur, qui primus disjunxisset.

Caritatis natura.

Caritas est habitus amandi omnes, seu benevolentia universalis suis tamen gradibus pro ratione objecti discreta. Consistit autem per se, non in actu sed habitu, seu valida mentis inclinatione, quam sive sorte nascendi, sive singulari Dei beneficio, sive crebro usu acquisivimus. Unde justitia quoque habitus erit. Neque vero amare possumus singulos (quos nec novimus) nisi quatenus amamus omne genus humanum, sive potius omne genus ratione utentum; parati et cupidi cum occasio tulerit, erga omnes, quatenus res patitur, optimam voluntatem nostram opere ipso testari. Si vero plurium utilitates inter se pugnabunt, praeferemus id quod erit in summa melius, id est conveniens pluribus praestantioribusve. Ac caeteris paribus eo magis quemque amabimus, quo magis perfectione animi, seu vera Virtute excellat.

1–8 posse. (1) At posse satis ex ipsis Caritatis et Sapientiae notionibus apparebit | (2) Quod ex ipsis Caritatis et Sapientiae notionibus refelletur | (3) Sed . . . manifestum est *erg.* | (a) : et revera utile est aliena commoda promovere, etiam si (aa) aliquando (bb) in spe (cc) id cum nostro damno impraesentiarum fieri videatur; | (b) , nam | (c) Sapientia . . . felicitatis, jam *L*² | (aa) ut taceam utile saepe esse (bb) saepe . . . | felicitatem . . . est :), *erg.* *L*² | . . . favere, *erg.* | (aaa) neque (bbb) nihil (ccc) neque . . . justo (aaaa) docebimus, | (bbbb) exigitur (cccc) nos exigimus (dddd) nos desideramus *erg.* | , . . . primus (aaaaa) dissociasset (bbbbbb) separasset (cccc) disjunxisset. *erg.* | *L*¹ 9 Caritatis (1) definitio (2) | natura *erg.* | *L*¹ 10 f. omnes, (1) sive (a) ut ita dicam (b) amicitia | ut exactius loquar *erg.* (c) benevolentia *erg.* | universalis | suis . . . discreta *erg.* | . *L*¹ 11 per se, *erg.* *L*² 11 f. habitu, id est in (1) firma (2) valida *L*¹ 13 usu quaeivimus. Unde *L*¹ 13 vero (1) omnes (2) amare *L*¹ 14 (quos | quia *erg.* u. *gestr.* | nec *L*¹ 15 et cupidi *erg.* (1) omnibus prodesse (2) cum *L*¹ 15 f. omnes (1) benevolentiam (2) optimam voluntatem *L*¹ 16–19 Si . . . id est utilius pluribus praestantioribusque. Ac . . . virtute excellat. *erg.* *L*¹

Quid sit Amare, et quomodo possibilis sit Amor honestus, quo amans amici bonum per se expetit.

Amorem hic intelligo, qui vulgo honestus, Scholasticis amor amicitiae appellatur. Hoc itaque sensu amare est alterius felicitatem per se expetere, vel quod eodem redit, alterius felicitate delectari. Nam jucunda per se expetimus, licet nullo inde fructu percepto aut sperato; et vicissim quaecunque per se expetimus jucunda sunt. Talis est vere amanti felicitas amici, propriae scilicet felicitatis incrementum. Unde difficilis alias quaestio solvitur, quomodo amicorum commoda propter se expetere possimus, cum tamen constet omnia homines facere sui boni causa. Scilicet quia felicitas amicorum voluptas nostra est. Imago hujus amoris est etiam in affectu hominis erga res in quas felicitas non cadit: ita dicimur amare statuam, domum, equum, villam, oppidum, patriam; quando gaudemus harum rerum egregio statu, atque pulchritudine, et ipsa earum contemplatione ac sensu delectamur.

Praestantia Amoris Divini.

Hinc porro cum nihil sit Deo pulchrius perfectiusque, sequitur nihil amore Dei super omnia jucundius, et, si quis Deum norit, facilius esse. Licet autem Deo prodesse non possimus, facimus tamen aliquid simile, cum voluntatem ejus animo praesumptam adimplere conamur. In quo amico simul et Domino colendo vel ideo felices sumus, quod ipse semper felix est, nec unquam nobis doloris causa erit infortunio suo, aut auxilio nostro indigebit. Deinde quod cum semper omnia summa ratione agat, tuto cum eo a nobis agi potest, secus ac cum illis, qui affectibus rapti, nullam certam regulam

1 (I) Amoris definitio (2) Quid L^1 1 possibilis sit (I) amans bonum amici per se expetere (2) amor . . . expetit L^1 3 f. intelligo (I) quem vulgo honestum vocant, aut etiam amorem amicitiae appellant; quem ita definio: (2) qui . . . sensu L^1 5 f. expetimus, (I) etiamsi nullum alium inde fructum (a) ducemus (b) percipiemus. (2) licet nullo alio inde . . . sunt. L^1 7 propriae . . . incrementum *erg.* L^2 7 difficilis | (I) aliqui (2) alias *erg.* | L^1 8 quomodo (I) amicitia esse possit (a) qua (b) <ab uti> (2) amicorum bonum propter L^1 9 f. Scilicet quia felicitas (I) ipsorum | (2) amicorum *erg.* | . . . est. *erg.* L^2 10 amoris (I) pars (2) est L^1 10 res (I) inanimatas, ut cum equum pulchrum, villam, statuam, (2) in L^1 11 f. villam, (I) civitatem, | (2) oppidum, patriam, *erg.* | (a) quia (b) quando (aa) harum rerum optimo statu, sive recta (aaa) co (bbb) g (bb) gaudemus L^1 13 ac sensu *erg.* L^1 13 delectamur. | Si quid autem ipsis secus acciderit, omnibus viribus nitimur, ut delicias nostras integritati suae restituamus. *erg.* | L^1 14 divini | et de discrimine voluntatis Dei praesumptae et (I) declaratae (2) declarandae *erg.* u. *gestr.* | L^1 15 Hinc (I) etiam intelligitur (2) porro . . . sequitur L^1 17 tamen nos aliquid L^1 18 simul et domino *erg.* L^1 18–S. 2893.1 sumus, (I) quod (2) quod . . . vero L^1 20 semper (I) ratione (2) omnia L^1 20 cum eo *erg.* L^1 21 nobis potest (I) coli, | (2) agi *erg.* | secus L^1

sequuntur, et ab illis quoque offendi possunt, qui eos maxime ornare volunt. Hic vero semper bona voluntate contentus est, et omnia bene gesta, aut destinata, seu quae praesumtae voluntati suae consentanea sunt, uberrime repensat.

De discrimine Voluntatis Dei praesumtae et eventu declarandae absolutae.

Licet autem nihil omnino fieri possit ipso ita plane invito, ut contrarium decreverit, 5 ea tamen vere nolle dicitur, quae non vult permittere, nisi sub conditione poenae ejus qui facit. Et vicissim ea verissime vult, quae jubet, seu quae nos vult velle, sive quae nos facientes vel saltem studiose conantes, praemio afficit; licet ea non semper velit voluntate illa absoluta, quae successum infallibilem habet. Fieri enim potest, imo solet, ut me Deus aliquid velit agere atque conari, quod absolute fieri aut mihi succedere non 10 decrevit; et vult aliquando ut petam, quae non vult ut obtineam. Nos tamen quamdiu divina illa voluntas absoluta atque efficax, eventu declaranda, nobis nondum manifestata est, praesumere, atque conando agendoque exprimere debemus, Deum absolute velle quae jubet, et absolute nolle quae vetat. Et Voluntas Dei moralis (hoc est praeceptis seu dictaminibus et promissis minisque nobis declarata), apud nos debet 15 esse Voluntas absoluta praesumta, quam omnes sequi debent, donec aliud potius absolute velle vel permittere Deum eventu constiterit. Semper enim praesumtam Voluntatem suam implere satagentes praemio, secus facientes poena afficit. Quod etiam faciunt alii sapientes Legislatores.

1 et (I) tum maxime quoque (2) ab *L*¹ 1 maxime (I) colere (2) | ornare *erg.* | *L*¹ 2 aut destinata *erg.* *L*² 3 praesumtae ejus voluntati consentanea *L*¹ 5 absolutae *erg.* *L*² 5 contrarium | ageret *erg.* *u. gestr.* futurum *gestr.* | decreverit, *L*¹ 6 vere *erg.* *L*¹ 6 permittere *erg.* *L*¹ 7–19 facit (I) ; id est quae sunt contraria praesumtae ejus voluntati, quam omnes sequi debent, donec (a) contrarium ipsum | (b) aliud potius Deum *erg.* | velle | vel permittere *erg.* | ob rationes nobis forte incognitas, eventu constiterit. Et (aa) hanc praesumtam suam voluntatem (aaa) adimplentes (bbb) adimplere conantes semper praemio afficit, atque ideo | (bb) quia ut diximus praesumtam suam voluntatem adimplere conantes semper praemio afficit, ideo *erg.* | (aaa) absolute dicitur | (bbb) intelligitur *erg.* | , quae ei consentanea sunt, velle, | sive jubere, *erg.* | (aaaa) etsi saepe alia decreverit (bbbb) etiam cum alia | permittere *erg.* | decrevit. | Saepe enim me Deus vult | vel jubet *erg.* | aliquid agere | atque conari *erg.* | , quod non vult mihi succedere, neque fieri et vult aliquando ut velim quae non vult ut obtineam. *erg.* | (2) . Et similiter ea . . . Legislatores. *L*¹ 7 quae jubet, seu *erg.* *L*¹ 8 studiose *erg.* *L*¹ 9–11 Fieri . . . conari, (I) quod non vult mihi succedere neque quod absolute vult fieri, | (2) quod . . . non (a) vult (b) decrevit, *erg.* | et . . . obtineam. *erg.* *L*¹ 12 voluntas absoluta *L*¹ 13 atque . . . exprimere *erg.* (I) Deum fieri (2) debemus *L*¹ 14 Voluntas Dei moralis *L*¹ 15 praeceptis | suis *gestr.* | ac dictaminibus *L*¹ 15 et promissis minisque *erg.* *L*² 16 praesumta (I) . Eaque ratione (2) , quam *L*¹ 18 implere conantes praemio, *L*¹ 18 etiam faciunt alii *L*¹

Voluntas Dei easdem quas sapientia, nobis agendi regulas praescribit.

Est autem Praesumpta Dei Voluntas, ut quisque ea agat, quibus videtur se ipsum, et quae sunt circa se ipsum maxime perficere posse, seu ut quisque conetur ornare Spartam suam; quod idem et sapientiae dictatum est, quoniam laetitia consistit in
 5 sensu perfectionis. Itaque debemus pro viribus et modulo nostro in emendandis nostris rebus, ac publico bono procurando niti, licet non semper successus faveat; quo destituente nec tristari, nec taedio obrepente desistere lassarive oportet. Quoniam Dei solius est, tempora nosse, et modos, quibus optime exitus reperietur. Itaque ubi nostrum officium fecerimus, contenti simus circa praeterita, in quibus Dei voluntas jam eventu
 10 cognita est; quam optima autem reddere conemur futura, de quibus nondum quicquam nobis declaravit Deus, et nostrae industriae locum reliquit. Et sane pro certo habendum est, omnia tam perfecte a Deo fieri in mundo, qui et mala in majus bonum convertit, ut meliora, et singulis, hoc cognoscentibus, atque adeo Deum amantibus, et gubernatione ejus contentis, utiliora, ne optari quidem possent ab intelligente. Unde jam habemus
 15 causam gaudii perpetui et consensum Divinae Voluntatis cum posita supra definitione justitiae, et conciliationem, sapientiae ac summae caritatis.

Quia Deus existit, ideo sapienti licet liberrime exercere caritatem.

Cum enim Deus sit sapientissimus pariter et potentissimus, idem et justissimus erit, et justis praestabit securitatem, ut tuto liceat recte agere, et possimus ingratis etiam, imo

1 (1) Quae sit Voluntas Dei praesumpta quam debemus sequi, et consensus ejus cum sapientia et justitia unde nascitur et fit quoque ut sapiens tuto possit juste agere | supraposita justitiae definitione *erg.* | . (2) Voluntas Dei praesumpta sapientiae dictatis consentit. *L*¹ (3) De discrimine Voluntatis Dei praesumptae et eventu declarandae (4) Voluntas . . . praescribit. *L*² 2 Praesumpta Dei voluntas, *L*¹ 2 ea *erg.* *L*² 3 posse *erg.* *L*¹ 4 f. quod . . . est *erg.* (1) . Licet forte alia Deus (2) , inque (3) . Itaque . . . in *L*¹ 4 f. quoniam . . . perfectionis *erg.* *L*² 5 f. nostris *erg.* *L*¹ 6 f. quo destituente nec (1) defatigari (2) tristari . . . lassarive (a) debemus (b) oportet *erg.* *L*¹ 8–11 Itaque . . . praeterita | in . . . est *erg.* | ; quam . . . reliquit. *erg.* *L*² 11 sane *erg.* *L*² 12 est | nobis *gestr.* | , omnia *L*¹ 12 a Deo *erg.* *L*¹ 13 f. et singulis hoc intelligentibus | atque . . . amantibus *erg.* et . . . contentis *erg.* | utiliora *erg.* *L*¹ 14 f. habemus (1) conciliationem (2) causam . . . consensum *L*¹ 16 ac caritatis | summae *erg.* | . *L*¹ 17 (1) Voluntas Dei quae nobis agendi regula est, cum sapientiae dictatis consentit. (2) Quia . . . caritatem. *L*² 17 Deus (1) est, (2) existit, ideo *L*¹ 18 idem | et *erg.* | *L*¹ 19 et (1) justitiae (2) justis *L*¹ 19–S. 2895.5 tuto (1) juste agere | et ingratis etiam, imo et hostibus ac nocituris (a) prodesse (b) non tantum bene velle, sed (aa) et prodesse (bb) et interdum nocendi materiam suppeditare *erg.* | possint, | (2) liceat . . . suppeditare; *erg.* quod . . . Idque | (a) aliquando (b) saepe *erg.* | . . . fit, *erg.* . . . amanti *erg.* | , cum *L*¹

et hostibus ac nocituris non tantum bene velle, sed interdum nostro juvantium malo prodesse, et nocendi nobis materiam suppeditare eo animo ut ipsorum saluti consulamus, atque ita malum bono vincere, quod carbones ignitos in capita hostium colligere Scriptura vocat. Idque saepe tuto et cum fructu fit, quia omnia denique in bonum majus cedere necesse est Deum amanti. Cum alias, si Deus deesset rebus, saepe justitia 5 bonorum statura esset intra ipsorum voluntatem, factis autem externis imitandi aliquando essent mali et belluino ritu viventes, quos qui salvi esse vellent, iisdem artibus oppugnare, vel etiam praevenire subinde cogarentur.¹ Hunc autem statum naturae sibi relictæ ac sine rectore fluctuantis sane miserrimum, fingi quidem posse docendi causa, existere in rebus non posse, Deus effecit. Immortalis enim anima nullius injuriis nisi 10 propriis exposita, semper in manu et praesidio Dei est; divineque Christus eos timere vetuit, qui corpus occidere possunt, animae autem nocere non possunt. Itaque non vitae amplius et membrorum conservatio; sed verae perfectionis sive salutis cura, verissimum erit justitiae fundamentum, cujus causa quidvis liceat, modo sit ad eam tuendam necessarium. Interim ea est salutis natura, ut minimis indigeat, et propemodum quae aliis 15 damnosa sint, nullis. Cum contra saepe vitam et membra, et quae his juvandis conservandisque vulgo comparantur, opes honoresque nisi aliorum damno tueri nequeamus. Ut in naufragio patet, quando duo de tabula pugnant. Quatenus autem pugnare liceat, certis justitiae, hoc est

¹ *Am Rande in L¹ als Zwischenüberschrift gestrichen:* Dei existentia sublatum esse 20 statum naturae rudis seu sibi relictæ belluinum sive jus omnium in omnia et sapientem secure caritatem exercere posse et bonum inter malos tutum praestari.

5 f. rebus, (I) saepe | (2) plerumque *erg.* | justitia (a) eorum | (b) bonorum *erg.* | L¹ 6 intra eorum voluntatem, (I) dum malos et belluino ritu viventes (2) factis L¹ 6 f. imitandi essent (I) mali, (2) nonnunquam mali L¹ 7 quos (I) nisi salvi esse velint alii, (2) qui . . . vellent, L¹ 8 subinde *erg.* L¹ 11 Manu (I) Dei est (2) et L¹ 11 f. est; (I) nec vitae et membrorum sed potius innocentiae et (a) rationis (b) virtutis conservatio summum est juris fundamentum, (2) divineque . . . | autem *erg.* L² | . . . possunt L¹ 13 conservatio *erg.*, sed (I) perfectionum animae cura ultimum erit (2) verae | animae *gestr.* | perfectionis L¹ 13 f. cura (I) verum | (2) verissimum *erg.* | L¹ 14 f. quidvis (I) in quosvis liceat patrare, quod ad eam tuendam necessarium esse videatur, (2) liceat . . . necessarium *erg.* summi enim mali vitatio | necessaria *erg.* | quaevis etiam (a) legitima est (b) licita est *erg.* | . (aa) Revera tamen (bb) Tametsi (cc) Interim L¹ 15 salutis (I) anima (2) natura L¹ 16 contra *erg.* L¹ 16 f. membra | et quae his conservandis comparantur *erg.* | nisi L¹ 16 his (I) tuendis (2) | juvandis *erg.* | L² 18 patet (I) ubi quisque Tabulam (2) quando L¹ 18–S. 2896.1 pugnant. (I) Unde (2) Itaque male consultum hominibus esset, si L¹ 21 f. | et sapientem (I) tutius | (2) securius *erg.* | quam (a) ante | (b) alias *erg.* (3) secure *erg.* | . . . posse *erg.* et . . . malos (a) posse (b) securum esse (c) tutum praestari *erg.* | L¹

sapientiae regulis definiri potest. Interim male consultum esset naturae humanae, si summa rerum in his consisteret, quae aliquando alteri eripere necesse foret. Potius credendum est, praerogativum verae felicitatis esse, ut multitudine sociorum augeatur.

510.DE SYSTEMATE JURISPRUDENTIAE CONDENDO

5 [Frühjahr 1686 bis Sommer 1686 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 5 u. 8. 1 Bog. 2^o. 3 Sp.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 782–785.

10 Das Stück stellt einen weiteren Ansatz dar, ein neues System der Rechtswissenschaft (*Jurisprudentiae systema*) auszuarbeiten, wobei sich Leibniz hier hauptsächlich auf die förmliche Aufzählung einiger Punkte des zum *jus naturale* gehörenden *jus privatum* beschränkt. Wir datieren nach dem häufig belegten Wasserzeichen.

Jus pariter et judicium, quo jus persequimur, duplex est publicum et privatum. Publicum judicium est, quod inter privatum et rempublicam exercetur, rempublicam inquam quatenus respublica est, et publicam utilitatem continet; non quatenus
15 possessiones aliquas habet, aut actus obit ad instar privati. Itaque si cum fisco principis aut civitatis judicio experiare privatum judicium est, sin de praemio tuo agatur, aut poena, sive quid a te exigatur, virtutis atque honestatis, aut securitatis publicae causa, publicum judicium esse existimatur. Quoniam autem causae publicorum judiciorum multiplices admodum sunt, et plurimum habent ab arbitrio legislatorum, et pro
20 reipublicae forma, atque usu cujusque gentis mire variant; causae vero judiciorum privatorum magis in naturali jure subsistunt, et apud plerosque populos magnam partem eadem habentur, et paucioribus capitibus continentur, ideo ab his ordinandis recte incipietur.

2 f. consisteret, (1) de quibus aliquando (a) oportet pugnari (b) pugnari <oportet> | (2) de quibus (a) litigare | (b) certam aliqua (3) quae (a) sibi mutuo | (b) aliquando alteri *erg.* | eripere *erg.* | necesse (aa) esset | (bb) est (cc) foret *erg.* | . (aaa) Atque illud habent aeterna bona (bbb) Illud (ccc) Natura (ddd) Cum contra (aaaa) vera felicitas multitudine sociorum augeatur (bbbb) verae felicitatis est ut (eee) Potius credendum est naturam vera . . . augeatur. *erg.* | *L*¹ 16 aut civitatis *erg.* *L* 17 virtutis (1) aut (2) atque honestatis, (a) et (b) aut *L* 19 et *erg.* pro *L* 22 ideo *erg.* *L*

Jurisprudentiae systema diversa ratione condendum est, pro usu eorum, quibus traditur. Nam si Legislatoribus scribamus, et his qui ipsis a consilio sunt, tradenda est per causas, et ex utilitate reipublicae demonstranda, ut proinde nihil aliud jurisprudentia futura sit, quam scientia civilis, quae legibus publicis stabilita est. Possis etiam dare Historiam Legum, ostendereque quomodo paulatim sint mutatae in aliqua republica non tantum ob publicam utilitatem, sed et ob errores hominum atque affectus. Sed neque politicis neque Historicis legum causis populi indigent; imo nec Magistratus, nisi quibus legislatoriae auctoritatis pars concessa est.

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz anschließend ersetzt:

Possunt illi brevi et accurata eaque ordinata recensione contenti esse, sed duplex potissimum ordo hic occurrit, vel enim proposito facto enumeratur quicquid juris exinde nasci potest; vel contra proposito jure enumerantur facta ex quibus nascitur tolliturve. Priore modo leges spectantur velut cautelae sive compendia rei familiaris modique rei acquirendae ac conservandae, ut scilicet appareat, ex quibus factis quodnam jus sequatur, eaque tractatio legum pertinet ad oeconomiam scientiam. Ita utile est patrem familias diligentem, vel certe eum qui aliis consilium daturus est, catalogum habere earum quae jure constituta sunt circa aedificia, circa pascua, circa aquas, aliaque multa, quem inspiciendo cavere sibi aliisque possit. Verum hujus catalogi loco esse possunt indices materialium qui corpori legum plerumque subjiciuntur, ut alios multos taceam tractatus peculiare Repertoriave, quae passim extant. Fateor tamen leges publicorum judiciorum, politicas scilicet, militares, fiscales, criminales utiliter factorum ordine disponi, ut habeant subditi in conspectu, quid sibi sit cavendum observandumque.

Possunt illi clara brevi et accurata eaque ordinata recensione contenti esse, clara, ne qua facile de sensu legislatoris disputatio oriatur, brevi, ne quid redundet, accurata, ne quid desit, ordinata, ut lex facile reperiri ac retineri possit.

Ordinata legum recensio duplex esse potest, una secundum facta, altera secundum jura. Secundum facta, quoties proposito unoquoque facto enumerantur varia jura quae inde nascuntur. Atque haec methodus est per personas, res, et actus. Ita recensetur, quae

1 Jurisprudentiae (I) diversimode disponenda systemata (2) systema L 2 scribamus, (I) sapiendum est a causis (2) et L 4 est. (I) Sed cum Leges proponuntur populis ad usum judiciorum (2) Sed ipsas Leges (a) ea ord (b) non ea ordine, quo sunt inventae, vel quo debere inveniri, sed (3) Possis L 5 in aliqua republica erg. L 6 affectus. (I) Verum cum Leges proponunt (2) Sed neutro horum indigent populi, imo nec iudices, nisi quibus a (3) Sed L 7 Magistratus, (I) quibus (2) nisi L 10–12 esse (I) ubi rursus dupliciter spectari leges, (a) possunt | (b) vel ut proposito facto enumeretur quicquid juris exinde nasci potest; vel contra ut proposito jure enumerentur | (2) sed . . . enumerantur erg. | . . . spectantur erg. | L 12 tolliturve. (I) Nam leges (2) Priore L 14 ad (I) rem (2) oeconomiam L 14 f. familias (I) velut indicem (2) diligentem . . . catalogum L 16 quem (I) consulendo cavere sibi (2) inspiciendo . . . aliisque L 17 ut (I) aliam (2) alios L 21 clara erg. L 22 facile erg. L 25 facto (I) enumeratur quod (2) enumerantur L 26 per (I) jura, res (2) personas L

sint privilegia foeminarum, quae pupillorum, quid circa aedificia, pascua, aquas, sit observandum, quae in contractibus cautelae adhibendae. Eaque methodus utilis est privatis ad res acquirendas conservandasque, ad cavendas insidias inimicorum, ad famam denique vitamque tuendam. Et vero Leges quae de jure publico, rebusque sacris, publicis
 5 singulariter ita dictis, militaribus, fiscalibus, politicis, criminalibus, traduntur, non videntur alia melius ratione proponi posse, quam ut cuique hominum generi et professioni quam vocant sua praescribantur officia quibus non tantum poenas sed et damna evitare quin et praemia laudemque consequi possint. Deinde de rebus quoque peculiariter dicitur, colligendo in unum fasciculum quae circa eandem rem diversarum
 10 etiam professionum homines observare debent, ita separatim leges vestiariae, sumptuariae, agrariae, de aedificiis, de sylvis proponuntur, quanquam ne bis eadem dicantur modo cum de re modo cum de persona agitur, aliquando sufficiat uno loco indicari quae alio uberius explicantur, quo remittendus erit lector. Postea Actus consequuntur, laudabiles, culpati, indifferentes effectum tamen suo non destituti quales in criminali jurisprudentia
 15 pariter atque in reliquis juris partibus enarrantur sed ne semper nos de ordine nimis anxios esse oporteat, cum hic non scientia sed simplici recensione sit opus, indices alphabetici praestare possunt.

Alia Methodus est, ut jura ipsa ordine percensentes, atque unicuique immorantes explicemus, ex quibus causis nasci, intendi, infringi, tolli possit. Ita enim quod facti est
 20 juri subijcimus, quemadmodum supra subjeceramus jura facto. Eaque Methodus imprimis apta est instruendis judiciis, ut quisque postulationem edens velut digito indicare possit, quam actionem instituat, seu quibus ex causis quid petat. Ea quoque ratione ex immensa illa multiplicitate, quam prior recensio attulit, jus in arctum cogi, ac certum determinatumque reddi potest. Itaque leges privatas imprimis non alia ratione
 25 commodius tradi posse arbitror, quam ut enumeremus species jurium realium, personaliumque, et causas uniuscujusque. Praemittenda tamen sunt aliqua ad factum, seu ad personas, res, actus, pertinentia compendii causa, ut quod in universis aut certe multis juris speciebus locum habet, quotiescunque illa persona, illa res, illud factum occurrit, semel in

1 quae (I) infantum (2) pupillorum, L 3 res (I) suas (2) acquirendas L 4 vero (I) in tradendis
 (2) Leges L 4 f. rebusque (I) milita (2) po (3) sacris . . . dictis, L 6 f. et . . . vocant *erg.* L
 7 tantum (I) poenam (2) poenas L 9 peculiariter (I) aliaque constituitur (2) dicitur, L 9 unum (I)
 cumulum (2) | fasciculum *erg.* | L 11 eadem (I) circa res et personas (2) dicantur L 13 Postea (I) Facta
 (2) Acta (3) Actus L 14 effectum . . . destituti *erg.* L 15 partibus (I) reperiantur (2) | enarrantur *erg.* | L
 15 f. nimis *erg.* L 16 sed (I) memoria (2) simplici L 19 nasci (I) possit, eaque ordine jus privatum
 apte tradi arbitror (2) infringi (3) intendi L 21 ut (I) appareat (2) quisque L 23 f. ac . . . reddi *erg.* L
 24 leges (I) privati imprimis juris (2) privatas L 25 enumeremus (I) quandonam jus reale, aut personale
 causas juri (2) species L

universum admoneatur. Sunt enim communia omnium jurium, sunt communia omnium realium jurium, sunt alia communia aliorum, sunt propriae unicuique juri causae, quae omnia non nisi factorum ordine disponi possunt. Juris tamen varietates totum systema moderantur, ultima tantum cujusque capituli sub divisione factis relicta.

Juris privati duae [sunt] partes, una de Causarum Meritis, ut vocant, altera de 5
Judiciorum forma. Causarum Merita his videntur capitibus contineri:¹

1° Persona quae habetur pro Nulla.

2° Persona quae habetur pro alia persona, ubi et persona quae personam 10
repraesentat.

3° Res quae habetur pro nulla.

4° Res quae habetur pro alia re. Ubi et rerum accessiones.

5° Actus qui habetur pro nullo.

6° Actus qui habetur pro alio actu, ubi et actuum circumstantia.

7° Causa acquirendi juris in corpus personae, seu juris personalissimi.

8° Causa amittendi.

9° Causa acquirendi juris realis.

10° Causa amittendi.

11° Causa acquirendae obligationis.²

12° Causa amittendae.

13° Causae quae non ipso jure tollunt postulationem sed elidunt per exceptionem. 20

14° Praescriptiones temporales.

¹ *Am Rande*: De Fictionibus juris generaliter. De probationibus et praesumptionibus. De qualitativis personarum. De rerum qualitativis.

² *Am Rande*: De obligationibus praecisus seu in factum conceptis. De obligationibus non 25
faciendi, a quibus quis a privata autoritate impediri potest. De obligationibus faciendi
ad quae quis privata autoritate cogi potest, seu de jure privatae autoritatis in personam,
vel in rem. Libertas praemittenda obligationi.

2 aliorum, (1) quae non nisi factorum ordine (2) sunt *L* 3 f. Juris . . . relicta. *erg. L* 5 privati (1) igitur (2) haec summa capita recenseri posse (3) duae (a) sunt summa cap (b) partes *L* 11 re. (1) 4° Actus qui habetur pro nullo (2) Ubi *L* 14 acquirendi *erg. juris (1) in rem (2) realis (3) pers (4) in L* 14 personalissimi. (1) 8° Causa juris realis. 9° Causa obligationis. (2) 8° *L* 20 tollunt (1) actionem, | (2) jus (3) postulationem *erg. | L* 21–S. 2900.2 temporales. (1) Videtur in universum de (a) Causis (b) interpretationibus Facti et de Causis juris dicendum esse. Interpretationes Facti sunt circa (aa) personarum valorem, (aaa) sub (bbb) in (bb) valorem (aaa) personarum, rerum, actuum (bbb) personarum (2) Juris . . . forma. *L* 22 praesumptionibus. | De Accessionibus personarum. De repraesentationibus personarum. *gestr. | De L*

Juris privati duae sunt partes, una de causarum meritis, ut vocant, altera de judiciorum forma.

Tota doctrina de Meritis causarum rursus duas habet partes, unam de interpretationibus Facti, alteram de causis juris. Et quanquam interpretatio facti sit in
 5 arbitrio judicantis, causae autem juris ex legibus sint petendae; attamen leges ipsae interdum judicantibus praeerunt aliquas facti interpretationes authenticas reddidere, praesertim illas, quae magis arbitrariae sunt, et quibus jurisconsulti vel iudices per se non erant usuri. Consistit autem interpretatio facti in rerum veritate, et in praesumptionibus fictionibusque juris. Et praesumptiones juris ex probabilibus tanquam certis concludunt
 10 aliquid de rerum veritate; et interdum nec probationes in contrarium admittunt quemadmodum cum res iudicata pro veritate habetur. Quo casu in fictiones juris degenerant. Fictiones enim juris res certa quadam ratione interpretantur, etiamsi constet sese aliter habere naturam. Et quidem interpretationes facti secundum rerum veritatem non ex jurisprudentia, sed ex scientia cujusque rei petendae sunt, exempli gratia, tempus
 15 partus ex scientia naturali, cum quaeritur utrum aliquis pro posthumo Titii sit habendus. Et has tamen interpretationes ex natura sumtas subinde firmant leges, quod annotare debet, qui omnia Legum et Jurisconsultorum placita in ordinem redigere volet. Sed nobis propositum est, eas tantum interpretationes facti referre, quae vel non satis certae sunt, adeoque si non ob rationem certe ob legem tenentur; vel quas praeter rerum
 20 naturam lex introduxit. Et ad interpretationes facti etiam peculiare quasdam probationes refero, quae per naturam non satis certae, a legibus plenam auctoritatem acceperunt.

6 interpretationes (I) auctoritate sua vel (2) authenticas L 6 f. reddidere, (I) quarum aliquo (2) ex quibus (a) nonnulli (b) nonnullas non fuissent ausi (3) praesertim L 7 illas, (I) quas (2) | quae . . . et erg. | quibus L 7 iudices (I) non erant (2) per L 8 f. facti (I) generaliter (2) in personarum rerum et actuum interpretatione. Person (3) in fictionibus juris, et praesumptionibus juris, quo pertinent probationes jure constitutae (a) quae (b) ex quibus praesumptiones juris sunt (4) | in . . . in (a) fictionibus | (b) praesumptionibus fictionibusque erg. | juris. erg. | Et L 10 veritate; (I) fictiones (2) et L 11 quemadmodum . . . habetur. erg. (I) Interdum etiam (2) Quo L 12 juris (I) aliquid fingant de rebus (2) res L 13 facti (I) ex rerum veritate (2) secundum rerum veritatem L 14 sed (I) scientiis (2) ex scientia L 15 f. cum . . . habendus. erg. (I) quas tamen (2) Et L 16 tamen (I) interdum (2) annota (3) interpretationes . . . subinde L 19 sunt, (I) ideoque legibus (2) adeoque L 21 naturam (I) incertae (2) non L

F 2. SCIENTIA JURIS NATURALIS

EXCERPTA, EXCERPENDA ET NOTAE MARGINALES

511.DE LEGUM INTERPRETATIONE AC POTESTATE. EXCERPTA ANNOTATA
EX CORPore JURIS CIVILIS
[1677 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 53–54. 1 Bog. 2°. 2 1/8 Sp.

Das Stück enthält eine Stellensammlung aus den Digesten und kann als Vorarbeit zu Leibniz' 5
weiterführenden Überlegungen, besonders zur Neuordnung des römischen Rechts, gelten. Auch das häufig
belegte Wasserzeichen stützt eine Datierung auf die frühe Zeit in Hannover.

De legum interpretatione

Cum¹ in uno casu sententia (legum) manifesta est, is qui jurisdictioni praeest ad
similia procedere atque ita jus dicere debet.(+ *Ad similia* inquam id est quae tendunt ad 10
eandem utilitatem +) l. 12. et seq. *de Leg.* adde l. *de quibus* 32 eod. *quoties deficit actio*
vel exceptio, utilis actio vel exceptio danda est l. *quoties* 21 *de praescript. verb.*

Lex ² utilis reipublicae adjuvanda est interpretatione. l. *hoc modo* 64. *de condit. et*
dem.

Quod vero contra rationem juris receptum est non est producendum ad 15
consequentias, l. *quod vero* 14 *de Leg.* add. l. *quod non* 39. eod. (+ cessante porro ratione
legis lex ipsa cessat, itaque +) quod favore quorundam constitutum est, quibusdam
casibus ad laesionem eorum nolumus inventum videri, l. *quod favore* 6. *C. de Leg.* (add.
l. *nulla juris ratio* 25. D., eod. l. *plures* 18. in fin. *C. de fide instrum.* Exempla sunt in l.
carbonianum 3 § *divus enim De Carbon. edict.* et l. *non eo minus* 14 *C. de procur.* et l. 20
cum hi 8 § *eam transact.* D. *de transact.* et l. *contra* 28. in princ. *de pact.*).

Etsi³ nihil facile mutandum in solennibus tamen ubi evidens aequitas postulat
subveniendum est, l. *etsi nihil.* [183.] *de Reg. jur.* l. *in omnibus* 90 *de Reg. jur.* Exempla
sunt

¹ Cum *bis* debet durch Anführungszeichen am Rande hervorgehoben. 25

² Lex *bis* interpretatione durch Anführungszeichen am Rande hervorgehoben.

³ Etsi *bis* subveniendum durch Anführungszeichen am Rande hervorgehoben.

in 1. *in summa* 2. § *quanquam* D. *de aqua pluvi. arc.* 1. *filio praeterito* 17. *de injust. test.* 1. *ait praetor* 1. *de in int. restit.*

Plane in re dubia melius est verbis edicti servire, l. 1. § *sed si sciente de exerc. act.* (et) non aliter a significatione verborum recedi oportet quam cum manifestum est aliud
 5 sensisse testatorem, adde l. *sicut* 8. § *si debitori* D. *Ubi pignus vel hypoth. solv.* 1. *si vero* 64. § *de viro* in f. D. *solut. matrim.* (nam) contra legem facit qui id facit quod lex prohibet, in fraudem vero legis qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit, l. *contra legem* 29. *de Leg.* (sed) non dubium est contra legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec poenas legibus insertas evitabit qui se
 10 contra juris sententiam saeva (+ lego: *scaeva* +) praerogativa verborum fraudulenter excusat.

Benignius leges interpretandae sunt, ut voluntas eorum conservetur, l. *benignius* 18. *de Leg.* adde l. *nulla* 25. *de Leg.* 1. *semper* [56.] et l. *ea quae* in fin. *de R. I.* Exempla sunt in l. *non sine ratione* 5. § *quamvis* C. *de bonis quae liberis.* 1. *per fundum* 11. D. *de*
 15 *servit. rustic. praed.*

Beneficium⁴ imperatoris . . . debemus quam plenissime interpretari, l. *beneficium* 3. *de const. princ.* (exemplum est in l. 2. C. *de bonis vac.*) (+ in legibus interpretandis adhiberi potest argumentum quod vocant a contrario sensu, exempli causa +) cum lex in praeteritum quid indulget in futurum vetat, l. *cum lex* 22. *de Leg.*

20 ⁴ Beneficium *bis* interpretari durch Anführungszeichen am Rande hervorgehoben.

1 Dig. 39, 3 1. 2 § 5. 1 Dig. 28, 3 1. 17. 2 Dig. 4, 2 1. 1. 3 Dig. 14, 1 1. 1 § 20. 4 f. Dig. 32, 1 1. 69. 5 Dig. 20, 6 1. 8 § 16. 5 f. Dig. 24, 3 1. 64 § 9. 8 Dig. 1, 3 1. 29. 8–11 Cod. 1, 14 1. 5. 12 f. Dig. 1, 3 1. 18. 13 Dig. 1, 3 1. 25. 13 Dig. 50, 17 1. 56, 1. 192. 14 Cod. 6, 61 1. 5. 14 f. Dig. 8, 3 1. 11. 16 f. Dig. 1, 4 1. 3. 17 Cod. 10, 10 1. 2. 19 Dig. 1, 3 1. 22.

De Legum potestate

Leges⁵ et constitutiones futuris certum est dare formam negotiis non ad facta praeterita revocari, nisi nominatim et de praeterito tempore et adhuc pendentibus negotiis cau[sa]tum sit. l. *leges* 7. C. *de Leg.* (+ sed et hoc casu si appellatum sit +) justum nobis visum est ut secundum eas leges praedicta appellationis causa examinaretur quae tempore prolatae valuerint sententiae . . . tametsi legem postea promulgari contigerit quae novi aliquid disponat, et vigorem suum vel ad praeterita etiam negotia referat. Novell. 115. princip.

(+ Hic dubia nascuntur, videtur enim rationis esse ut distinguatur inter leges quae jus vetus interpretantur, et quae novum condunt; illas aequum, has iniquum est praeteritis et pendentibus causis accomodari, imo poenae lege nova definitae factis ante legem irrogari non posse videntur; et si testamentis nova forma praescriberetur, pertineret ad testamenta post legem condita. Sed hoc discrimen non satis observare videtur Imperator; nam si nominatim cavetur de praeteritis causis lege comprehendendis, signum est legem esse interpretatricem tantum, quo posito vim suam dudum habuit, tametsi id non omnibus esset manifestum, ac proinde etiam ad causas pertinet, in quibus a sententia lata appellatum est. +) Princeps legibus solutus est, Augusta autem licet legibus soluta non est. Princeps tamen eadem illi privilegia tribuit, quae et ipse habet, l. *princeps* 31. *de Leg.*

⁵ Leges *bis* referat *durch Anführungszeichen am Rande hervorgehoben.*

20

4 *Leg.* (1) quod signum est non tam esse legem novam quam veteris juris interpretationem) (2) quin imo si (3) (+ sed L 9 dubia (1) complura (2) nascuntur, (a) primum quid (b) an pendentes causae nunquam lege comple (c) videtur L 10 quae (1) futurum (2) novum L

512.EX ELEMENTIS FELDENII EXCERPTA ET SUBINDE IMMUTATA
[1677 (?)]

Überlieferung:

- 5 *L* Auszug mit Bemerkungen aus und zu J. v. FELDEN, *Elementa juris universi et in specie publici Justinianaei*, Frankfurt u. Leipzig 1664: LH II 3, 2 Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 4 Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 596–600 (Teildruck).

Dieses Exzerpt trägt dasselbe Wasserzeichen wie das vorangehende, dürfte also auch in der Frühphase unserer Periode angefertigt worden sein. Leibniz kannte Feldens »Elementa« schon aus seiner Studienzeit (vgl. VI, 1 S. 403). Später nahm er das Buch nochmals zur Hand und fertigte eine Reihe weiterer Auszüge an, die wir den Juristischen Schriften überlassen.
10

Die angegebenen Bezugsstellen innerhalb der beiden Teile des Buches von Joh. v. Felden beziehen sich auf Kapitel, Glied, Artikel und Nummer.

Ex Elementis Excerpta et subinde immutata

Pars I

15 De justitia et jure

[I, 2] Societas est compositum ex pluribus ad commune bonum (velut finem) tendentibus.

[I, 4] Societas naturalis, cum et appetitum ad finem Societatis, et instrumenta velut media natura suggestit.

20 [I, I, I, 1] Societas conjugalis est quae initur inter marem et foeminam procreandae sobolis gratia (+ addendum erat: et educandae +).

[I, I, II] Herilis Societas¹ est quae initur, ut qui se regere nequit ab alio regatur, contra hujus opera regenti prosit.

¹ Dieser Satz wurde von Leibniz eingeklammert.

16 est (I) multitudo b (2) compositum L

13 J. v. FELDEN, *Elementa juris universi et in specie publici Justinianaei*, Frankfurt u. Leipzig 1664. Ein ausführliches Exzerpt, das wohl die Grundlage für diese »immutatio« bildete, findet man unter der Signatur LH II 4, 1 Bl. 1–2.

[I, I, III, 1–2] *Societas paterna est inter parentes et liberos velut perficiens et perficiendum (+ ratione praeditum +).*

[I, I, IV, 1] *Domestica Societas est quae ex Praedictis componitur, dicitur et familia.*

[I, I, IV, 4] *Societas domestica tendit ad usum quotidianum.*

5

[I, II] *Civitas est Societas cujus finis est felicitas (+ imo ad Securitatem +).*

[I, III, 1] *Imperium est societas civitatum quae omnes unius civitatis vel hominis potentiae serviunt.*

[I, IV, 1–2] *Est et Societas gentium generalis, quia non omnis fert omnia tellus, sed non est haec societas perfectior civitate, quae tendit ad virtutem colendam, seu felicitatem.*

[II, I, 1] *Justum est quod Societatem Civilem conservat, quia justum est quod conservat societatem, ergo maxime quod societatem perfectissimam.*

[II, I, I] *Justitia universalis est compositum ex omnibus virtutibus ad civitatis bonum relatis.*

15

[II, I, II, 1] *Justitia particularis est virtus circa usum bonorum fortunae ut in his servetur aequalitas inter cives.*

[II, I, II, 3] *Justitia distributiva est virtus qua quod commune est societatis ita in socios distribuitur ne qua sit causa querelae.*

[II, I, II, 4] *Commutativa in commutando inter privatos. (+ Commutatio est qua fit ut unus minus habeat, alter amplius. Obstat, quod qui me laedit sine lucro suo, ut qui quod aufert destruit, plus non habet, etsi ego minus habeam. Praeterea, videtur justitia distributa locum habere non tantum in distribuendo sociis quod erat commune societatis, sed et in contribuendo, ut a sociis exigatur aliquid et in commune aerarium inferatur, posses appellare justitiam contributivam. +)*

25

[III, 4–6] *In justitia distributiva unusquisque aestimandus proportionem ejus quod contribuit ad commune bonum. Itaque vicissim in tributis imponendis inspiciendum quantum quisque civium e societate lucrari possit. Hic locum habet regula quam vocant societatis.*

[I, ad cap. IV] (+ *Discrimen inter justitiam correctivam et retributivam parum ad rem pertinere videtur. Nec in commutando aequalitas semper spectatur, sed et lex*

30

14 omnibus *erg.* *L* 16 est (*I*) quae versatur in (*2*) virtus *L* 17 f. cives. (*I*) Justitia universalis est virtus, qua (*2*) Justitia *L* 23 in (*I*) dando (*2*) distribuendo *L* 26 distributiva (*I*) tan (*2*) unusquisque *L* 27 vicissim (*I*) ex (*2*) in *L* 29 f. societatis. (*I*) Justitia correctiva est (*2*) (+ Discrimen *L*

contractus. Quaeritur quorsum pertineat Justitia quae poenas irrogat. Videtur eodem jure pertinere ad justitiam contributivam, quo praemia ad distributivam. Nam ut praemia alia sunt cum res communis societatis socio cuidam datur alia cum socio communitatem praestamus, qua non potuisset frui sine beneficio societatis, sed tamen nec societas alteri
 5 praestare potuisset, ut in privilegiis patet, quae proceribus conceduntur; ita sunt poenae quoque vel contributiones in aerarium societatis, sive onera societati utilia, vel sunt onera quae ferenti damnosa sunt licet societati non (nisi exemplo et effectu) prosunt. Uti sunt praemia quae societati non obsunt. +)

[V, 1–9] Jus naturale est quod legibus non indiget.

10 [V, 10] Jus Legitimum quod non valeret nisi Legibus comprehensum esset.

(+ Confer hanc definitionem cum alia de jure scripto et non scripto. Jus Naturale refert ad contingentia ut plurimum. Ego refero non ad probabilia sed praesumptionem parientia. Quae scilicet certa sunt valentque donec causa appareat, quae priorem destruxerit. Idem et in physicis ac medicina, et omnibus omnino ad materiam applicatis
 15 valet. Sunt ergo haec demonstrabilia, non vero contingentia ut plurimum seu probabilia. +)

[V, 16 et 17] Jus scriptum est quod scriptura indiget quo servetur in civitate, jus non scriptum quod assuefactione introducitur.

[V, 19] Privilegium est jus personale seu singulare, certae personae aut causae
 20 scriptum.

[V, 19] Jus reale, in quo nulla habetur ratio personae.

Ita privilegium est, quod professores liberalium artium onere tutelae liberantur.

[VI, 2] Justitia imperantium est virtus cum scientia et prudentia operantis.

[VI, 4] Justitia parentum est virtus cum opinione. (+ Haec quomodo esse
 25 debeant in optima republica. +)

[VI, 7 et 8] Vulgus hominum jure legitimo magis vivit; id est regitur opinione bona quam de legibus et rectoribus habet.

[VII, 5] Voluntas privatorum aut Magistratuum inferiorum aliquando habet vim Legis, quia sunt quae non possunt satis esse cognita summis rectoribus adeoque arbitrio
 30 inferiorum committenda. (Hinc praetor ait: *pacta conventa servabo*, l. 7 § 7. *de pactis* et l. XII. *Tab. ut quisque legassit ita jus esto*.) Et sunt quae quicquid sunt, privatorum sunt scil. bona fortunae minoris inprimis momenti.

3 societatis (I) alio (2) socio L 6 societatis, (I) vel (2) sive L 6 societati (I) comm (2) utilia L
 7 et effectum erg. L 8 quae (I) antea (2) societati L 12 refero (I) ad (2) non L 28 privatorum (I)
 aliquando (2) aut L 28 Magistratuum (I) subo (2) inferiorum L

[VIII, 4] Ens per accidens est compositum ex Ente et accidente, ut homo pulcher. Accidit enim contingenter, et aequaliter quidem, homini pulchrum aut deformem esse.

[VIII, 5] Causa per accidens est cujus causa vel causatum est Ens per accidens. Ut poeta homicida, est causa per accidens, quia est ens per accidens; miles parricida est causa per accidens, quia causato hosti occiso, accidit ut sit militis pater. 5

[VIII, 8] Homo est causa per se iniusti commissionis, quando in eo est principium operationis, et homo quod agit scire poterat vel debebat.

[VIII, 9] Homo est causa per se iniusti commissionis cum est facultate operandi instructus, nec operatur id ad quod obstringitur vel sibi ipsi causa impotentiae est, vel cum sciat aut scire debeat se facultatem operandi non habere, aut non habiturum esse eo tempore quo operandum est; nihilominus subit aliquid ad quod ea requiritur. (+ Brevius cujus culpa malum sequitur, id est poena, corrigi potest, ipse vel alius. +) 10

[IX, 2] Aequitas est quiddam quod jus naturale immutat. Consistit enim in accidentibus, quae faciunt (jus naturale aliter se habere.) 15

[IX, 5 et 9] Aequitas est quiddam naturaliter justum cujus principium seu causa per se, est accidens destruens causam alterius iusti. Idem in legitimo jure locum habet.

[X, 1 et 3] Obligare est libero homini necessitatem imponere alterius gratia agendi patiendi vel omittendi, quod fit efficiendo ut dolores contrarium comitentur.

[X, 5] Etiam natura poenam infligit naturalem, conscientiae angorem. 20

[X, 11] Jus legitimum naturali aliquid detrahare potest. Sunt enim justa, contingentia ut plurimum, et nonnunquam propter accidentia aliter se habent, quod quando fiat saepe obscurum est. Solent ergo legislatores legibus determinare quibus in casibus quaeque ob accidentia aequitas servanda. (+ Plerumque aliqua jure naturae vaga sunt, et difficilis discussionis, haec jure civili definiuntur quasi per aversionem. +) Ergo 25 lex omnis saltem in aequitate fundata sit oportet.

[X, 14] Consuetudo Legem vincere nequit in Civitate quae monarchice aut oligarchice gubernatur.

[X, 15] Lex inferior voluntaria se habet ad superiorem, ut voluntaria ad naturalem.

1 per (1) se (2) accidens L 5 miles (1) homi (2) parricida L 6 quia (1) causatum hostis
occisus est ens per se et (2) causato L 7 causa (1) iniusti per se (2) per . . . commissionis, L 21 enim
(1) quaedam (2) justa, L 25 f. Ergo . . . oportet. erg. L 27 in (1) R (2) Civitate L 29 voluntaria
erg. L

Pars II

De Justitia universali quatenus ea communiter in omnibus Reipublicis
intenditur

[I, 1] Substantiae sunt quae aliis Entibus principia et causae sunt. Sunt quaedam
5 substantiae quae nihil operantur, et tamen principia sunt, nempe substantiae immobiles
nihil moventes.

[I, 3] Substantia movens immobilis est Deus.

[I, 7] Deus est intelligens, quia motus omnes per causas fiunt, principium
autem motuum quae per causas fiunt est intelligens.

10 [I, 8] Deus semper ex se operatur.

[I, 10] Omnes substantiae habent sua propria bona ad quorum productionem impetu
naturali feruntur.

[I, 11] Substantiae naturales sunt subjectae casibus, quia aliquando agunt per
accidens seu praeter impetum naturalem. Ita ignis aliquando deorsum movetur. Et lapis
15 descendens hominem qui ibi casu existit occidit.

[I, 13] Necessitatem efficit seu cogit quod impedit impetum naturalem vel
imprimis impetum non naturalem. Actus hujusmodi dicitur Violentus.

[I, 14] Casus differt a necessitate, exempli causa, cum homo ictum lapidis cadentis
exprimit nulla fit vis lapidi, casu tamen homo occiditur.

20 [I, 16] Substantiis animatis principium motus multiplicius. Bonum est ad quod
Substantia naturali suo impetu fertur.

[I, 18] Deus sibi bonum est.

[I, 19] In substantiis naturalibus bonum cuique est accidens, nam potest impediri (+
et casu offerri +).

25 [II, II, I, 4] Sensus fit non tantum patiendo sed et agendo. Hinc saepe motiones
sensuum in nobis oriuntur nullo dato objecto, ita in locis tenebrosis vigilantes spectra sibi
videre videntur.

[II, II, II, 5] Voluptas est quiddam consequens [perceptionem] operationum cum
substantiae sentientis et operantis natura congruentium perficiens eandem. Molestia
30 contra. Hinc omne violentum molestum.

3 Justitia (I) universaliter (2) universali L 3 Reipublicis (I) quaeritur (2)
intenditur L 15 f. occidit. (I) Et quod hoc efficit Cogere seu necessitatem inferre dicitur. (2)
Necessitatem L 26 ita (I) pueri (2) in L 28 est (I) perceptio operationis naturae congruentis (2)
consequens perceptionem operationum naturae congruentium perficiens easdem (3) quiddam (a) congruens
cum natura sub (b) consequens | operationem ändert Hrs. | L

(+ Hinc sequitur perficere nihil aliud esse quam impedimenta agendi minuere. Nam si esset operationem juvare, esset novum impetum imprimere, quod est vim facere.+)

[II, II, II, 7] Voluptas et molestia indicat naturam sentientis, seu est signum naturae.

[II, II, II, 8] Laetitia aut tristitia est signum voluptatis aut molestiae.

5

[II, II, III, 3] Phantasia est motio in sensorio per sensum facta etiam post sensum durans.

Haec sensum imitatur, et movet.

[II, II, III, 5] Phantasiae habitus vel affectiones sunt memoria et spes (metusve) illa praeteritorum haec futurorum.

10

[II, II, III, 6–8] Nempe imago absentis quod praeteritum cogitamus memoriam facit, cum futuram putamus, spem (vel metum).

[II, II, IV, 1] Affectus sunt immutationes in corpore animalis, quae fiunt mediante calore vel frigore.

[II, II, IV, 3] Affectus sunt instrumenta appetitus quibus movet corpus organicum.

15

[II, II, V, 1] Appetitus est facultas animae quae a sensibus vel phantasia excitata movet animal ad persequendum vel fugiendum. (+ Phantasia facit, ut voluptatem jam percipere videamur, sed inde major dolor, si frustremur, cogimur enim interrumpere voluptatem imperfectam. +)

[III, I, 3] Intellectus nullum habere instrumentum videtur, nam si haberet aliquod non posset intelligendo naturam illius instrumenti egredi. At intellectus omnia cognoscit tam corporea quam incorporea.

20

[III, I, 3] Sensus debilitatur ex objecto paulo vehementiore, intellectus quo clarius intelligit, et quo intelligibile universalius (adeoque potentius) est, hoc magis perficitur.

[III, I, 4] Sensus actum primum (ut non nisi objectum sentiendi ad actum secundum desit) consequitur ipsa generatione, sed intellectus humanus ad actum primum etiam consequendum indiget disciplina; actus secundus in sensitiva facultate excitatur ab objecto, in intellectiva a seipsa.

25

[III, I, 5] Phantasmata sunt formae rerum sensibilibus sine materia.

[III, I, 6] Positae sunt formae rerum quarum perceptione cognoscit intellectus in orationibus quas circa Entia facit. Hae enim orationes non essent nisi esset intellectus, nec tamen intellectus eas rebus affingit. Hinc intellectus Aristoteli est forma formarum.

30

1 sequitur (I) perfectionem omnem consistere tantum in sublatione impedimentorum (2) perficere L
17 ut | jam str. Hrsq. | voluptatem L

513.LIBRI DE CLARISSIMIS JURISCONSULTIS

[1677 bis 1682 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 17. 1 Zettel (9,5 × 5,5 cm). 1 S.

Das Stück ist ebenso wie N. 514 und 515 nicht näher zu datieren. Die Zusammenstellung von
5 juristischen Buchtiteln und die folgenden Exzerpte dürften aber als Quellensammlung schon früh angefertigt
worden sein. Keines dieser Stücke trägt ein Wasserzeichen.

Baptista Caccialupus *de illustribus jurisconsultis*.

Bernardinus Rutilius *de vitisveterum Jurisconsultorum*.

Joh. Fichardus *de vitis recentiorum Jurisconsultorum*.

10 *Catalogus veterum Jurisconsultorum carmine* autore Joh. Lorichio.

Catal. recentiorum Jurisconsultorum autore Matthaeo Gribaldo.

Baldus Perusinus *de commemorationibus famosissimorum doctorum in utroque
jure*.

Thom. Diplovat[at]ius Patritius Constantinopolitanus *de praestantia doctorum et
15 clarissimorum juris consultorum ad nostra usque tempora*.

Marq. Freheri *Chronologia juri orientali praemissa*, spissus in ea error, ostenditur a
Vossio *de Hist. Graecis* in Eustathii aetate.

7 B. CACCIALUPUS, *De illustribus jurisconsultis*: wohl unveröffentlicht gebliebene Handschrift; vgl. K. GESNER, *Bibliotheca universalis*, Zürich 1545, S. 416 v^o. 8 B. RUTILIUS, *Veterum jurisconsultorum vitae*, Straßburg 1538. 9 J. FICHARDUS, *Vitae recentiorum Jurisconsultorum*, Passau 1565. 10 f. J. LORICHIIUS, *Catalogus jureconsultorum veterum, quotquot aut vita, aut scriptis celebres sunt, succincto carmine descripti*, Joanne Lorichio Hadamario Authore. His adjecimus recentiores quoque jureconsultos, singulos singulis distichis comprehensos, Matth. Gribaldo autore, Basel 1545. 12 f. BALDUS de Ubaldis, *De commemorationibus famosissimorum doctorum in utroque jure*: wohl unveröffentlicht gebliebene Handschrift. 14 f. T. DIPLOVATATIUS, *De praestantia doctorum et clarissimorum juris consultorum ad nostra usque tempora*: unveröffentlicht gebliebene Handschrift; vgl. K. GESNER, *Bibliotheca universalis*, a.a.O. 16 M. FREHER, wohl gemeint *Synopsis juris Graeco-Romani tam canonici quam civilis*, Frankfurt a. M. 1596. 17 G. J. VOSSIUS, *De Historicis Graecis Libri IV; editio altera priori emendatior, et multis partibus auctior*, Leiden 1651, lib. IV, cap. 19, S. 491.

514. INDICES LIBRORUM IN JURE TAM PONTIFICIO QUAM CIVILI
[1677 bis 1682 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH II 3, 3 Bl. 22. 1 Streifen (3 × 8,5 cm). 2 S.

Zur Datierungsbegründung vgl. N. 513.

Joh. Fichardus edidit librum de veteribus Jurisconsultis, secundum diversas 5
materias, quem *Partitionum universalium* libro 19 recenset Gesnerus.

Habet autem tantum priscos. Longe diffusior est *Index omnium librorum in jure tam
pontificio quam civili passim editorum et primum compositus a Johanne Nevisano,
deinde auctus per Ludovicum Gomesium, et rursus per Joh. Fichardum ingenti
accessione locupletatus* quem eodem loco *pandectarum* inseruit secundo loco relatum 10
adjectis corollariis idem Gesnerus. Eundem postea Joh. Bapt. Ziletus et demum Joh.
Wolfg. Freymonius multo auctiorem in lucem dedit. Hac inscriptione *Elenchus omnium
autorum qui in jure tam civili quam canonico vel committendo vel quibuscunque modis
explicando ad nostram usque aetatem claruerunt* nomina et monumenta complectens.
Est et index nostro operi *tractatum universi juris auctoritate pontificis in unum* 15
congestorum praemissus, sed ultra scriptores inclusos se non extendens. Demum Felicis
Contelorii *Index legalis autorum materias juris ex professo tractantium* ex Bibl. Joh.
Bapt. Coccini collectus subjunctusque tomo 5^{to} collectaneorum in *Jus pontificium*
Augustini Barbosae.

5 f. K. GESNER, *Pandectarum sive partitionum universalium libri XXI*, (Bibliotheca universalis T. 2),
Zürich 1548–1549, lib. XIX, S. 330 r^o–333 r^o (*Index primus scriptorum a veteribus jureconsultis editorum,
secundum diversas materias collectas per Joannem Fichardum*). 7–11 *Index omnium librorum*: K.
GESNER, a.a.O., S. 333 r^o–348 r^o. 11 Vgl. J. B. ZILETUS, *Elenchus omnium scriptorum, qui in jure
claruerunt, nunc ope J. W. Freymonii editus*, Frankfurt a.M. 1559. 12–19 Vgl. J. W. FREYMONIUS,
*Elenchus omnium auctorum . . . qui in jure tam civili quam canonico . . . claruerunt . . . a J. Nevizano, L.
Gomesio, J. Fichardo et J. B. Zileto . . . collectus . . . denuo locupletatus*, Frankfurt a. M. 1579.
15 *tractatum . . . congestorum*: gemeint F. ZILETUS, *Tractatus tractatum, jussu Gregorii XII, in unum
congesti, XVIII voluminibus et XXV tomis*, Venedig 1584. 17 F. CONTELORIUS, *Index legalium autorum
materias juris ex professo tractantium*, Lyon 1637. 19 A. BARBOSA, *Collectanea in Jus Pontificium
universum. Tomus quintus, in quo continetur Decretum Gratiani*, Lyon 1637.

515.COMBINATORIA CASUUM EX SPEIDELIO

[1677 bis 1682 (?)]

Überlieferung: L Notiz: LH II 3, 3 Bl. 25. 1 Zettel (4 × 4 cm). 1 S.

Zur Datierungsbegründung vgl. N. 513.

- 5 *Combinatoria casuum seu Ars casuandi* ut vocat Jac. Gothofredus; exerceri poterit in reducendis ad artis legem quaestionibus practicis in Speidelii *Sylloge*.

516.AUS UND ZU PAUL LAYMANN, CONTRA SAGAS ET VENEFICOS

[1677 bis 1688 (?)]

- 10 Wann Leibniz das Buch von Laymann eingesehen und die Auszüge angefertigt hat, konnte nicht nachgewiesen werden, auch nicht, wann sich der von Leibniz erwähnte Vergleichsfall in Leipzig zugetragen hat. Beide Exzerpte ohne Wasserzeichen sind nicht näher zu datieren, wir nehmen jedoch an, daß sie vor der Italienreise angefertigt wurden.

516₁. DE QUAESTIONIBUS IN LOCO TORTURAE**Überlieferung:** L Auszug: LH II 3, 3 Bl. 12. 1 Zettel (9,5 × 12 cm). 2 S.

- 15 Marsil. in l. *Rep. D. de quaestionibus* (citante Anonymi *processu juridico contra sagas et veneficos* teutsch Aschaffenburg 1629)sagt es sey ihm selbst als des Herzogs

5 *Ars casuandi*: vgl. J. GOTHOFREDUS, *Manuale juris*, Genf 1651, 8. Aufl. Genf 1672, *Praefatio*; vgl. VI, 2 N. 28₁. 6 J. J. SPEIDEL, *Sylloge quaestionum juris*, Tübingen 1629 u.ö. 15–S. 2915.16 P. LAYMANN, *Processus Iuridicus contra sagas et veneficos. Das ist: Ein Rechtlicher Prozeß gegen die Unholden unnd Zauberische Personen*, Aschaffenburg 1629, S. 29 f.; vgl. HIPPOLYTUS DE MARSILIIS, *Commentarium in tit. de quaestionibus*, zu Dig. 48, 18 l. 16. Vgl. N. 516₂.

von Meyland Rath und Richter wiederfahren: *Es kam mir ein Ribaldus (loser Vogel) sagt er, vor, so wegen eines diebstahls angeklagt war, dieser bekant in der tortur, darnach ad banchum juris, oder vor die gerichtsstatt leugnet er alles wieder, und ich fragte ihn einsmahls, warumb hastu dir doch in sin vorgenommen, dich so offft foltern zu laßen, wer es dir nicht viel besser, daß du vor gericht daßelbe gestehst, was du bey der folter* 5 *bekand hast, als das du dich so offft peinigen läßest? Und dieser arge Lecker antwortet mir, Hr. es ist mir besser, daß mir 1000 mahl die Arm zerbrochen werden, als die gurgel nur ein mahl. Denn man findet noch viel medicos oder barbiere welche die beine oder zerbrochenen Arme wieder können zusammen sezen, aber es ist kein arzt so guth, daß er einem die zerbrochene gurgel könne wieder ganz machen. Und darumb will ich lieber* 10 *von euren henckersknechten auffgezogen werden, als mit meinen füßen die galgenleiter aufsteigen. Weiters sagte er warumb kan ich nicht eben so wohl vor der gerichtsstatt, da mirs mein leben kostet, meine Zung umbwenden, und sagen Nein, als ich sage: Ja. In der wahrheit es war ein abgefeimter schalck, und doch mußte ich ihn los geben, denn er wolte nimmer ad banchum juris vor der gerichtsstatt geständig seyn, was er in der folter* 15 *bekennt hatte.*

Scio similem casum Lipsiae contigisse adversus innocentem, qui etiam ita se liberavit, et innocentia ejus postea detecta est. Caeterum cautela haec videtur evertere omnem torturam. Non confitens in loco torturae non potest ultra torqueri, et negans in loco judicii non potest condemnari. Re-cautela est, ut interrogetur non de iis quae 20 affirmando aut negando constant, sed in quaestionibus quomodo ad indagandum corpus delicti.

516₂. SPECIMEN AEQUIVOCATIONIS

Überlieferung: L Auszug: LH II 3, 3 Bl. 20. 1 Zettel (9,5 × 9 cm). 1 S.

Specimen aequivocationis

Man sagt von einem Richter, als eine Zauberin sich ganz schön machte, hab er sie auff solche weis hindergangen, und überredet; Wenn du mir sagt er, die Wahrheit nur rund bekennen wirst, so will ich dir von gemeinen kosten dieser stadt, solange du leben
5 wirst, speis und tranck gnug zum unterhalt verschaffen (verstunde die speise im gefangniß und henckermahlzeit) und zum überfluß ein neues haus bauen laßen (verstunde aber das haus so von holzwellen und Stroh bey dem Galgen für sie pflegt gebauet zu werden). Anon. tract. *Contra Sag.* ed. Aschaffenh. 1629. 4°. teutsch.

517. AUS MALVEZZI, IL DAVIDE PERSEGUITATO

10 [1677 bis 1716 (?)]

Überlieferung: L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 37. 1 Zettel (6 × 4 cm), Briefrest mit fremdem Siegel.
1 S.

Die Datierung ist nicht näher einzugrenzen.

Delicta punire quae quis fecit iustitiae est, quae quis velit facere Dei, quae quis
15 possit facere tyrannus. Malvezzi *Davide perseguitato*.

8 P. LAYMANN, *Processus Iuridicus contra sagas et veneficos. Das ist: Ein Rechtlicher Prozeß gegen die Unholden unnd Zauberische Personen*, Aschaffenburg 1629, S. 38.

518. DE ACTIONUM DIVISIONE

[März bis April 1679 (?)]

Am 5. November 1678 (II, 1 N. 186) schickt Vinzens Placcius ein Manuskript-Exemplar seines 1679 in Hamburg gedruckten Buches *De actionibus tractatio bipartita* an Leibniz und klagt bald danach in einem Brief vom März 1679 (II, 1 N. 201), Leibniz habe ihm bis dahin nur einmal *monitiones* gesandt. Dabei handelt es sich nicht um unser Stück, sondern um die *Annotationes ad Placcium de Actionibus* im Brief vom 22. November 1678 (II, 1 N. 187). In einer sofortigen Erwiderung geht Leibniz, noch im März 1679 (II, 1 N. 202), auf Placcius' Traktat ein. Unser Stück nimmt Bezug auf das inzwischen erschienene Buch, wie aus den Zitaten »pag. 20« und »p. 21« in den Marginalien zu ersehen ist. Das bis April 1679 häufig belegte Wasserzeichen schränkt das Ende unserer Datierung ein. 5 10

518₁. AD PLACCIUM DE ACTIONIBUS**Überlieferung:**

L Konzept: LH II 3, 1 Bl. 68–69. 1 Bog. 2^o. 6 Sp.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 745–749 (Teildruck).

Leibniz' Zusätze in den zunächst freigelassenen Spalten geben wir mit doppeltem Einzug wieder. 15

Ad Placcium de Actionibus

Omnis QUERELA instituitur ad Correctionem Laesionis futurae vel praesentis (: vel praeteritae :).

LAESIO FUTURA corrigitur vel impediendo ne fiat, vel cavendo de reparatione.

17 Omnis (1) Actio dicitur (2) QUERELA instituitur *L* 17 f. Laesionis (1) praesentis vel futurae (2) futurae vel praesentis | (: vel praeteritae :) *erg.* | *L* 19 de (1) restitutione. (2) reparatione. *L*

16 V. PLACCIUS, *De actionibus tractatio bipartita: cujus pars prior ex jure naturali tabella unica, pars posterior ex jure civili tabella duplici, addita utrobique brevi explanatione actionum discrimina exhibet ita distincta, ut inde applicatio ad speciem facti quamlibet oblatam facilis et expedita, comparatio vero juris civilis cum naturali etiam jucundissima sit futura*, Hamburg 1679, pars I, S. 4–29; Tabula universalis ad pag. 13 seqq. 17 f. Vgl. a.a.O., § I, II, VIII; S. 4, 8. 19–S. 2918.4 Vgl. a.a.O., § XII, classis I, S. 13 f.

LAESIO IMPEDITUR destructione aut correctione personae vel rei a qua laesio metuitur; vel custodia ejus, ne laedat, vel mandato poenali de non laedendo.

CAUTIO DE LAESIONE REPARANDA est pignoratitia, fidejussoria, juratoria.

5 Ad Cautionem pignoratitiam refero retentionem.

Si omne pignus continet hypothecam sequeretur hinc etiam jus retentionis continere hypothecam.

Quaeritur an aliquis ad hypothecandum a creditore cogi possit, si creditor hoc malit, quam executionem.

10 (: LAESIO PRAESENS corrigitur iudicio summarissimi possessorii, auxilio publico contra vim praesentem, justa defensione. :)

Quae in sequentibus dicuntur subinde de laesione durante possunt referri ad laesionem praesentem.

LAESIO PRAETERITA corrigitur variis modis pro varia ratione laesionis. Est autem
15 laesio vel obligationis ad dandum, vel obligationis ad faciendum, vel denique obligationis ad omittendum seu patiendum. Quae est generalis divisio laesionis unde incipienda erat tota haec tractatio.

LAESIO OBLIGATIONIS AD DANDUM est vel detentio vel corruptio rei dandae.

20 Quaeritur an haec divisio laesionis obligationis ad dandum, in detentionem et corruptionem, eadem sit cum divisione laesionis obligationis, in impeditionem vel destructionem obligationis. Sane qui rem corrumpit destruit obligationem ad eam dandum. Qui vero rem detinet non impedit eam obligationem, sed
25 ipsius executionem. Praeterea tum demum destruitur obligatio ad dandum, cum detentio est finita, ut si per te stetit quo minus rem mihi reddas, seu si effecisti ne reddere possis. Proprie tamen in casu rei fraudulenter alienatae vel amotae, et in casu destructionis et deteriorationis videtur esse obligatio ad omittendum, aut si non omittatur praestandum id quod interest.

DETENTIO vel durat adhuc, vel est jam finita.

1 personae vel *erg.* L 2 vel (I) po (2) mandato (a) pers (b) poenali L 3 REPARANDA (I) fi (2) est L 10 corrigitur (I) Mandato de non tribuendo (2) iudicio L 10 possessorii, (I) item magi (2) auxilio publico L 11 praesentem, (I) < - > (2) justa L 18 f. vel (I) Detentio vel corruptio rei dandae (2) impedimentum, vel destructio obligationis, prior est detentio, posterior est corruptio rei dandae (3) detentio. . . dandae L 22 qui (I) detinet imped (2) rem L

6 f. Vgl. VI, 2 N. 29₂, XI, 13 u. 24, S. 75 f. 14–16 Vgl. a.a.O., § VIII, S. 9. 18 f. Vgl. a.a.O., § XII, cl. 2, S. 14. 29–S. 2919.4 Vgl. a.a.O., S. 15 f.

CORRUPTIO est vel peremptio vel deterioratio.

RES est vel aestimabilis vel inaestimabilis.

LAESIO IN RE vel est reparabilis in sua specie idque est in potestate ejus qui laesit; vel reparanda est per aequivalens.

LAESIO OBLIGATIONIS AD FACIENDUM est vel obligationis finitae, vel obligationis durantis adhuc. 5

OBLIGATIO (FINITA) est vel renovabilis vel irrenovabilis.

OBLIGATIO DURANS adhuc est vel aestimabilis vel inaestimabilis.

Si respondere debet divisio laesionis obligationis ad faciendum divisioni laesionis obligationis ad dandum, ita dividendum erat: laesio obligationis ad faciendum est vel omissio (quae respondet detentioni) vel contraitio (quae respondet corruptioni), est autem contraitio vel quae reddit factum impossibile (quae respondet peremptioni) vel quae reddit factum difficile (quae respondet deteriorationi). Est autem Factum vel aestimabile vel inaestimabile et laesio in eo facta est vel in specie reparabilis vel non, quo casu reparanda per aequivalens quatenus id fieri potest. 10 15

Quatenus ipsius obligationis destructio aut deterioratio ac restitutio in integrum spectatur, in eo habet obligatio rationem rei, licet incorporalis et pertinet ad obligationem ad dandum.

Non laesio obligationis finitae, sed laesio obligationis durantis adhuc querelam seu actionem parit. 20

LAESIO OBLIGATIONIS AD OMITTENDUM, est productio vel operis laedentis vel facti meri.

Deberet ut ante dividi in laesionem ipsius obligationis, aut ejusque non-executionem, etc. si quidem iisdem principiis insistendum sit. 25

PRODUCTIO OPERIS laedentis est vel aestimabilis vel inaestimabilis.

PRODUCTIO FACTI MERI LAEDENTIS, impedit (+ vel destruit +) obligationem vel laedentis erga me, vel tertii erga me, vel meam erga alios.

5 vel (1) detentio vel impedimentum obligationis (2) obligationis L 6 adhuc. (1) Si finita (2) OBLIGATIO L 11 vel (1) impedire (2) omissio L 17 deterioratio (1) spectatur, in eo (2) ac L 22 est (1) vel factum vel (2) productio L 24 ante (1) distin (2) dividi L 28 laedentis (1) vel (2) erga L

5–8 Vgl. a.a.O., cl. 3, S. 17 f. 22 f. Vgl. a.a.O., cl. 4, S. 19. 26 Vgl. a.a.O., ordo 1. 27 f. Vgl. a.a.O., vor ordo 1.

Imo qui impedit vel destruit obligationem meam erga alios, mihi beneficium dat. Vult ergo dicere, qui impedit obligationis executionem. Verum omissi sunt alii laedendi modi, si verbi gratia me prohibeat uti re mea (quam tamen ipse non detinet) si libertati meae obsistat. Si per impedimentum obligationis
 5 intelligit non-executionem, utique etiam ille qui me alteri satisfacere impedit, non exequitur obligationem suam omittendi hoc impedimentum. Hoc agnoscitur pag. 20.

OBLIGATIO LAEDENTIS erga me est, ut omittat impedire meam facultatem agendi vel libertatem omittendi.

10 Haec obscura in tabula, clariora in discursu.

FACULTAS est vel Universalis, quae ex multis singularibus constat, vel est Singularis.

FACULTAS UNIVERSALIS ut jus liberi hominis, civitas, familia aliaque societas aut locus in ea nobis competens.

15 FACULTAS SINGULARIS est generalis vel specialis.

FACULTAS SINGULARIS GENERALIS est vel Dominium vel Possessio, vel Actio.

Omnis dichotomica methodus hoc habere debet, ut ex collectis omnibus differentiis praecedentibus formetur definitio speciei.

20 DOMINIUM laeditur vel impositione servitutis, vel communione invita.

COMMUNIO est rei vel divisibilis vel indivisibilis.

Non placet perpetua subdivisio laesionum in non justas et injustas, quibus numerus actionum duplicatur sine causa. Satius est hoc discrimen semel in universum admoneri.

25 Si communio sit REI DIVISIBILIS petitur divisio.

Si RES SIT INDIVISIBILIS petitur ut vel rem restituat recepturus, vel pretium, vel pretium ipse reddat.

(: Sed ita electio videtur dari detentori, quod jam injustum est. :)

2 executionem. (I) Praeterea est et alius modus I (2) Verum L 3 mea (I) (ut si auditu) (2) si lib (3) (quam L 4 obsistat. (I) Generaliter (2) Omnis (3) Q (4) Si (a) impe (b) per L 6 f. Hoc (I) ipse agnoscit (2) agnoscitur L 8–10 facultatem (I) , vel libertatem. FACULTAS est vel (2) agendi, . . . | Haec . . . discursu *erg.* | L 11 Universalis, (I) vel Singularis (2) quae L 12 f. Singularis | rectius facul *erg. u. gestr.* | FACULTAS L 19 differentiis (I) formetur definitio novissimae (2) praecedentibus . . . definitio L 20 impositione (I) vel (2) servitutis, L 22 in (I) justas e (2) non L

8 f. Vgl. a.a.O., ordo 2, S. 19 f. 10 Vgl. N. 518₂, bei den Fußnoten 1 u. 2. 11–17 Vgl. a.a.O., § XII, cl. 4, ordo 2, S. 20. 20–27 Vgl. a.a.O., S. 21. 22–24 Vgl. II, 1 N. 187, S. 425.

POSSESSIO laeditur per turbationem.

Pag. 21. fin. et alias dicitur solvere debere eum qui injuste egit, id quo locupletior est, hoc intellige, si meo damno, potest enim ex re mea factus esse locupletior sine meo damno? Imo id dubium, quid enim si industria sua inde fructus perceperit, quos ego non fuissem inde percepturus, imo forte nullus 5 alius.

TURBATIO est vel durans vel finita.

Si Turbatio sit DURANS agitur ad turbationem omittendam, si sit FINITA agitur tantum ad id quod interest.

ACTIO LAEDITUR tot modis quot alia res, nempe detentione, et corruptione. 10

Si ALIUS ACTIONEM MEAM DETINEAT vel exercent tenetur vel ad cedendam actionem, vel ad deserendam.

CORRUPTAE ACTIONIS tot sunt varietates quot corruptae alterius rei (: nec quicquam hic novi affertur, potest autem corruptor ille meae actionis esse ipse reus. Videtur et detentor esse posse, ut si me impediat quo minus agam :). 15

FACULTAS SINGULARIS SPECIALIS est quae non modo ad singulas res, sed et ad certam definitamque massam plerumque se extendit (: non video cur dominium et possessio non sint facultates singulares, et cur haereditas sit talis facultas :). Qualis facultas est: haereditas, legatum, legitima, servitus, dos, pignora.

In genere notandum OMNES ACTIONES OB LAESAM FACULTATEM AGENDI NOSTRAM, 20 vel tendere ad hoc ut quis eam affirmare cogatur, si laesit eam dictis, vel ut ne laedere, aut damnum restituere cogatur, si laesit factis.

Hoc discrimen applicat autor tantum ad laesiones facultatis singularis specialis, cum videatur pertinere etiam ad alias facultatis imo et libertatis laesiones.

Videtur tamen esse affirmatio adversarii tam efficax ad conservandam nostram 25 facultatem, ut silentium ei impositum ad servandam nostram [lib]ertatem, quanquam silentium omni praetensioni obstet, quemadmodum et affirmatio seu propria confessio.

2 Pag. 21. (1) dicitur (2) et alia (3) fin. L 10 LAEDITUR (1) de (2) tot L 10 res, (1) vel (2) nempe detentione, (a) corruptione (b) et L 19 f. pignora (1) LIBERTAS OMITTENDI impeditur (2) In L 25 affirmatio (1) ad restitui (2) adversarii L

1–9 Vgl. a.a.O., § XII, cl. 4, ordo 2, S. 21 f. 10–13 Vgl. a.a.O., S. 22–24. 16–S. 2922.14 Vgl. a.a.O., S. 24–26. 17 f. Vgl. II, 1 N. 187, S. 425.

LIBERTAS OMITTENDI laeditur vel jactando jus cogendi, vel reapse cogendo.

Si QUIS JACTAT JUS cogendi quo laedit libertatem meam, jus illud vel certo falsum, vel dubium est.

Si CERTO FALSUM silentium perpetuum ei imponitur.

5 Si DUBIUM imponitur ei vel probatio vel perpetuum silentium.

Si QUIS COGAT, seu imponat necessitatem, dandi faciendi vel omittendi (: NB. :) ea vel adhuc durat, vel expiravit.

(: Ergo hic non agitur tantum de necessitate qua libertati omittendi praejudicatur, uti divisio prae se ferebat. :)

10 Si ADHUC DURAT, debet rescindi (: huc forte relaxatio ex carcere, relaxatio juramenti ad effectum agendi :).

Si NECESSITAS EXPIRAVIT, postquam scilicet fuit adimpleta, et damnum reparabile est, restituendum est, secundum laesionis corrigendae species supra enumeratas. Sin irreparabile sit, solvendum id quod interest.

15 Inutile est excogitare divisiones facti, quae non pariunt differentiam in jure. Malim libertatem definire potestatem in se ac membra sua: facultatem vero potestatem in res alias, ita faciendi vel omittendi potestas erit libertas, et quod ei obstat eodem genere, ut hic quoque fit (contra quam definitio prius assumpta libertatis patitur) comprehendetur.

20 LAESIO OBLIGATIONIS TERTII ERGA ME, habet eas varietates, est enim obligationis ad dandum faciendum vel omittendum. Est durans vel finita; est reparabilis vel irreparabilis.

LAESIO OBLIGATIONIS MEAE ERGA ALIUM eodem fere modo variatur, est enim cum impediatur, dare, facere omittere uti debeo, est durans vel finita.

25 Omnis denique LAESIO est vel injusta vel non-justa.

INJUSTA obligat ad restituendum id quod interest laesi.

NON JUSTA obligat ad restituendum id quo laedens est factus locupletior.

5 DUBIUM (*I*) cogitur aut (*a*) agere, vel (*b*) prob (2) imponitur *L* 7 (: NB. :) (*I*) eaque adhuc duret, rescindere <debet> (2) ea *L* 10 f. relaxatio (*I*) ad effectum agendi (2) juramenti *L* 17 ita (*I*) non necessitas omittit (2) faciendi *L* 21 Est (*I*) fin (2) durans *L* 23 fere *erg.* *L* 23 enim (*I*) ad dandum fac (2) cum *L* 24 omittere (*I*) qu (2) uti *L* 24 f. finita. (*I*) Atque his divisionibus omnes Actiones vel postulationes, juris naturalis; secundum autorem nostrum absolvuntur. Mihi nec spe (2) Omnis *L*

7 Vgl. II, 1 N. 187, S. 425; N. 188, S. 426. 15 Vgl. II, 1 N. 187, S. 426. 20–22 Vgl. a.a.O., § XII, cl. 4, ordo 3, S. 26 f. 23 f. Vgl. a.a.O., ordo 4, S. 27 f.

Hoc discrimen in universum admoneri satius erat, quam in singulis speciebus nova subdivisione inculcari, qua tantum numerus actionum sine causa duplicatur.

Imo plures sunt gradus. Est in laedente casus, culpa, dolus. Si casus, restituet id quo factus est locupletior; si culpa, aestimationem communem, si dolus id quod interest laesi.

In his divisionibus ergo haec emendanda videntur:

5

1° quod aliquae species omissae, ut damnum culpa datum.

2° quod coepta divisio deserta, speciesque disparatae sub se invicem comprehensae. Ut cum laesio divisa est in laesionem facultatis operandi, et libertatis omittendi. Et postea sub laesione potestatis omittendi, comprehenditur laesio libertatis dandi, faciendi, omittendi. Item cum laesio obligationis tuae, qui me laedis adhibetur velut species, cum 10 tamen in omnibus casibus habeat locum.

3° quod una species aliter tractata ac subdivisa quam sua conspecies, idque sine causa, v. g. laesio obligationis ad faciendum, aliter quam laesio obligationis ad dandum.

4° quod divisiones facti adhibitae, quae nullam introducunt differentiam juris adeoque sunt sine necessitate, v. g. de laesione obligationis tertii erga me, vel meae erga tertium 15 inutiliter praecipitur.

5° quod quaedam differentiae obscurae, et non explicatae, ut differentia inter Facultatem universalem et singularem et hanc generalem vel specialem.

6° aequivocatio in dividendo, ut cum impedimentum obligationis, sumitur modo pro ipsa obligatione laesa et impedita, modo pro impedita executione. 20

7° superflua repetitio divisionis generalis in omnibus casibus particularibus.

Alia Divisio

Omnis querela est vel de malitia alterius, vel de culpa, vel de fortuna seu casu, quam et vocant actionem in factum.

Omnis querela est vel ob damnum emergens vel ob lucrum cessans. Utrumque 25 certum vel vero simile, vel possibile. Huc de securitate, damno infecto, cautione; alea seu incerti aestimatione.

9 omittendi, (I) comprehendit laesionem (2) comprehenditur laesio L 9 dandi, (I) vel (2) faciendi, L 10 f. Item . . . locum erg. L 12 aliter (I) sub (2) tractata L 14 quod (I) factae (2) divisiones (a) adh (b) facti adhibitae, L 15 erga (I) alium (2) tertium L 19 cum (I) laes (2) impedimentum (a) vel (b) obligationis, L 21 superflua (I) di (2) repetitio L 23 vel (I) ob damnum emergens, vel ob lucrum cessans (2) de L 23 de (I) fortuna seu in factum (2) casu (3) fortuna L 25–27 Utrumque . . . aestimatione erg. L

Distinguendum et inter necessitatem, utilitatem, commoditatem.

Omnis querela tendit vel ad speciem boni malive obtinendam aut amoliendam vel ad aestimationem. Aestimationem autem vel communem, vel personae propriam, seu id quod interest.

- 5 Ex Harum divisionum combinationibus omnes juris naturalis postulationes oriuntur. Querela de malitia alterius non tendit ad aestimationem communem seu pretium ejus de quo agitur, sed ad id quod interest querentis.

Si id quod interest sit inaestimabile et res magni momenti (potest enim aliquid esse inaestimabile et parvi momenti) querela tendit ad ipsam speciem de qua agitur per vim
10 exprimendam.

Si ipsa species impossibilis sit facta querela tendit ad aestimationem qualemcunque.

Aequilibrium instituendum est inter difficultatem aestimandi atque obtinendi ejus quod interest ab una parte, difficultatemque exprimendi speciem per vim ab altera parte.

- Qui initio actione ex culpa vel etiam in factum seu ex casu tenebatur, post ubi jus
15 alterius manifeste apparuit utique ex dolo seu malitia teneri incipit.

Querela ob lucrum cessans meum interposita de malitia tua intelligenda est, si lucrum meum impedivisti non ob lucrum tuum amice tui, sed animo tantum nocendi.

Unusquisque alteri innoxias utilitates debet.

Innoxiae utilitates intelliguntur etiam quae sine incommodo fiunt.

- 20 Imo etiam exiguum incommodum magno alterius bono, imprimis maximae necessitati post habendum.

1 Distinguendum . . . commoditatem *erg. L* 4 f. interest. (1) Omnis querela tendit vel ad factum alterius vel (a) omissionem, (aa) quae scilicet boni malique causa est (bb) ex (aaa) qua scilicet bonum malumve nostrum pendet O (bbb) quibus scilicet bonum obtineri aut malum averti potest (b) ad facti cessationem obtinendam ex quibus scilicet bonum obtineri aut malum averti potest (aa) (: utrumque aut opere (bb) (: factum (2) Hinc (3) Ex *L* 6 alterius (1) ob damnum | (a) < – – > (b) in quo *erg. u. gestr.* | emergens < – > inaestimabile tendit ad speciem (2) tendit vel ad speciem vel id quod interest querentis (3) non *L* 6 seu (1) rei (2) pretium *L* 8 res *erg. L* 8 enim *erg. L* 11 facta (1) ipsa (2) querela *L* 11 ad (1) ipsam facti speciem (a) quae (b) de qua agitur per vim obtinendam. Haec in matrimonio (2) | speciem *str. Hrsq.* | aestimationem *L* 11 f. qualemcunque. (1) Ab una (2) Aequilibrium *L* 12 difficultatem (1) aestimando atque obtinendo (2) aestimandi atque obtinendi *L* 15 dolo (1) teneri incipit (2) seu *L* 16 Querela (1) de malitia tua | et *erg.* | (2) ob *L* 17 tuum (1) sed animo tantum no (2) amice *L* 20 bono, (1) ma (2) imprimis *L*

Qui secus agit videtur non quidem in malitia attamen in culpa esse.

Impossibile vel necessarium habetur, quod valde difficile est, aut cujus contrarium valde difficile est. Haec aestimatio instituitur comparando cum rebus [de qui]bus agitur.

Malitia non est si intercepto lucro meo factus sis locupletior, modo non mihi ipsi rebusque meis vim adhibueris. Ut si ambo curramus, licet tibi me praevertere, non licet supplantare. Si tamen casu eveniat nos concurrere, egoque a te evertar, nullo modo actione in factum tenebere. Quid si negligentia mea intercesserit. Ne sic quidem opinor. In his enim causis videtur tantum dolus praestari, sed hic demonstratione opus est. Negligentia tamen semper punienda videtur, at non semper ita ut poenae fructus ad eum perveniat, cui ea nocuit. Imo videtur ad eum pertinere quia ad ipsum certe pertinet queri. Haec ergo accuratius discutienda.

Querela de damno possibili locum habet, cum aliquid a me postulatur, unde periculum quaecumque nascitur, inprimis cum in alterius potestate est securum me praestare.

Quoties non de specie sed aestimatione agitur: Querela ob malitiam tendit ad id quod interest querentis. Querela ob culpam ad aestimationem communem (hanc enim praevidere debebat qui in culpa est). Querela ob casum seu in factum ad id quo factus es locupletior damno meo. Notandum videtur, si is qui in culpa est factus sit locupletior damno meo quam in aestimatione communi est, id omne quousque ego in damno sum restituere debet. Nam actio in factum actioni de culpa inest, quemadmodum actio de culpa inest actioni de dolo, itaque si aestimatio communis excederet id quod mea interest (quanquam ille casus vix evenire possit), aestimatio potius debebitur quam id quod interest. Per id quod interest non intelligitur usus quem aliquis inde percepturus est, sed ille quem inde vir prudens percipere possit. Etiam si major sit quam quem quisque paterfamilias diligens inde percepturus esset. Haec omnia accuratius demonstranda sunt et in fontes inquirendum.

Actio ad poenam justa esse videtur non tantum ad securitatem in futurum, sed et ad reddendam ei qui laesus est animi tranquillitatem, in quo est proprie actio injuriarum.

In poena infligenda non tantum spectandum est quantum sufficiat ad deterrendos homines; nam maxima etiam supplicia ab eximiis non facile occultabilibus de adimati magnitudinem seu poenae necessitatem.

1 Qui . . . esse. *erg. L* 6 concurrere, (1) egoque a te (2) tuque (3) egoque a te *L* 8 enim (1) casi (2) causis *L* 9 ut (1) poena (2) poenae fructus *L* 17 seu in factum *erg. L* 18 si (1) id quo factus (2) is *L* 19 quousque (1) da (2) ego *L* 28 in . . . injuriarum *erg. L* 29 tantum (1) spectanda necessitas exempli, (2) spectandum *L*

518₂. AD PLACCII TABULAS

Überlieferung: L Bemerkungen auf LH II 1. 3 Bl. 2° (unregelmäßig geschnitten, ungezählt).

Placcius' Einteilung der Tafeln durch geschweifte Klammern ist durch abgestuften Einzug wiedergegeben. Seine Hervorhebungen sind bewahrt.

5	TABULA UNIVERSALIS	
	Actionum ex Naturali Jure Competentium.	Ad pag. 13. et seqq.
	ACTIONES dantur ad <i>Correctionem Laesionis vel</i>	
	<i>Futurae unde Petitiones . . .</i>	
	<i>Praesentis ex laesa obligatione vel ad</i>	
10	<i>Dandum . . .</i>	
	<i>Faciendum . . .</i>	
	<i>Omittendum</i>	
	<i>Operis laedentis . . .</i>	
	<i>Facti meri quo quis impedit obligationem vel</i>	
15	Suam ipsius erga me	
	Omittendum ¹ impedimentum meae	
	Facultatis ad omittendum ² quid circa res	
	Universalis ³ negando s. impediendo aliis	
	libertatem,	
20	civitatem,	
	familiam,	
	societatem aliam	
	locumque in ea	
	¹ <i>Dafür:</i> Omittendi	
25	² <i>Dafür:</i> agendum	
	³ <i>Dafür:</i> Universales	

Inj. . . .	
Nonj. . . .	
Singularis . . .	
Libertatis ad omittendum quae laeditur . . .	
alienam erga me . . .	5
Meam erga alios . . .	

TABULA SYNOPTICA

Omnium Actionum PERSONALIUM Juris Communis.

Ad pag. 92.

civilium ACTIONUM personalium formulae oriuntur vel ex

Delicto	10
III. Privato . . .	
XI. Publico	
Speciatim . . .	
XIII. Generatim ⁴ 58. <i>in Factum ex delicto</i> .	
XIV. Quasi delicto . . .	15
XVI. Utroque delicto s. et quasi delicto 67. contra <i>Publicanos</i> .	
XVII. Contractu	
Proprio eoque vel	
Nominato eoque vel	
Principalis eoque vel	20
antiquo eoque vel	
consensuali videlicet	
Emptione venditione . . .	
XII. Locatione conductione	
75. <i>Locati</i> . . .	25
79. <i>Conducti</i> quo pertinent	
80. <i>Oneris aversi</i> . ⁵	
81. <i>In factum ex interdicto de migrando</i> .	

⁴ *Darunter*: actio de dolo *Stellionatus*⁵ jam affuit 30

	XIX. Societas . . .
	XX. Mandatum . . .
	XXII. Permutatio . . .
	XXIII. Donatio . . .
5	XXIV. Sponsalia . . .
	XXV. Matrimonium . . .
	XXVI. Reali . . .
	XXIX. Verballi . . .
	XXXI. Litterali . . .
10	XXXII. Recentiori . . .
	XXXVI. Accessorio videlicet
	XXXVII. Dote de ea vel
	consequenda . . .
	recuperanda
15	133. <i>Res uxoria</i> . ⁶
	134. <i>Cond. ex L. Julia de servo dotali manumisso.</i>
	retractanda . . .
	XXXIIX. Arrhis sponsalitiis . . .
	XXXIX. Innominato . . .
20	XL. Alieno . . .
	XLI. Quasi contractu . . .
	Utroque, Contractu nempe, et Quasi contractu, . . .
	LI. Societate . . .

TABULA SYNOPTICA

25 Omnium Actionum REALIUM Juris communis.

Ad pag. 35.

⁶ add. donat. propt. nupt.

519.DE JUSTITIA ET JURE. EXCERPTA ANNOTATA EX CORPORE JURIS CIVILIS

[Frühjahr 1680 (?)]

Überlieferung: *L* Auszüge und Bemerkungen aus dem und zum *Corpus juris civilis*: LH II 3, 3 Bl. 27 u. 30. 1 Bog. 2^o. 4 Sp.

5

Die Stellensammlung aus den Digesten dürfte Leibniz wohl für eine geplante neue Gliederung des römischen Rechts (vgl. N. 501 und 502, die bis Mai 1680 datiert werden konnten) angefertigt haben. Unsere Datierung stützt sich auf das nur kurz und wenig für diesen Zeitraum belegte Wasserzeichen.

Die von Leibniz als Auslassungszeichen verwendeten Punkte werden im Text durch fünf Punkte wiedergegeben.

10

De Justitia et jure

Jus est ars boni et aequi l. 1. §. D. *de Justit. et Jure*.

Juris praecepta generalissima sunt: Honeste vivere, neminem laedere, suum cuique tribuere §. *juris* Inst. *de J. et J.* l. *justitia* 10. §. *juris praecepta* D. eod.

Jus est vel publicum vel privatum. Publicum jus est quod ad statum Rei Romanae spectat, privatum quod ad singulorum utilitatem Publicum jus in sacris et magistratibus consistit §. fin. I. *de J. J.* l. 1 §. *hujus studii* D. eod. Privatum jus tripartitum est, collectum enim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut civilibus. dd. II.

Jus naturale est quod natura omnia animalia docuit. Hinc descendit maris et foeminae conjunctio, liberorum procreatio et educatio. D. d. I. §. *jus naturale*.

Jus gentium est quo gentes humanae utuntur. l. 1. §. fin. *de J. J.* Velut erga Deum religio, ut parentibus et patriae pareamus et cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse (+ porro +) cum jure naturali omnes liberi nascerentur, posteaquam jure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis. Ex hoc jure discretas sunt

14 f. eod. (1) Specialia juris praecepta pub (2) Jus *L* 20 docuit. (1) Jus Gentium, velut (2) Hinc *L* 21 liberorum (1) product (2) procreatio *L*

12 Dig. 1, 1 l. 1 pr. 14 Inst. 1, 1 § 3; Dig. 1, 1 l. 10 § 1. 17–19 Inst. 1, 1 § 4; Dig. 1, 1. 21 Dig. 1, 1 l. 1 § 3. 22 Dig. 1, 1 l. 1. 23 Dig. 1, 1 l. 2. 24 Dig. 1, 1 l. 3. 26 Dig. 1, 1 l. 4.

gentes, regna condita, dominia distincta commercium, obligationes institutae. 1. 2. seqq. *de J. J.*

(+ Idem jus vocatur et naturale +) quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit §. *singulorum* in f. I. *de Rerum Divisione*.

